Ludolphus super Psal.

Ludolphi Carthu/siensis qui et autor fuit vite Christi: in Psalterium expositio. In qua subiecte reperiuntur materie.

Psalmi penitẽtiales et cõfessionales elegãtes et deuoti domini Frãcisci Petrarche Poete Laureati.

Tabula cunctorum Dauiticorum psalmorum.

Tabula versiculorum omnium: que quãtum vtilitatis contineat nõ est explicare facile.

Tabula materiarum principalium in marginibus annotatarum.

Additur in margine ad solitam Hieronymi translationem: diui Augustini: accuratissima de hebreo in latinum translatio.

Jacobus Symler Burlacen̄. Ad lectorem.

Grandia qui dulcis patrimonia sumit Jesu
Atque sacro tollit munus ab officio/
Psalmographi studeat diuina poemata vatis/
Mythica Ludolphi castaque scripta legat:
Abdita nam pandit nudis enigmata verbis
Ludolphus: memorans quicquid vbique latet.

Tabula psalmoꝝ

¶ Tabula psalmoꝝ oium ſm ordinē alphabeti.

Finis

Tabula versiculoꝝ totius psalterij

¶Tabula versiculorum oium in toto psalterio cõtentorum s̄m alphabeti ordinem.

Tabula versiculoꝝ

Tabula versiculoꝝ

In me sunt

Memor

Tabula versiculoꝝ

Quoniam

Tabula versiculoꝝ

Deo gratias.

Tabula materiarum ex gloſulis excerptarum.

Tabula materiarū

Ex glosulis extractarum

Finis.

¶ Jacobus wimpfelingus Sletstatensis Vniuersis optimarum lr̃arũ cultoribᵘ felicitatẽ.

Ludolphus Saxo sacratissime religionis Carthusiensiuꝫ apud nobilẽ Argẽtinã alũnus:perspicacissimo ingenio:exactissima diligẽtia:cumulatissima doctrina:suauissima nobilissimaqꝫ lucubratiõe Dauiticoꝝ carminũ interp̃tationẽ enucleatissime cõplexus est:adeo vt haud facile ceteris(cũ eoꝝ venia loquar)qui ante eũ in eosdẽ psalmos expõnẽs tradiderũt minus vtilẽ ecclesie fructũ iudicãdus sit attulisse. Nã is sese ꝑores Dauitice lire diligẽtissimos iterp̃tes Hieronymũ/Augustinũ/Cassiodoꝝ/Petrũ Lõbardũ/z quotquot huic labori isudauerũt nõ mõ vidit z legit:ꝫ z snĩas coꝝ tanq̃ amenissimos flores z q̃ vtilissima grana sapiẽter ac cõpẽdiosius itroseruit. In ꝑmis qd sibi tituli velint:qd argumẽtũ z mã:qd itentio:qd snĩa gñalr̃ z speciatim pre se ferãt:ita breuiter z apte determinat:vt vix similẽ legas:q sub psalmoꝝ vmbra eternã tẽporalẽqꝫ Christi natiuitatẽ:vite sanctimoniã:ꝑsecutiones:tormẽta:mortẽ:ac resurrectionẽ:ceteraqꝫ id genus mysteria tã luculẽter disseruerit z explicarit. Ipsos quoqꝫ versus q nõnunq̃ videnẽ in contixtu:nequaq̃ sibiinuicẽ coherere:subtilissimis cõnectẽtiũ glosarũ vinculis scitissime peritissimeqꝫ iungit z cõtinuat. Ad calcẽ deniqꝫ psalmi cuiuslibet deuotã ○cinnãqꝫ z ipsi psalmo ○sonã oratiunculã obseruate curioseqꝫ supaddit. Neqꝫ nimiũ lr̃e que occidit deditᵘ est:nec typicis ita sensibᵘ initiẽ vt lr̃alẽ neglexisse videaẽ:ꝫ quẽcũqꝫ sensuũ magis ad rẽ accõmodatũ vtilẽ ac necessariũ ꝑensit:eũ caute sollicite z religiose ꝓsequiẽ. Nec taꝫ accurata sacratissimoꝝ mysterioꝝ elucidatiõe ○tẽtus fuit:nisi ẽt itimo quodã maxime deuotionis ardore humana sursuꝫ corda rape z vehemẽter iflãmare conareẽ. Quippe q nõ solũ symbolice z lr̃atorie(quã scholasticã aut speculatiuã vocant)ꝑdoctᵘ:ꝫ z mystice theologie ○exprissimᵘ fuit. Qz si nr̃o testimonio candide lector huiᵘ psalmoꝝ iterp̃tationis excellẽtia tibi ꝑsuasa nõ fuerit:periculũ facito ex altero quodã libro dulcissimo ꝑstãtissimoqꝫ:cuiᵘ idẽ noster Ludolphus auctor est:quẽ vitã Christi titulo insigniuit. Offendes nimirũ singularẽ doctrinã deuotissimi patris:z re ipsa cõprobabis Ludolphuꝫ nulla priuata laudatione nũc indiguisse. Inde nr̃o tãdẽ seculo(quo tot obstrusa z abdita diu volumina in lucẽ ꝓdeũt)miserta plurimũ diuina benignitas:nequaq̃ passa est hoc Ludolphi saluberrimũ opus:cũ magno religionis nostre discrimine diutius latere:aut forsitan obliterari. Ex Spiris Kalen. Januarij. Anno virginei partus. Mcccccxj.

Descripta in prologo.

Laudes z salutares psalmorum effectus.

In prologo describunẽ.
- Vtilitas intelligentie eorum.
- Vtilitas deuote eos legentium z decantantium.
- Pericula indeuote legentium aut decantantium psalmos.
- Tituli ratio.
- Librum esse vnum distaxat.
- Dauid auctorem fuisse:non Asaph:yditum z ceteros.
- Numerus psalmorum:z mystica eius numeri significatio.
- Modus procedendi:z de quadruplici sensu.
- Cur psalmi in ecclesia frequentantur.
- Vtilitas z effectus cantus vocalis.
- Modus psallendi.
- Attentio inter psallendum q̃ vtilis sit viris ecclesiasticis
- Ad orationem qualiter homo se debeat preparare.

Orationis instantia z sedulitas.

¶ In ipsa expositione Verba psalmorum signo Parenthesis includuntur vt secernantur ab aliis:nec tamen truncata vt facilius legas.

Sicut olim manna habuit delectamentũ ꝛ oẽs saporẽ suauitatis:sic carmen hui⁹ libri habet oẽ spirituale documentũ: ꝛ est ↄuertibile ad omnẽ sensuz cuiuslibet intẽtionis. Cũ in choro canit: tũc sunt verba ecclesie deũ laudãtis. Cũ a iustis canit: tũc sunt verba gratias agẽtis. Cũ a peccatore recitatur: tũc sunt verba veniã deprecãtis. Cum pro defunctis decantat: tũc sunt verba anime de supplicio ad deũ clamãtis. Et quocunqz se intẽtio canẽtis vertit:moꝝ se sensus huius libri affectui canẽtis cõformabit. Cum benedicẽte benedicit:cũ maledicẽte maledicit. Benedicit mẽbra Christi:maledicit mẽbra diaboli. Utile aũt ꝛ salubre est itelligere qḋ nunq̃ cessamus decantare. Auget quippe deuotionẽ intelligẽtia:ꝛ dum intelligit quod cantat:mens per intellectũ obligata nõ euagat. Intellectus quoqz canticorum menti Christũ in singulis psalmis facit presentẽ quez dum intellectu ꝛ ore decantant: procul dubio attẽtius amant. Dum cogitas psalmos, Christus in mente tua est. Dum ore decantas, Christus in ore tuo est. Dum meditaris psalmos:hũc ex meditatione capies fructũ, vt in ipsis tibi vtrũqz occurrat testamẽtũ. Psalmoꝝ deuotio ꝑsentiã Christi cõciliat. Angeloꝝ congratulationẽ generat:ignitos mẽtis affectus suscitat:mala purgat:demones superat gladio spiritus qḋ est verbũ dei:q: deuotionẽ psallentiũ sustinere nõ possunt. Psalmoꝝ radices nõ in terra sed in celo fixe sunt:q: ibi est Christus qui omniũ psalmoꝝ materia est ꝛ intẽtio. Ibi est cõuersatio ecclesie, que Christi corp⁹ est:que etiã permaxime psalmoꝝ partẽ cõtinet. Deuotionẽ psallẽdi docet Apl's cum dicit. Psallã spiritu psallã mẽte:ꝛ deuotioni psallentiũ congratulationẽ angelicã adesse docet psalmista qui ait. In cõspectu angeloꝝ psallã tibi. Qr psallẽtibus admisceri sancti angeli soleant, manifestat psalmista vbi ait. Preuenerunt ꝑncipes.i.angeli coniuncti psallentib⁹. Unde cauendũ est ne ꝓpter nostrã desidiã angeli recedant. Si enim boni spũs se a nobis elongauerint:impetũ maloꝝ quis sustinebit: Cauendũ est ne etiã maledictionez incurramus ꝓphete dicẽtis. Maledictus omnis qui opus dei facit negligẽter. Dignũ quippe est vt mens nostra cõcordet cum voce quãdo ad diuinũ opus assistimus:ꝛ cũ diligẽtia a presentibus vniuersis quisqz se retrahat, ꝛ diuinis inhereat vt celestia ei dona reuelent. Nihil eniz est in hac mortali vita in quo possimus familiarius inherere deo q̃ in laude diuina. Psalmoꝝ deuotio spirituisancto mentẽ preparat:ꝛ oĩuz gratiaꝝ dona meret. Unde Gregorius. Spũs dei ꝓphetarum mentibus nõ semper presto est quatenus cũ spiritũ prophetie nõ habent, se hunc cognoscant ex dono dei habere cũ habent. Unde ꝓpheta Heliseus cũ de futuris requisitus esset: ꝛ ꝓphetie spiritũ sibi deesse cognouisset:psalteriuz sibi fecit applicari vt ꝓphetie spiritus ad eum per laudẽ psalmodie descẽderet:atqz eius aiam de futuris repleret. Uox etenim psalmodie cũ per intẽtionẽ cordis agit:per hanc omnipotenti deo ad cor iter parat:vt intente menti:vel ꝓphetie mysteria:vel cõpunctionis gratiã infundat. Unde ps.49.scriptuz est. Sacrificiũ laudis honorificabit me:ꝛ illic iter quo ostendã illi salutare dei. In sacrificio igit diuine laudis fit ad Jesum iter ostensionis:q: dum per psalmodiã compunctio infundit, via nobis in corde fit:per quã in fine ad Jesum ꝑuenit. Hec Gregor. Nullus itaqz mortaliũ põt vel verbo explicare:vel animo cõprehẽdere psalmoꝝ virtutem:si nõ superficie labioꝝ tm̃:sed intenta mente ꝛ puro corde in diuina laude canant. In psalmis enim inuenies (si intente nõ celeriter perscrutaueris) tamẽ intimam õrationẽ qualem non poteris per teipsum vllatenus excogitare. In psalmis inuenies intimam cõfessionẽ peccatoꝝ tuoꝝ:ꝛ integrã deprecationez diuine atqz dulce misericordie. In psalmis inuenies presidiũ contra aduersitatẽ omniũ reꝝ que tibi accidũt:ꝛ intimam gratiaꝝ actionẽ de oĩbus. In psalmis cõfiteris infirmitatẽ tuaz atqz miseriã:ꝛ per hoc ꝓuocabis dei misericordiam. Oẽs enim virtutes in psalmis reperies:si a deo merueris vt tibi psalmoꝝ virtutem reuelet. Et ideo nõ est tibi opus vt per diuersos libros animo diffundaris. In psalterio solo vsqz ad obitũ vite habes mãm legẽdi, scrutandi, ꝛ docẽdi. In quo inuenies ꝓpheticos, euãgelicos, apostolicos, ꝛ oẽs diuinos libros spiritualr ac intelligibilr ex parte tactos atqz descriptos:ꝛ priorẽ atqz 2m aduentum dñi ibi prophetatos. Incarnationẽ quoqz ac passionẽ resurrectionẽqz atqz ascensionez dñi:ꝛ omnẽ virtutem diuinoꝝ in psalmis inuenies si intima mente ꝑscrutaueris:ꝛ ad medullã intimi intellectus per dei gratiã ꝑueneris. Unde de laude psalmoꝝ ꝛ salutaribus eoꝝ effectibus sic dicit Augustinus. Alia sunt que ꝓphete tradũt:alia q̃ hystorici. Lex quoqz alia ꝓuerbioꝝ:ꝛ alia cõmonitio. Psalmoꝝ xo liber q̃cunqz vtilia sunt ex oĩbus cõtinet, futura ꝑdicat:veteꝝ gesta cõmemorat:legẽ viuẽtibus tribuit:gerẽdoꝝ statuit modũ. Et vt breuiter dicam cõis qdam bone doctrine thesaurus est:apta singulis necessaria subministrans. Ueteribus nãqz aiaꝝ vulneribus nouit mederi. Sed ꝛ recẽtibus velocissimũ solet adhibere remediũ:atqz in actis ꝑseuerantiaz scit salutis exhibere. Sed ꝛ vniuersis pariter passionibus subuenire:que diuationib⁹ varijs aias angunt. Et hoc fit modulatione qdam ꝛ delectabili canore humanũ animũ ad pudicitiã ꝓuocante. Qm̃ quidez spũssanctus videns obluctantẽ ac resistentẽ ad virtutis viaz humani generis animũ:ꝛ ad delectationes vite huius magis inclinari q̃ ad virtutis rectũ iter erigi, delectabilibus modis cantilene vim sue doctrine ꝑmiscuit:vt dum suauitate carminis mulcet auditus diuini sermonis pariter vtilitas inseratur: 2m sapiẽtes qui si quãdo visus popo scerit:austeriora medicamẽta egris offerre mortalibus:ne eger vtilitatẽ pro austeritate refugiat:ora ac summitates poculi quo remediũ porrigant melle circũliniunt. Propterea ergo psalmoꝝ nobis per modulos aptata sunt carmina: vt vel etate pueri:vel qui adolescẽtes sunt moribus quasi cantilena quadã psallẽtes videant delectari. Reuera enim aias illuminant ac mẽtem. Psalmus tranqllitas aiaꝝ est, signifer pacis, perturbationes vel fluctus cogitationũ cohibẽs, iracundiã reprimẽs, luxum repellens, sobrietatẽ suggerens, amicitiã cõgregans, adducẽs in ↄcordiã discrepãtes, recõcilians inimicos. Quis enim vltra inimicũ ducat eum cum quo vnã ad deũ psalmi emiserit vocẽ: Ex quo intelligit:q: (qḋ omniũ bonoꝝ maximũ est) charitatẽ psalmus instaurat:coniunctionẽ quãdã per cõsonantiã vocis efficiens:ꝛ diuersum populũ vni⁹ chori per cõcordiaz cõsona modulatione consocians. Psalmus demones fugat:angelos ad adiutoriũ inuitat. Scutũ eniz in nocturnis terroribus, diurnoꝝqz requies est laboꝝ, tutela pueris, iuuenibus ornamẽtũ, solamẽ senibus, mulierib⁹ aptissimus decor:desertas habitare facit vrbes, sobrietatẽ docet. Incipientibus ꝑmũ efficit elemẽtum, ꝑficiẽtibus incrementum, perfectis stabile firmamẽtum:totius ecclesie vox vna. Psalmus solẽnitates decorat:psalmus tristitiã que ꝓpter deũ est mollit:psalmus ẽt ex corde lapideo lachrymas mouet. Psalmus angeloꝝ opus est:exercitiũ celestiũ:spiritale tymiama. O vere admirãdi magistri sapiens institutum: vt simul ꝛ cantare videamur:ꝛ qḋ ad vtilitatẽ anime ꝑtinet

Psalmorũ deuotio qd operat.

1.Corin. 14.

ps.137.

psal.67.

Hiere. 48.

Grego.

Heliseꝰ.

August.

Psalmus qd operat.

Psalmis oia discit.

doceamur. Quid aũt est qđ non discat ex psalmis: Non ois magnitudo virtutis: Non norma iusticie: Nõ pudicitie decor: Non prudẽtie cõsumatio: Non penitẽtie modus: Nõ patiẽtie regula: Non omne gequid dici põt bonum pcedit ex ipsis: Dei sciẽtia pfecta, prenũtiatio christi in carne venturi, ꝛ cõmunis resurrectionis spes, suppliciorꝫ metus, glorie pollicitatio, mysteriorꝫ reuelatio. Omnia prorsus in dis velut magno quodam ꝛ cõi thesauro recõdita atqꝫ cõferta sunt bona.

Psalmorũ cãticũ qđ opat.

Et iterꝫ canticũ psalmorꝫ aias decorat, expellit tenebras, efficit sanctitatẽ hoi peccat. ri, est refectio mẽtis: delet peccata, simile est elemosynis sanctorꝫ. Auget fidez sicut sol illuminat, sicut aqua sanctificat, sicut ignis pctm exurit, sicut oleũ defluit. Oleũ est misericordie, sol leticie, pars angelorꝫ electa, deũ ostẽdit, diabolũ offendit. Uolũtatẽ illicitã extinguit, asperitatẽ eicit, oẽm feruorẽ deprimit, iracũdiam frangit, laus dei est assidua: simile est melli.

Psalmorũ canticũ quid sit.

Canticũ psalmorum carmẽ est electũ apud deum. Omne peccatuz expellit, vinculum charitatis emẽdat, omnia penetrat omnia suffert, omnia implet, omnia docet, omnia significat, animã magnificat, turrim excelsam edificat, os purificat, cor letificat, hominem deificat, sensus aperit, omne malũ occidit, perfectionem instruit, excelsa demonstrat, desiderium regni celestis donat, pacem inter corpus ꝛ animam facit, ignem spiritualẽ in corde succendit, contra omnia vitia sollicitudo: certamen bonũ est: quotidie radices oĩuz malorꝫ expellit. Sicut lorica induit, sicut galea defendit, spes est salutis, cõsolatio dolorum, protectio laborꝫ, noticia veri luminis, fons sanctitatis. Hominẽ iuuenẽ castigat, regnũ celorꝫ sup terrã dat, tedium gie tollit, tuba est mirabilis. Qui diligit cãticũ psalmorꝫ assiduũ, non põt amare pctm. Qui hꝫ laudẽ dei in corde suo in postremo apud deũ gaudebit: ꝛ aiam suã in celo viuificabit in secula seculorꝫ.

Cassiodorus.

Unde ꝛ Cassiodorus. Psallẽdi vtilitas tristia corda cõsolat, gratiores mẽtes facit, fastidiosos oblectat, inertes exsuscitat, ad lamẽta peccãtores inuitat.

Psalmodia qđ est.

Et iterꝫ psalmodia est cõsolatio flentiũ, cura dolentiuz, sanitas egrotãtium, anime remedium, ꝛ miseriarum omnium suffragium.

Titulus libri.

¶ Est aũt libri huius titulus talis. Incipit liber hymnorꝫ vel soliloquiorꝫ pphete de christo. Liber dicit non libri, contra eos q dicũt plures esse libros: ppter gnqꝫ distĩones psalmorũ que fiunt per fiat fiat. Sed lꝫ sint gnqꝫ distĩones: nõ tamẽ gnqꝫ libri dicẽdi sunt: sed vnus.

Psal'. 39. Act. i. i.

Unde in capite libri scriptũ est ꝛc. nõ dicit librorꝫ: ꝛ in actibus: sicut scriptum est in libro psalmorꝫ: nõ dicit libris. Dicit aũt hymnorꝫ: qꝛ totum illud opus ptinet ad laudẽ dei.

Hymnus tria habere debet.

Hymni eniz sunt cantus laudẽ dei cõtinẽtes. Si sit laus ꝛ nõ sit dei nõ est hymnus. Si sit laus dei ꝛ nõ cantet nõ est hymnus: opꝫ ergo vt si sit hymnus habeat hec tria, ꝛ laudẽ, ꝛ dei, ꝛ canticũ.

Soliloquiorũ liber quare dicitur.

Dicit etiã soliloquiorꝫ: quasi solius spũssancti eloquiũ: qꝛ in eo solus spũssanctus sine vllo humano ingenio vel auxilio loqtur. David eniz prophetarꝫ eximius digniori modo qꝫ alij quasi tuba spũssancti pphetauit. Alij nãqꝫ pphete per quasdã rerꝫ imagines: scꝫ per somnia ac visiones pphetauerũt. David aũt solius spiritussancti instinctu sine omni exteriori adminiculo pphetauit. Uel dicunt Soliloquia qsi solo de christo eloquia. Nõ qꝛ de chro loquunt soli psalmi: sed qꝛ dignius ꝛ manifestius loquunt de illo qꝫ pphete ceteri: sequitur pphete per excellẽtiã: scꝫ David. Cum enim dicit ppheta sine adiectione proprij nois itelligit David. Ut cum dicit Apostolus intelligit Paulus. Et cum dicit vrbs intelligit Roma. Hec autẽ dicit cõtra eos qui dicunt plures fuisse psalmorꝫ scriptores vel auctores: scꝫ Asaph: Idithum ꝛc. quia nomina eorꝫ ponuntur in titulis: sed illi auctores psalmorꝫ non fuerunt: prout statim patebit. Et subdit de Christo. Ecce de quo agunt Soliloquia: de christo scꝫ toto, i. capite ꝛ corpore: sponso ꝛ sponsa.

Materia libri ẽ chrs

Communis ergo materia totius huius operis est chrs tripliciter acceptus, i. fm diuinitatẽ: fm humanitatẽ: ꝛ fm corpus eius qđ est ecclesia. Intẽtio est hoies in Adã deformatos: christo nouo homini cõformare. Liber ergo iste liber psalmorꝫ vel psalteriũ appellatur: quod nomẽ accepit a quodam musico instrumẽto quod hebraice nablum: grece psalterium: latine organum dicit: quia sanctus David dulce mysteriuz huius prophetie dulci sono: dulci organo idest psalterio voluit declarare. Unde ab illo instrumẽto ad litteram: ideo liber iste nominat: quia ad vocem illius instrumenti David canebat psalmos ante archam. volens enim magnificare cultũ templi ad honorẽ dei: cum archam de sylo reduceret plura milia cantorꝫ musicis instrumẽtis deum laudãtium: ꝛ similiter ianitores cõstituit. Et cantoribus qdem quosdam alios preposuit: quibus omnibus Idithum, Asaph, Ethan, Eman prefectos adhibuit. Ianitoribus ꝟo filios Chore prefecit, quorꝫ nomina Esdras frequenter in titulis posuit: tum pro honore mysterij: tum ppter nominuz interpretationes. Ipse quoqꝫ David cum psalterio modulans ante archã in tabernaculo: ad diuinum cultũ ceteros inuitauit. Et quemadmodũ singule modulationes illius instrumẽti vocabant psalmi: ita ꝛ singule particule huius libri vł clausule iuxta spiritualẽ quoqꝫ intelligẽtiam in psalterio: ꝛ non in alio instrumẽto modulabantur: ꝛ ab illo instrumẽto liber nomẽ sortit: quia sicut illud instrumẽtum decẽ chordas habet: ꝛ sonuz a superiori reddit per tactum manuũ.

Psalmus vnde di.

Unde ꝛ dicitur a psallin grece: quod est tangere latine: ita liber ille docet obseruãtiam decem mandatorꝫ: ꝛ non pro terrenis: sed pro celestibus que sursuz sunt bene operari. Unde tota nostra operatio tendere debet ad superiora: ꝛ propter illa fieri vt semper dicamus: osanna in excelsis: ꝛ sursum corda: ꝛ primũ querite regnũ dei.

Psalmus ppre melos dicit.

Et quia psalmus proprie dicit melos quod per motũ ꝛ laborẽ manuũ ex psalterio pcedit: ideo sepe pro bona operatione ponitur que sine labore fieri nõ potest. Qꝛ aũt psalmus ex motu digitorꝫ ꝛ consonãtia vocis fieri solebat (percutiebat eniz chordas ꝛ organum resonabat: ꝛ cũ organo pariter ipse verba cantabat) hoc significat ꝙ in nobis cõsonare debet bona operatio ꝛ laudatio. Igitur Asaph, Idithuz, ꝛ ceteri huiusmodi: nõ fuerunt auctores psalmorꝫ: sed prepositi artificibus q psalmos personabant tribus modis: vel humana voce: vel musicis instrumentis: vel cõmuniter vtroqꝫ modo. Et hoc dupliciter: vel post vocem instrumẽto: vel post instrumẽtũ voce. Psalmus autẽ est instrumẽti sonus. Canticum ꝟo humane vocis cantus in laudẽ dei. Psalmi quoqꝫ cantici cum post instrumẽtum vox: sed cantici psalmus cum post vocez instrumẽtum. Istos ergo. 150. psalmos spiritu dei reuelante sanctus David cõposuit: ꝛ lꝫ quidam psalmi aliorꝫ nominibus intitulẽtur: non ideo factum est ꝙ ipsi psalmos composuerunt: sed ppter officia vt honorem de ministerio sumerent. Uel ppter mysteria que ex interpretationibus nominũ accipiunt: ad que sermo sequens pertinere videtur. Unde ad maiorem euidẽtiam interpretationes nominũ quorũdaz videamus: per quas subiectorꝫ psalmorꝫ panduntur intellectus.

Idithũ qđ interptat.

Idithum interpretatur transiliens eos: idest remanens in mundo: herenteſqꝫ terrenis de quo transiliente agitur in psalmo. 38. quia est de eterna beatitudine: ꝛ docet a dilectione seculi ad legem dei: ꝛ inde ad eternitatem mente transilire. Unde dicitur canticum David pro Idithuz idest transiliẽte. Transilire debemus ꝛ veri transitores esse de malis ad bona: de bonis ad meliora: de instantibus ad nouissima: de temporalibus ad eterna. Primo conuersione. Secundo cõuersatione. Tertio consideratione. Quarto imitatione. Similiter intellige de alijs psalmis qui de Idithuz intitulantur.

Chore qđ interpⱥt.

¶ Chore interpretatur caluaria: qui fuit locus dñice passionis. Unde p caluariã chri passio itelligit. Filij ğ Chore sunt filij passiõis filij crucis g trophei chri. i. signũ crucis i frõte cordis ꝛ

dis τ corporis susceperunt: τ in cruce dñi nostri Jesu christi cum Apostolo gloriant: τ similiter quos deus hic affligi p̄mittit castigans tanq̄ filios vt sint filij chore.i.passionis: vt discant appetere spūalia τ eterna. Et his talibus attribuitur intellectus psalmi.41. τ sequunt plures alij. Sepe intitulātur psalmi cū hac adiectione: filijs chore.i.christi τ passionis eius: vt inculcet nobis iugis memoria dñice passiōis.

Asaph qd interp̄tat.

¶ Asaph hebraice: latine cōgregatio: grece synagoga interpretat. Et lz cōgregatio sit quorūcūqz collectio: p̄prie tn̄ synagoga dicit 9gregatio populi filioꝝ israel. In cuius p̄sona s̄m partē fidelē p̄pter certius testimoniū loquit Propheta in psal.49. per quā magis confutent increduli iudei: qui iam sibi cōtra hoc qd prius agebat testat vt credibilius sit. Et sequunt plures psalmi alij de Asaph intitulati.

Eman qd interp̄tat. Gal.6.

¶ Eman interpretat frater eius. Fratres aūt christi hi sunt q in cruce gloriant: sicut Apostolus qui ait. Mihi autē absit gloriari nisi in cruce dñi nr̄i Jesu christi: qui sunt veri israelite.i. deū videntes: sicut ad litterā Eman fuit israelita. De hoc agit in psal.87. qui dicit intellectus Eman israelite.i. illoꝝ q sunt fratres christi in cruce gloriantes τ deū videntes. Uel Eman esraita dicit.i.aduena. dicit eniz fuisse qdā de partibus orientalibus scz de Esra. Et sic est intellectus qui illoꝝ se aduenas τ peregrinos reputant in hoc mūdo: qz nō habemus hic manentem ciuitatē sed futurā inquirimus.

Hebr.13. Ethan qd interp̄tat.

¶ Ethan interp̄tatur robustus: qd nullus est nisi in spe p̄missionis dei: per quā nemo digne supplicās decipit: qd verus israelita intelligit. De hoc agit in psal.88. qui dicit intellectus Ethan israelite.i. robusti qui vere deū videt.

Hieron.

Ut dicit Hierony. Nihil felicius christiano cui regnū celoꝝ promittit: nihil periculosius cum semp de statu periclitatur: nihil fortius cum ab eo diabolus vincat: nihil infirmius cum a carne sua vincitur. De his ergo premissis plerūqz in titulis psalmoꝝ fit mētio: tum pro officij reuerentia: tum pro nois interpretatione. De alijs vo q̄ in psalmoꝝ ponunt titulis: in suis specialiter patebit locis. Omnes igr̄.150. psalmi merito ipsi David attribuunt prout supra manifeste ex titulo libri huius colligit: τ ex glosa ordinaria τ pluribus alijs locis autēticis habet. Ambrosius etiā τ Gregorius plures psalmos noibus alioꝝ prenotatos vel nullius noie intitulatos soli David attribuunt. Et in hac opione tanq̄ cōmuniori: τ magis p̄babili plures cōueniunt.

August.

Augustinus quoqz manifeste hoc idez sentit qui in.17.lib. de ciuitate dei.c.14. sic dicit. Erat aūt David vir in canticis eruditus: qui armoniam musicā non vulgari voluptate: sed fideli volūtate dilexerat: eaqz deo suo qui verus est deus mystica rei magne figuratione seruiens. Diuersoꝝ enim sonoꝝ rationabilis moderatusqz concentus: cōcordi varietate compactā bene ordinate ciuitatis insinuat vnitatē. Deniqz omnis fere prophetia eius in psalmis est: quos.150. liber 9tinet: quē psalmoꝝ vocamus: in qbus nōnulli volunt solos factos esse a David qui eius nomine inscripti sunt. Sunt itē qui putant nō ab eo factos nisi qui prenotant ipsius David. Qui vo habēt in titulis ipsi David ab alijs factos p̄sone ipsius fuisse coaptatos: que opinio voce euangelica saluatoris ipsius refutat: vbi ait q ipse David in spiritu christū dixerit esse dn̄m suum. Qm̄ psalmus cētesimusnonus sic icipit. Dixit dn̄s dn̄o meo: sede a dextris meis. Donec ponā inimicos tuos: scabellū pedum tuoꝝ. Et certe idē psalmus nō habet in titulo ipsius David: sed ipsi David sicut plurimi. Mihi autē credibilius vident existimare qui omnes illos.150. psalmos eius operi tribuūt: eūqz aliquos p̄notasse etiā nominibus alioꝝ aliqd quod ad rem p̄tineat figurantibus. Ceteros aūt nullius hois nomen in titulis habere voluisse: sicut ei varietatis huius dispositionē: q̄uis latebrosam: non tamē inanem dn̄s inspirauit. Nec mouere debet ad hoc credēdum: q nōnulloꝝ nomina p̄phetaꝝ qui lōge post David regis tēpora fuerunt: qbusdā psalmis in eo libro legunt inscripta: τ que sibi dicantur velut ab eis dici vident. Neqz eniz nō potuit propheticus spūs prophetāti regi David: hec etiā futuroꝝ prophetaꝝ nomina reuelare vt aliud qd eoꝝ p̄sone conueniret prophetice cantaret: sicut rex Josias exorturus τ regnaturus post annos amplius q̄ trecentos cuidam prophete qui etiā facta eius futura predixit cum suo nomine reuelatus est. Hec Augustinus.

Psalmorū liber in quo 9sistit.

¶ Consistit aūt liber iste in centū quinquaginta psalmis: qui numerus celeberrimis annotat mysterijs. Constat enim ex octogenario τ septuagenario: qui idem significat qd octonarius τ septenarius. Et idem mysteriū est in simplicibus τ in compositis. Quia sicut quindenarius ex.15. cōsurgit vnitatibus sic.150. ex.15. denarijs. Octonarius aūt octauā significat resurrectionis: quia cum sint sex etates viuētium τ septima moriētium, octaua erit resurgētium. Septenarius vo tempus significat huius vite: que septem dieꝝ agitur reuolutione.

Psalmorum liber quid nos docet.

Docet ergo nos liber iste in huius vite septenario sic operari: vt in octaua resurrectionis glorificemur. Itē octonarius significat nouum testamētum: cuius patres octonario deseruiunt. obseruant eniz τ colunt octauā diē resurrectionis christi.i. dominicā: τ octauas sanctoꝝ propter resurrectionē octaua etate futurā: τ expectant eandem resurrectionē octauam. Septenarius vo significat vetus testamētum: cuius patres septenario seruiebant. obseruabant eniz τ colebant septimū diem a p̄mo die creationis.i. sabbatū: septimā hebdomadaz septimū mensem: septimū annū: septime decadis.i. iubileuz. Per hoc ergo innuit q liber iste vtriusqz testamēti cōtinet doctrinā.

Psalmorū libri distinctio.

Distinguit autē liber iste per tres qnquagenas qui tres status electoꝝ significant.s. penitētiū: in iustitia p̄ficientium: τ peruenientium. Ideo p̄ma quinquagena finit in penitentia.s. miserere mei deus. Scda in iustitia.s. misericordiā τ iudicium cantabo tibi dn̄e. Tertia in laude eterna.s. omnis spiritus laudet dn̄m. Hi sunt tres status christiane religiōis: sic enim ad eternā tendimus vitā. Prius per penitētiā peccata dānemus: vocāte deo ad penitētiaz quos apud se in occulto p̄destinauit ad vitā. Inde per misericordiaz iustificati bene viuimus: ne iudiciū in futuro timeamus: deo vocatos iustificāte hic per misericordiā τ timorē iudicij. Tandez ad vitam glorificati intramus vbi deū sine fine laudamus.

Tractandi modus.

¶ De modo tractādi est sciēdum q Propheta frequēter p̄sonas mutat. Talis est enim vsus p̄phetie: prout in multis locis patet: modo cōuertit se ad familiarē domini locutionē: modo ad audiētes vt eos edificet τ instruat per suū sermonez: modo loqtur in persona sua: modo in p̄sona christi τ capitis: modo in p̄sona membroꝝ seu corporis: modo in p̄sona vtriusqz. De christo capite agit tribus modis. Aliqñ s̄m diuinitatē: aliquādo s̄m humanitatē: quādoqz per transumptionē vt quādo vtit voce membroꝝ. De corpore seu mēbris etiā agit tribus modis. Aliqñ s̄m p̄fectos: aliquādo s̄m imp̄fectos. Interdum s̄m malos. Aliquādo etiam qd futuꝝ est prophetādo predicit: aliquādo p̄pter prophetie certitudinē ipsum futuꝝ tanq̄ preteritum ponit.

Prophetaꝝ mos.

Mos enim est p̄phetaꝝ vti nunc verbis p̄teriti tēporis nunc futuri: qz quantum ad ostēsionem sepe que dicūtur sunt p̄terita: τ quātum ad ipsam rem futura. Diuersus quoqz in hoc libro inuenitur sensus: scz litteralis seu hystoricus: τ mysticus seu spiritualis. ¶ Unde notādū q liber sacre scripture hoc habet speciale: q sub vna littera plures sensus cōtinet. Huius vo ratio est: qz p̄ncipalis auctor sacre scripture est ipse deus: in cuius potestate est non solum vti vocibus ad aliud significandum quod etiā hoies facere possunt τ faciunt. Sed etiā rebus significatis p̄ voces vtit ad significādū alias res. Et iō cōe est oibus libris: q voces aliqd significēt. Sed speciale est libro sacre scripture q res signate p̄ voces aliud significēt. Scdz igitur p̄mā significationē que est per voces accipitur sensus

litteralis seu hystoricus. Scdm ꝯo aliā sigñationē q̄ est per ipsas res accipit̄ sensus mysticus seu spiritualis. Et hic sensus secūdus triplex est in generali: qꝛ si res significate per voces referant̄ ad significādum ea que sunt in noua lege tradita sic accipit̄ sensus allegoricus. Si autē referant̄ ad significandum ea que per nos sunt agenda: sic est sensus moralis vel tropologicus. Si autē referantur ad significādum ea q̄ sunt sperāda in beatitudine futura: sic est sensus anagogicus. Et dicit̄ ab ana quod est sursum: ꝛ goge qđ est ductio. Unde versus. Littera gesta docet: quid credis allegoria. Moralis quid agis: quo tendas anagogia. Et istoꝝ quatuor sensuum potest poni exēplum in hac dictione Hierusalē: que s̄m sensum litteralē significat ciuitatē illam terrestrē in iudea: s̄m ꝯo sensum moralē significat fidelē animam: s̄m ꝯo sensum allegoricum significat ecclesiam militantē: s̄m ꝯo sensum anagogicum significat ecclesiam triumphantem. Et sicut positum est exemplum in vna dictione: ita posset poni in vna oratione: ꝛ sicut in vna: ita ꝛ in alijs.

Anagoge vnde di. Uersus.

Hierusales qđ sigt in quadruplici sensu.

¶ Liber autē iste plus ceteris in ecclesia frequētat̄: qꝛ est cōsumatio totius theologie. Hic enim describunt̄ premia bonorū ꝛ supplicia maloꝝ: status incipiētium, proficiētium, pfectorum ꝛ peruenientiū, actiuoꝝ ꝛ contemplatiuoꝝ. Item frequētius legitur ꝓpter spem venie: vt nullus quantūcūq̄ peccator desperet cum audit peccatorē tantū. s. Dauid, tanta gratia sublimatū: sicut ꝛ ex Sauli cōuersione ꝛ promotione de dei misericordia plene certificamur. Unde ꝛ epistole eiꝰ in ecclesia frequētius legunt̄. Item qꝛ Dauid apertius ꝛ pfectius loquit̄ de christo q̄ alij prophete: ita q̄ magis videt̄ euangelizare q̄ prophetare. Item qꝛ nulla scriptura alia habet tot orationes immistas: ꝛ tot salutares effectus pro quibus assequendis fiunt orationes. Propter rōnes ergo predictas iuste in orationibus psalmi assumuntur ꝛ in frequētiori vsu ecclesie habētur. Hinc est q̄ omnes viri ecclesiastici: ꝛ precipue religiosi ad hunc librū per diligens studium merito debent se transferre: vt ea que quotidie tenētur orare ꝛ psallere discant intelligere: ꝛ sic intelligēdo gustent gustu interiori dulcedinē istius sapiētie salutaris. s. libri diuine laudis. Naꝫ preter vtilitates supra positas etiā ex hoc distractiones per varias cogitationes pluriū phantasmatū: diaboli instinctu ꝛ suggestione incidētes: ac ipsos orantes ꝛ psallētes periculose impediētes facilius euitant̄: tediuꝫ orandi ꝛ psallēdi melius tollit̄: interesse diuino officio quilibet eo amplius delectatur: fructu orationū suaꝝ non priuatur: meritum suū augetur: tota celi curia letificat̄ ꝛ iocundat̄. Unde bonū gratia anteq̄ ad expositionē littere accedatur aliqua ecclesiasticis viris: ꝛ maxime religiosis vtilia sunt premittenda.

Psalmorū liber totius theologie est cōsumatio.

¶ Et quia psalmus dicit̄ laus dei cum cantico. Primo vidēdum est de vtilitate cantus vocalis. Secūdo de modo cantandi atq̄ psallendi. Tertio de attētione in officio diuino: ꝛ alijs orationibus adhibēda. Quarto qualiter qs ad orōnē se dꝫ pparare. Quinto de orōnis instātia ꝛ eius exaudibilitate.

¶ Circa primū. s. de vtilitate cantus vocalis notandū est: q̄ licꝫ heretici vocales ecclesie cantus reprehendant: ecclesia tñ nō sine multa ratione eos instituit. habet eni huiusmodi cantus seu iubilus multos effectus vtiles. Unus est q̄ cor liquefacit in affectū sanctum. Unde de Augustino scriptū est q̄ flebat vberrime in hymnis ꝛ canticis: suaue sonātis ecclesie vocibus vehemēter affectus. Et iterum q̄ intētus modulationi hymnoꝝ ꝛ melodie psalmoꝝ reficiebat̄ delectabiliter: ꝛ flebat hilariter. Item iubilus laudis mentem eleuat: oculos cordis attollit. vnde multi rapiunt̄ in extasim in huiusmodi iubilatione. Et ideo postq̄ dictū est in psal. In ecclesijs benedicite dño: sequit̄ ibi. Beniamin in mentis excessu. Item tristitiam malā depellit. Unde glo. super illud Jacobi. Tristatur aliqs vestrū oret ꝛ psallat ꝛc. Crebra psalmodie dulcedo nociue tristitie pesteꝫ repellit. Ideo dicit Dauid. Exultabunt labia mea: scꝫ interiora ꝛ exteriora cū cantauero tibi. Item pparat viam cordis dño ad infusionē multiformium gratiaꝝ. Unde psal. Psalmū dicite nomini eius ꝛ sic iter facite. Et in libro regū dicit̄: q̄ cum caneret psalmos facta est super euꝫ manus dñi. Et isti sunt quatuor effectus in anima. Item diabolū fugat. Unde in libro regum dicit̄ q̄ Dauid psallente recedebat spūs malus a Saul, ꝛ melius habebat. Item deū delectat. Unde in canticis ipse dicit ecclesie. Sonet vox tua in auribus meis: vox tua enim dulcis. Iteꝫ militantē ecclesiam vertit in similitudinē triumphantis: q̄ semp iubilat ꝛ laudat. Unde Bernar. Nihil in terris ita ꝓprie representat quēdam celestis habitationis statū sicut alacritas laudātium deum. Itē inimicos ꝯturbat. vñ in lib. Paralip. Cūq̄ cepisset laudes canere vertit dñs insidias inimicoꝝ ꝛ percussi sunt. Felices effectus isti felicis iubilationis: que duritiam cordis resoluit: que terrenā mentē eleuat: que tristitiaꝫ seculi depellit: que ad susceptionē diuine benedictionis preparat. que diabolum fugat: deum delectat: militantē ecclesiā triūphanti assimilat: hostesq̄ ipsius cōfundit. O ergo q̄ vtile ꝛ q̄ salubre est canere ac deuote frequenter psallere psalmos ꝓpter istos ꝛ alios ṗus tactos fructꝰ ꝛ effectꝰ salutares.

Cantus vocalis vtilitas q multos habet effectus.

Psal. 57

Ibidem

Jaco. 5.

psal. 70.

Psal. 65

4. reg. 3.

1. reg. 19

Cantico. rū. 2. d.

Bernar.

2. Para. 20. f.

¶ Circa scdm. s. de modo canendi atq̄ psallendi est diligēter aduertēdum q̄ in modo cantādi quelibet persona ecclesiastica: ꝛ maxime religiosa semper plus tenet̄: ꝛ debet placere deo q̄ hoībus. Quicunq̄ aūt studet deo placere in cantādo: quanto purius ꝛ simplicius deo cantauerit, tanto magis deo placebit. Plus enim attēdit deus deuotionē ꝛ puritatē cordis q̄ modulationē vocis. Unde quidā ait. Nō vox sed votum: non musica cordula sed cor. Non clamor sed amor: sonat in ore dei. Unde ꝛ Augustinus. Cum mihi inquit accidit vt mihi amplius cantus q̄ res que cantat̄ moueat: penaliter me peccare cōfiteor: ꝛ tunc mallem nō audire cantantē. Cuꝫ autē fratres in choro ad diuinū officium steterint: caueat sibi quilibet ne sit piger ꝛ fastidiosus: sed cogat corpus ꝛ spiritum stare reuerēter: ꝛ psallere deo alacriter corā angelis qui ibi presentes assistunt: dicens cuꝫ psalmista. In cōspectu angeloꝝ psallaꝫ tibi. Risus ꝛ verba inutilia frater penitus detestetur: vbi coram dño maiestatis cum metu ꝛ reuerētia assistere debet. Uerba psalmodie distincte ꝛ integre ꝓnūciet: non sincopando aut nimium accelerādo. Unde Bernardus fratres suos ammonet dicēs. Uos moneo dilectissimi strenue interesse laudibus diuinis: vt sicut reuerēter ita ꝛ alacriter dño assistatis. Non pigri: nō somnolēti: nō oscitantes: nō parcētes vocibus: non precidētes verba dimidia: non integra transilientes: nō fractis ꝛ remissis vocibus muliebre qddam de nare sonātes: sed virili (vt dignuꝫ est) sonitu ꝛ affectu voces sanctispiritus depromentes. ¶ Ubi nota exēpluꝫ contra pigros ꝛ fastidiosos in diuino officio aptissimū. Fert̄ enim q̄ cum duo fratres quadaꝫ nocte sedēdo in lectis suis sic q̄si cubādo dicerent pariter matutinū: affuit diabolus cū fetore intollerabili dicēs: ad talē orōnē tale debet̄ incēsum.

Canendi atq̄ psallēdi modus.

August.

psal. 131.

Bernar.

¶ Circa tertium scilꝫ de attētione in officio diuino ꝛ alijs orationibus adhibēda. Et sciēdum q̄ summo conatu debēt oēs viri ecclesiastici: ꝛ maxime religiosi dare operam vt vertet̄ in corde quod profertur in ore. In oratione enim petimus vt deus nobis intēdat. Quomodo autē probabile est q̄ hoc faciat deus: si nos nobis nō intēdimus? Unde Bernardus. Quomodo mihi intēdit qui mihi non intendo? Item quod magis efficax est in oratione est ex parte cordis. Unā Augustinus. Potius ad vocē cordis q̄ corporis aures eiꝰ. Et Isidorus. Oratio cordis est non labioꝝ: neq̄ enim deus deprecantis verba intendit: sed orantis cor aspicit. Qui ergo cor nō habet in oratione: subtrahit quod melius est in oratione. Necessaria est ergo cordis intentio: vt quod ore precamur

Attētio in diuino officio adhibenda.

Bernar.

August.

Isidor.

hoc etiam mente meditemur. Ad hoc hortabatur Bernardus dicens. Uos moneo pure interesse laudibus diuinis: vt nil aliud dum psallitis q̄ quod psallitis cogitetis. Spiritus eniz sanctus illa hora grata nō recipit: quicq̄d aliud q̄ debes neglecto eo qḋ debes obtuleris. Et iterȝ ad psalmodiā semper cor habeas nisi ad aliud sublimius rapiaris. Omniū enī que ibi dicuntur vsq3 ad vnaȝ litterā te noueris pro certo debitorem. Uel dicēdi in choro tuo: vel audiendi in alio. Inter omnia autē opa bona (vt testat̄ abbas Agathon) orare deū est difficillimū: ꝛ plus habet laboris: q2 semper demones festinant interrūpere orationē: sciētes ꝙ ex nulla re impediūtur sicut per orationē fusam ad deum. Et inde est ꝙ in principio omniū horarum canonicaꝝ munientes nos signo crucis cōtra infestationes diaboli dicimus. Deus in adiutorium meū intende. De cuius versiculi efficacia in collatione abbatis Isaac dicit̄ ꝙ recipit oēs affectus quicunq3 possunt humane nature inferri: ꝛ ad oēs incursus conuenienter aptatur. Habet enim cōtra omnia discrimina imminētia protectioneȝ diuine inuocationis: habet considerationē proprie fragilitatis: habet fiduciam exauditionis. Omnibus infestationē demonuȝ patiētibus inexpugnabilis murus est: et clipeus munitissimus: defendens nos cōtra omnium vitioꝝ impugnationē. In quacunq3 enim tribulatione vel necessitate cōstitutus habet dicere. Deus in adiutoriū meuȝ intēde: domine ad adiuuandū me festina. Sciēduȝ autē ꝙ sicut dicit Augustinus: si quis parū intelligat psalmū: credat tamē aliq̄d boni esse in eo qḋ cantat: nō omnino sine fructu est. Ideȝ credo si quis bene itelligat ꝛ conetur intēdere: sed ex fragilitate distractus non attēdat actualiter ei quod cantat.

Augus.

Orationis ad obsequium preparatio.

Circa quartū sciȝ qualiter quis ad orationē se debet preparare. Notandū est: ꝙ sicut in collatione abbatis Isaac dicitur: quales in orationibus volumus inueniri: tales nos ante orationis tēpus pparare debemus. Ex precedēti enim statu mens in supplicatione format̄: ꝛ idcirco quicq̄d volumus vt nobis orantibus nō subrepat ante orationē de nostro pectore debemus euellere. Quicquid eniȝ ante horā oȯnis mens nostra cōcepit: necesse est vt hoc nobis orantibus per recordationē occurrat. Studeat ergo frater vt cogitationū tumultus valeat euitare: ꝛ prius q̄ incipiat̄ officiū cor ad deuotionē excitare. Ideo enim tam desides ꝛ tepidi sumus in diuino officio: quia ante non sumus deuotione excitati: ꝛ ita eximus sicut intrauimus frigidi ꝛ dissoluti. Cum ꝟo officiū incipitur cogitationibus vagis iam reiectis: mentē sursum ad deuȝ habeamus intēdētes his que psallunt̄. Alioquin si primo cogitationibus additū pbuerimus post ea tumultus earum vix euadere poterimus. Antiquus enim hostis serpens lubricus est: cuius si capiti non resistitur totus in intima cordis dum nō sentit̄ illabit̄: ꝛ vt fortis armatus conat̄ custodire atrium suū. Et contra hoc multū valet si moꝝ frater vt a somno euigilat cogitationes abiciat: q̄bus eum diabolus occupare vellet: ꝛ primitias cogitationū suaꝝ ꝛ actionū offerat domino in oratione: vel aliqua bona meditatione cū corporis exercitatione: videlicet genuū flexione: manuū protēsione: brachioꝝ in modū crucis expansione: totius corporis pstratione ꝛ similibus vt docet̄ in. 21. patrum collatione. Ex quibus affectus deuotionis excitat̄ ꝛ spiritus incalescit: ꝛ ex hoc frater tota die deuotior ꝛ expeditior erit. Sciēdum etiā ꝙ sicut collatiōe. 9. dicit̄ vt eo feruore ꝛ puritate qua debet emitti possit oratio hec nobis sunt penitus obseruanda. Primo enim sollicitudo reꝝ temporaliū est penitus abscindenda. Scḋo vt nullius negocij curam: imo nec memoriam admittamus. Tertio vt detractiones, vaniloquia: ꝛ omnes scurrilitates similiter amputemus. Quarto ire ꝛ tristitie perturbatio est eruēda funditus. Quinto vt fomitē carnalis concupiscētie a corde nostro radicitus euellamus: ꝛ ita q̄buslibet vitijs penitus abscissis: iactanda sunt pmū fundamēta humilitatis profunde: que turrim illam pcelsam celos penetrantē feruorē: sciȝ ꝛ deuotionē orationis valeat sustētare. Deinde supponēda est virtutum extructio per quam mens ab omni euagatione lubrica possit cohiberi: ꝛ ad contēplationē diuinam: ꝛ excessus theoricos incipiat sublimari: ac si semper sibi dicatur sursum corda.

Orationis instantia.

Circa quintū ꝛ vltimum sciȝ de orationis instantia ꝛ eius exaudibilitate est sciēdum ꝙ oportet instanter orare. Unde pceptor noster nō simpliciter ait orate: sed inquit orationibꝰ instate. Non enim ppter hoc est desistēdum: si obstrepētiuȝ cogitationuȝ tumultus mētem ab oratione abstrahat: aut si non statiȝ deus exaudiat: sed est perseuerāter instandū orando atq3 psallēdo: quousq3 importunas deserioꝝ carnaliū suggestiones que nostris obstrepunt sensibus: fortissima intētione superemus: ac tam diu insistēdo quousq3 persistēdo vincamus. Unde Hugo. Amat inquit deus instantiaȝ ꝛ importunitatē in prece. Si magna sunt premia non debēt esse desideria parua. Cum magnitudine enim premioꝝ concordare debet magnitudo desiderioꝝ. Et si ad primas lachrymas dominus nō exaudit: nec sic quidē a querēdo ꝛ pulsando desistēdum est: sed tanta potius perseuerandū instantia: tantoq3 obstinato clamore frequētādus saluator donec impleat orantis desiderium. Est aūt sciēdum ꝙ triplex est oratio: sciȝ vocalis de qua dicit psalmista. Uoce mea ad dn̄m clamaui. Et mētalis de qua iterum dicit. Desideriū pauperꝝ exaudiuit dominus. Et actualis siue opis que fit bene operando: q2 non desinit orare qui nō desinit benefacere. Sciēdum etiā ꝙ etsi instantia orationis multū valeat ad eius exaudibilitatē: non tamē semper etiā viri sancti in eo qḋ petunt exaudiuntur: imo plerūq3 mali in sua petitione a deo exaudiuntur: non aūt boni: sicut ostēdit Augustinus in exemplis. Constat enim ꝙ Paulus apostolus instāter orauit vt auferret̄ ab eo stimulus: ꝛ tamē non fuit exauditus. Diabolus aūt in sua petitione exauditus fuit: cum petijt sibi dari potestatē in Iob: ꝛ cū petijt se mitti in porcos. Sed vt subdit Augusti. Apostolus est magis exauditus. Apostolus enim exauditus est ad salutē: ꝛ si nō ad voluntatē: sed diabolus ad damnationem. Non ergo cōtristari debet bonus homo si in eo qḋ petit nō exauditur ad suam voluntatē: q2 plerūq3 sibi noxium esset. Et ponit Augustinus exēplum de medico: a quo si petat infirmus aquā frigidam: si nouit obesse nō dat: si prodest statim dat. Disce ergo (ait Augustinus) rogare deum ꝛ medico cōmittas: qḋ ipse nouit faciat. Tu morbum cōfitearis: ille medicamētum exhibeat: tu tantū charitatē tene. Naȝ ille secari vult: vrere vult: tu si clamas ꝛ nō exaudieris in adustione ꝛ tribulatione: nouit ille quousq3 putredo est. Tu iam vis vt reuocet manus: ꝛ ille vulneris sinuȝ attendit: scit quousq3 perueniat. Non exaudit ad volūtatē: sed exaudit ad salutem. Hec Augustinus.

Hugo.

Oro est 3ᵉˣ

Psal. 3.

Psal. 9.

His ergo premissis tanq̄ exhortatiuis ad psallēdum ꝛ cantandum psalmos ꝛ diuinum officium instantius ꝛ libentius ad orandum attentius ꝛ feruentius. Nunc aliqualem expositionem psalmoꝝ procedamus: premittendo vt cōmuniter circa quēlibet psalmum quis auctor ipsius psalmi. Quis titulus. Que materia. Que intentio. Que sentētia in generali.

FINIS.

¶ Psalmus de Christi siue de viri iusti perfectione ⁊ felicitate: impiorūq̄ʒ vanitate ⁊ damnatione. Psal.I.

1 BEat⁹ vir qui non abijt in cōsilio impioꝝ ⁊ in via peccatoꝝ non stetit: ⁊ i cathedra pestilētie nō sedit.

Auctor hui⁹ psalmi ꝓprie ignorat̄: tamē magis cōmuniter credit̄ fuisse Esdras ꝓpheta qui legē reparauit: ⁊ sic etiaʒ psalmos in hoc libro recollegit: ⁊ sue recollectioni hunc psalmū per modū cuiusdaʒ prologi ꝑposuit. Ipse eniʒ psalteriū ⁊ totā bibliothecā a babylonijs cōbustā instinctu spūsancti reformauit: ꝑter qnqʒ libros Moysi quos apud samaritanos inuenit: ⁊ eodē spiritu reuelāte psalmos ita disposuit: eisq̄ʒ titulos apposuit. Sic eni est titulus in psalmo quō clauis in domo: q: sicut ꝑ clauē reserat̄ domus vt sit ingressus in eā: sic per titulū apit̄ psalmus vt sit introitus in eius intelligētiā. Sed huic psalmo iō titulus nō apponit̄: ne titulus ꝑscriptus libri caput ⁊ initiuʒ videret̄: q: psalmus ille ꝑncipiū est ⁊ ꝑfatio: ac q̄si prologus ⁊ titulus libri ꝑsentis. Sicut eniʒ titulus illuminat ⁊ totā sequētē materiā prelibat: sic ille psalmus totā materiā sequentis operis tangit ⁊ ostēdit. Unde in sequētibus christus eum caput libri appellat dicēs. In capite libri scriptuʒ est de me. ¶ Materia psalmi est christi bonitas ⁊ ꝑfectio: impioꝝ ꝟo misera ⁊ eterna dānatio. ¶ Intētio ad bonū hoies allicere ⁊ iuxta posse eos christo cōformare: ⁊ a malo per exēpluʒ dānationis impioꝝ retrahere. ¶ Sententia in gñali: ꝓpheta in isto psalmo: tanq̄ʒ in ꝓlogo capite ⁊ ꝑncipio libri agit de illo qui est caput ⁊ ꝑncipiū omniū: scʒ de chr̄o: describens ⁊ prenuncians ipsius ꝑfectionē ⁊ felicitateʒ: impioꝝ ꝟo vanitatē ⁊ infelicitatē. Quia igit̄ oēs ad beatitudinē tendunt: nec beati esse nisi ꝑ chr̄m possunt: ꝓponit nobis christū in exēpluʒ: ⁊ incipiens a beatitudine ostēdit eum ab omni malo liberū ꝑ remotionē eoꝝ que in ꝑmo hoie fuerunt. Unde ad hoc vtit̄ cōparatione veteris Ade: qui ideo infelix ⁊ miser: q: abijt in cōsilio impioꝝ scʒ serpētis: ⁊ Eua cōsentiens: in via peccatorū stetit: opere peccans. in cathedra pestilētie sedit: alijs exēplū peccādi dando docēs: ⁊ sic erat ipius: q: peccauit in deū peccator q: in se: pestilens q: in ꝓximū. Sed nouus Adam q pctā deleuit est felix ⁊ btūs: q: nullo ꝑdictoꝝ modoꝝ peccauit. ¶ Sentētia in speciali: ꝑmus ergo homo infelix: sed secūdus [Beatus est vir] scilʒ ipse christus: qui ab instāti sue ꝯceptionis fuit beatus btītudine clare visionis ⁊ ꝑfecte fruitionis. Et vir ꝯtra ꝓspera ⁊ aduersa firmus: ac in oībus virtutibus sanctus ⁊ ꝑfectus [qui nō abijt in cōsilio impioruʒ] iniquis cōsilijs coꝝ cōsentiēdo [Et in via peccatoꝝ nō stetit] malū operādo [⁊ in cathedra pestilētie] ⁊ cōtagij [nō sedit] doctrinā erroneā ⁊ infectiuā docēdo. Hoc est: nō cogitauit malū: nō fecit malū: nō docuit malū: siue per verbū: siue per exēplū. Dicto ergo quomodo chr̄s imunis fuit ab omni malo: ostēdit quomodo plenus omni bono dicens.

2 Sed in lege domini voluntas eius: ⁊ in lege eius meditabitur die ac nocte.

¶ Sed in lege dn̄i] scilʒ dei patris [volūtas eius] fuit: q: a ꝑceptis patris nunq̄ʒ filius discordauit. Ex q̄bus verbis colligimus q ꝑceptis dn̄icis nō ex nec̄itate sed volūtate: non timēdo sed amādo obedire debemus. Et hec volūtas nō fuit ociosa vel ad oꝛa: sed [⁊ in lege eius meditabit̄] nō vt ꝟm eā disputet: sed vt ꝟm eam viuat [die ac nocte] .i. assidue ⁊ sine cessatione. Uel in ꝓsperis ⁊ aduersis q̄ significari solēt nomine diei ⁊ noctis. Postq̄ʒ enim dixit christū plenum omni bono in se: ostēdit eum vtilem nobis dicens.

Preceptis dn̄icis nō ex nec̄itate sʒ volūtate obedire debemus.

3 Et erit tanq̄ʒ lignū qd̄ plantatū est † secus decursus aquaꝝ: qd̄ fructum suū dabit in tēpore suo.

Al. † ꝟm

¶ Et erit tanq̄ʒ lignuʒ] tanq̄ʒ sic notat silitudinē: vt veritatis nō excludat expressionē. Christus eniʒ est vere lignū vite: q: est cibus vite quo q̄q̄s vescit̄: vita viuet ⁊ nō morietur. [qd̄ plātatū est] in incarnatione [secus] .i. iuxta [decursus aquarū] .i. plenitudinē gratiaꝝ: cōtra estuʒ vitioꝝ: q: habet in se fluēta oīuʒ virtutum ⁊ gratiaꝝ: cui nō est spiritus datus ad mēsurā. [quod fructū suum dabit in tēpore suo:] q: duʒ erat in mundo fructum bonoꝝ operū dedit: ⁊ additum paradisi per passionē reserauit: ⁊ nihilominus in ꝑsenti dat fructum gratie: ⁊ in futuro dabit fructum glorie.

4 Et folium eius non † defluet: ⁊ omnia quecunqʒ † faciet prosperabuntur.

Al. † decidet. Al. † fecerit.

¶ Et foliū ei⁹ nō defluet] .i. verbū ei⁹ nō erit instabile ⁊ irritū: sed immutabile ⁊ firmū. Quicq̄d eni chr̄s ꝑcedit ad effectū oīno ꝑducit. Et bene folia verba dicunt̄: q: sicut folia fruct⁹ tegūt: sic verba chr̄i ꝓmissiones ei⁹ custodiūt: ⁊ q̄d ꝑ singula. [oīa quecūqʒ faciet] scʒ fructuoꝝ folia facta ⁊ dicta [ꝓsperabunt̄] sibi ⁊ suis. Oīa eniʒ ad salutē nr̄aʒ facta sunt: factis q̄dē ipsi⁹ tanq̄ʒ fructib⁹ spiritualiter pascimur: dictis ꝟo eius tanq̄ʒ folijs a vitijs obumbramur: ⁊ hec sibi ad fructū suum proficiunt ⁊ vitam eternam nobis obtinebunt. Sed

5 Non sic impij non sic: sed tanq̄ʒ puluis quem ꝓijcit ventus a facie terre.

¶ Nō sic impij] q caret bonitate moꝝ [nō sic] fructificant ⁊ ꝓsperabunt̄: q: a tāta ⁊ tali ꝑfectione excludunt̄: ⁊ nihil boꝝ assequunt̄. In repetitiōe aūt imobilis firmitas ondit̄. [sed] erunt [tanq̄ʒ puluis] aridi ⁊ infecundi nō hñtes humorē gratie dei: leues ⁊ istabiles: ⁊ prauis suggestionib⁹ cedētes [quē ꝓijcit vētus a facie terre.] q: vētus supbie ⁊ ipulsus tentationis ꝓijcit eos nūc a stabilitate mētis ⁊ ꝟtutis: ⁊ deinde a ꝑsentia eterne stabilitatis: ⁊ a specie seu visione patrie celestis. Et

6 Ideo non resurgunt impij in iudicio: neqʒ peccatores in consilio iustorum.

¶ Ideo] q: ꝓiecti a deo [nō resurgūt ip̄ij] obstinati ꝑma resurrectiōe a morte pcti [in iudicio] discussionis vt se iudicēt ⁊ discutiāt: seqʒ accusent ⁊ peniteāt [neqʒ petōres] ijdem [in ꝯsilio iustoꝝ] quoꝝ ꝯsiliū est penitētiā agere: ⁊ volūtatē dei suis volūtatib⁹ ꝑferre. ¶ Uel in futuro [nō resurgūt ip̄ij] .i. penitus ifideles [in iudicio] .i. vt iudicent̄: q: iaʒ iudicati sunt [neqʒ petōres] .i. falsi christiani [in consilio] .i. cōgregatione [iustoꝝ] vt cū eis iudicent vel vt iudicati in collegio iustoꝝ quiescant. nō enim habebit resurrectionē scdam ad imortalitatem qui nunc habuit pꝛimā per cōfessionē ⁊ penitētiam.

Duplex expositio h⁹ versiculi.

7 Quoniam nouit dominus viā iustorum: † ⁊ iter impiorum peribit.

Al. † iter autem.

[Contere] ꝛ ad nihilū redige [brachiū] .i. potētiā ꝛ dn̄ationē pessimi antechrīi [peccatoris] in se [ꝛ maligni] in alios: ꝛ vere ꝯteres intātū vt nec peccator nec locus peccati de cetero iueniat̄. Uñ sequitur [q̄reť pctm̄ illi⁹] vt iudiceť de eo [et] iudicatus [nō inuenieť] ipse: q2 pibit ꝓpter peccatum suū. Uel [quereť peccatū illius] puta negria sua an sit ampli⁹ necessariū ad ecclesie purgationē [ꝛ nō inuenieť] esse necessariū oīb⁹ iustis sufficiēter tunc purgatis sicut plano ferro nō est opus linea. Itaq̄ antechristus peribit q ad tēpus regnauit. Sed

40 **Dominus regnabit in eternū ꝛ in seculū seculi: peribitis gentes de terra illius.**

[Dn̄s regnabit] celesti regno ꝛ iperio [in eternū ꝛ in seculū] subsecutiuū huius [seculi] .i. p oīa tpa ꝛ secula: q2 regni eius non erit finis. hoc regnū erit gratius pro precurrentibus malis qđ veniet destructo antechrīo. Sed [peribitis] vos o [gētes] idest pctōres oēs ꝛ impij cōplices antechristi qui estis sine lege dei [de terra illius] scz de terra viuentium expulsi a regno ipsius. Unde scriptum est. Tollatur impius ne videat

Esaie. 26

gloriam dei: sed pauperes habebunt. Quia

41 **Desideriū pauperū exaudiuit dn̄s: preparationē cordis eoꝝ † audiuit auris tua.**

† exaudiuit.

[Desideriū pauperū] quo estuabāt cū in angustijs ꝛ malis huius seculi diē dn̄i cōcupiscunt esse cū chr̄o cupiētes [exaudiuit dn̄s] vt eos liberaret ꝛ in regnū suū assumeret. Deinde ꝯuertens sermonē ad deū. ait. [preparationē] .i. dispositionē [cordis eoꝝ] qua tibi p patiētiā seruire parati erāt: ꝛ illū diē ardentius petētes per patiētiā expectabant. [audiuit auris tua] .i. potētia vel misericordia tua qua exaudis: vt qđ cōceperāt in spe fruant̄ in re: desideriū aūt pauperꝫ est h: scz re

42 **Judicare pupillo ꝛ humili: vt nō apponat vltra magnificare se homo super terram.**

[Judicare] .i. vt iudices [pupillo] qui oīa ꝓpter deū cōtēnit nō ꝯformi huic seculo [ꝛ humili] qui se puluerē ac cinerē esse cognoscit nō supbo: scz populo catholico ꝛ fideli de se nō ꝓsumēti: hoc est ad vtilitatē ꝛ cōmodū eius ferēdo ꝑ eā sentētiā vt separatis iustis ab impijs iam nō vltra ꝓualeant mali nocere bonis. Unde sequitur ita [vt nō apponat] ꝛ ꝓsumat [vltra] .i. post iudiciū [magnificare se] .i. magnū se ostēdere ꝛ magnū nomē sibi facere. [homo] ille supbus .s. antechūs sup terrā sic fecit. ¶ Moralr aūt hec iō sunt dicta vt nō studeat vel ꝓsumat magnū se facere ꝛ ostēdere hō in terra: q2 oīs q se exaltat humiliabit̄: ꝛ q se humiliat exaltabit̄. Or.

Lu. 14. ꝛ 18.

Confessioni nostre aurē tuā deus clemēs aperi: qui sperātes in te nunq̄ cōsueuisti relinquere: vt exaltati de portis mortis ꝑpetue possimus salui tētatoris occultas insidias effugere. Per dominum.

Uox ecclesie vel fidelis in domino solummodo cōfidentis: ꝛ per hoc se cōtra versutias prauorum defendentis. Psalmus. X.

In dn̄o ꝯfido qm̄o dicitis anime mee: transmigra in † montem sicut passer.

† mōtes.

Auctor psalmi pphēta David. ¶ Titulus talis est. Infinē psal. David. hoc est psalmus ille dirigens nos in finē .i. in chr̄m vt in ipm spem nr̄am refundamus q est summū bonū: est David pphete docētis nos hereticis ꝛ prauis resistere: q in ecclesia tanq̄ putrida mēbra ministri antechrīi de q̄ supra dictū est mētiunt̄ se chr̄m hr̄e ꝛ alios nitunt̄ ad se ab ecclesia retrahere. ¶ Materia: prauitas hereticoꝝ ꝛ maloꝝ fideles ꝑuertere nitētiū. ¶ Intētio: docere fideles q̄liter resistāt prauitati illoꝝ eis nō cōsentiēdo: ꝛ totā suā fiduciā defendēdi se cōtra tales in dn̄o ponendo. ¶ Sn̄ia in gn̄ali: pphēta in illo psalmo loqtur in ꝑsona ecclesie vel cuiuslibet fidelis in dn̄o solūmō ꝯfidētis quē heretici ꝛ pctōres insidiose ꝛ deceptorie nitunt̄ in suā prauitatē inducere: ꝛ ad errorē fidei vel ad statū alīū. vz. honoris vani huius seculi allicere: subiungens qualr dn̄s videt ꝛ ꝓbādo examinat iustū ꝛ ipm: ꝛ qd retributionis finalr det vtrisq̄. ¶ Sn̄ia in spāli: hereticis q̄ ꝛ malis rn̄dēs cū increpatione ait. [In dn̄o] scz Jesu chr̄o qui est vnus ꝛ verus mons: vn̄ ꝛ aplī mōtes dicunt̄. [cōfido] .i. totā fiduciā ꝛ spem meā pono. q. d. de numero populi dei sum q sperāt in dn̄o [qm̄o] ergo o heretici ꝛ praui [dicitis] verbis vel factis ac si diceretis insidiātes [aīe mee] .i. mihi p synodochen [trāsmigra] a tuo [in mōtē] aliū .s. in chr̄m qui apud nos est .i. veni ad nos q habem⁹ chr̄m. q. d. qm̄o mouetis me trāsire ad vos tanq̄ multi sint chr̄i. Uel [in montē] aliū .s. supbie ꝛ vanitatis .i. in vos q estis mōtes p supbiā [sic passer] auis leuis ꝛ instabilis: q ēt in altū nidificat. Et cōuertēs se ad alios: iō inqt in dn̄o cōfido: ꝛ iō o fideles in eo est fidendū.

Passer auis instabilis.

Qm̄ ecce peccatores † intenderunt arcum / parauerunt

† tetenderunt.

nerunt sagittas suas in pharetra: vt sagittent in † obscuro rectos corde.

† obscura luna.

Quia ecce peccatores] scz heretici et praui homines [intenderunt arcum] dolose persuasionis et maligni operis [parauerunt sagittas suas in pharetra] .i. parata habent in corde verba venenosa et simplicium alas interficientia: vel dolos secretis machinationibus occultant [sagittent] .i. decipiant et vulnerent [in obscuro] .i. in occulto et insidiose: quia eorum iacula et sentiri per vulnus prius: et cum venientia deprehendi non possunt [rectos corde] intentione et fide .s. simplices et fideles. Deinde conuertit sermonem ad dominum dicens. Ideo etiam necessarium est o domine: vt in te confidamus et ad tuum auxilium recurramus.

3 Quoniam que perfecisti destruxerunt: iustus autem quid fecit:

Quia quod perfecisti] .i. scripturas quas perfecte fecisti et edidisti [destruxerunt] et peruerterunt vel fidem quam perfectam et integram cordibus fidelium inspirasti [destruxerunt] in se et in alijs quantum in eis fuit suis prauis consilijs et operibus et denegauerunt: talia facere machinantur peccatores. Et iterum conuertens se ad alios subiungit [iustus autem] .i. christus qui dicitur iustus antonomastice: quia vtramque partem iuste agit nihil mali dimittendo impunitum: nihil boni irremuneratum [quid fecit:] vtrisque: scz bonis et malis. Deinde facta interrogatione respondet ostendens primo quid faciat suis: et .d.

Abacuc .2.

4 Dominus in templo sancto suo: dominus in celo sedes eius.

Dominus] est [in templo sancto suo] .i. in suis: scz iustis vt faciat eos sibi templum. [dominus in celo sedes eius] .i. quos facit sibi templum facit et celum .i. archana scientes. Ipsi sunt templum dei in quibus habitat deus per fidem: illi vero qui post fidem proficiunt ad contemplationem non solum templum sunt: sed etiam celum: in illis enim residet dominus tanquam in celo: et tanquam in throno eis presidet. Vel [in templo] .i. in ecclesia et in celo .i. in anima iusti que meditatur celestia .q.d. quamuis illi scindant ecclesiam et iustos destruere conentur: tamen dominus in eis sedet et semper in eis erit eos custodiens et non deserens. vnde hoc subditur. Et

5 Oculi eius in pauperem respiciunt: palpebre eius interrogant filios hominum.

Oculi eius in pauperem] spiritu [respiciunt] misericorditer .i. aspectus diuinitatis eius ad pauperem respicit ad adiuuandum: et respectus misericordie sue ab eo non auertitur: et ideo nihil est timendum confidenti in domino [palpebre eius] .i. subtilitas diuinitatis eius que secreta cognoscit: quia solus de conscientijs hominum iudicat [inter filios hominum] non solum exterius sed etiam interius .i. probat quales quisque fuerit. omnia enim oculis eius sunt aperta: et nihil eum latet. Et hoc manifestius adhuc dicit cum subiungit.

6 Dominus interrogat iustum et impium: qui autem diligit iniquitatem odit animam suam.

Dominus interrogat] .i. probat et examinat per tribulationes et heres per prospera et aduersa [iustum et impium] .i. bonum et malum: et de conscientia vtriusque iudicat [qui autem diligit iniquitatem] .i. qui in ea perseuerat et ex desiderio et affectu peccat nolens se emendare: qui si semper viueret semper peccare vellet. [odit animam suam] et seipsum: idest nocet anime sue: quia per hoc preparat eam gehenne: sed non iusto qui confidit in domino. Quo contra ille veraciter semetipsum diligit qui peccatum odit: deinde ostendit quid faciat malis .d.

Dilectio dei et semper odium pecc.

7 Pluet super peccatores laqueos: ignis sulphur et spiritus procellarum pars calicis eorum.

Pluet super peccatores] .i. effundet in iudicio [laqueos] vt non possint euadere penas a quibus etiam semel detenti nunquam amplius poterunt expediri [ignis] .i. ardor inextinguibilis. [sulphur] .i. fetor intollerabilis [et spiritus procellarum] .i. impetus plurimorum tormentorum [pars calicis] .i. passionis et pene [eorum] sicut iusti in parte sua recipiunt vitam eternam: ita impij pro parte sua damnationem recipient perpetuam: que pena calix dicitur: quia nec ipsa vindicta erit sine mensura: sed secundum culpam miserabiliter. Vel [pars calicis eorum] .s. quem meruerunt: quia .s. citra meritum punientur. hoc autem reddet bonis et malis.

8 Quoniam iustus dominus et iustitias dilexit: equitatem vidit † vultus eius.

† faciès.

Quia iustus] est [dominus] in se: et ideo diligit sibi similes. vnde dicit [et iustitias dilexit] in aliis: iustitias dicit quia multe sunt iustitie iustorum: cum vna sit iustitia dei. Qualis ipse est: tales nos omnes esse desiderat. Et [equitatem] secundum vtramque partem .s. bonorum et malorum [vidit] .s. approbando [vultus] .i. cognitio et presentia [eius.] Est autem equitas vt factis digna rependat: vt iustis premia et peccatoribus penam retribuat. Iustus est quod dominus in se et in operatione in dilectione iustitie: in alijs in cognitione iustitie et executione. Oro.

Dirige oculos pietatis tue super humilem paupertatis nostre personam omnipotens domine: et circunda nos fidei armis: vt ab iniquitatum sagittis exuti valeamus equitatem et iustitiam custodire. Per dominum.

Psalmus de periculis ac malis et vanis huius seculi a quibus omnibus ecclesia vel fidelis et perfectus petit saluari. Psalmus.XI.

1 Saluum me fac domine quoniam defecit sanctus: quoniam diminute sunt veritates a filijs hominum.

Auctor psalmi propheta Dauid. ¶ Titulus hic est. In finem psal. Dauid pro octaua. Idest psal. ille dirigens nos in finem .i. in christum: est Dauid prophete qui hic loquitur in persona alicuius iusti habitus pro octaua .i. pro die iudicij quam desiderat vt iniquitas seculi destruatur ac veritas et beatitudo promissa veniat. Vel: pro octaua .i. pro eterno seculo quod post hoc tempus quod septem diebus voluitur dabitur sanctis. Videns quod vir sanctus mala (vt premittitur) multiplicari quasi timens pro magnitudine periculi petit ab eis saluari. ¶ Materia: mala et pericula seculi a quibus petit liberari. ¶ Intentio: reuocare homines a malis huius seculi quatenus sic per temporalia transeant vt ad eterna pertingant. Sententia in generali. Propheta in isto psal. in persona ecclesie vel cuiuslibet fidelis attendens multiplicem vanitatem et peruersitatem hominum huius seculi: puta qualiter alium decipit atque superbe sceleratis oblocutionibus vilipendit recurrit ad dominum et petit se saluum fieri: et ab eorum damnatione eripi. Insinuansque deum patrem propter consolationem pauperum suum filium missurum: sub breuitate commendat eloquia christi. ¶ Sententia in speciali. Videns quod sanctus vir multiplicatam vanitatem seculi quasi timens subito exclamat pro magnitudine periculi: et ait. [Saluum me fac domine] a seculi huius vanitate, periculis et malis [quia defecit sanctus] .i. sanctitas in hominibus: et vere defecit sanctitas: quia defecit veritas. Vnde sequitur. [quoniam diminute sunt veritates a filijs hominum] quia dona dei culpa eorum deprauantur et minuuntur. Veritas dei vna est qua illustrantur anime sancte: sed in hominibus multe sunt veritates de quibus hic agit: puta veritas vite doctrine et iustitie: que hic defecerat in hominibus et regnat in eis prauitas vite, doctrine, et iudicij. Et vere diminuta est veritas: quia creuit falsitas: vnde sequitur.

Veritas dei vna est. Veritates hominum multe.

2 Vana locuti sunt vnusquisque ad proximum suum: labia dolosa in corde et corde locuti sunt. †

† vana.

Vana] .i. falsa et inutilia que vacua sunt veritate et vtilitate. Vbi enim deficit veritas: ibi necesse est abundet vanitas [locuti sunt vnusquisque ad proximum suum] decipiendum. Proximus est omnis homo: et ideo cum nullo male est agendum: quia ipsi existentes [labia dolosa] .i. dolosi in verbis. Consuetudo enim est scripture hominem censeri nomine eius rei que in ipso dominatur [in corde et corde] duplici corde [locuti sunt] nam in ore pretendunt fidelitatem: sed in animo gerunt deceptionem sub specie consulentis occultantes venenum perimentis. Sed

Proximus est omnis homo.

3 Disperdat dominus vniuersa labia dolosa: † et linguam magniloquam.

† alia littera non habet.

Disperdat dominus] vt passim pereant [vniuersa labia dolosa] non ipsos homines: sed dolositatem labiorum ipsorum. vniuersa autem dicit ne quis dolosus putet se exemptum [et linguam magniloquam] .i. superbam magna et alta de se loquentem vt se magnificet. Et lingua

magniloqua diaboli.ponã sedem meã ad aquilonẽ ⁊ similis ero altissimo.Et pphetalabia nostra a nobis sunt.Et pharisei ieiuno bis in sabbato.Et predicatoris mali qui est multi sermonis ⁊ pauce actionis.Et merito disperdendi sunt

Esa.14. vt sequit. Luc.18.b

4 **Qui dixerunt linguam nostrã magnificabimus: labia nostra † a nobis sunt:qs noster dñs est:**

† Apud nos.

Qui dixerũt | de sclz | linguã nostrã magnificabim⁹ | nos de nõ habitis iactãdo ⁊ extollẽdo. Vel eloquẽtiã famosam faciemus | labia nr̃a a nobis sunt | .i.facundia nr̃a a nr̃o ingenio ⁊ studio est nõ ab alio loquacitate se extollũt ⁊ ponũt in sua ptãte qd se a deo nõ putãt accepisse | qs noster dñs est: | a quo:scz vt a dño pdicta recognoscamus:⁊ cuius nos legi ⁊ regule subijciamus.q.d.nullus.hec pdicta dicit ⁊ faciũt mali.Sed ɔtra mala seculi dicit ⁊ facit deus pater qd sequit.

5 **Propter miseriã inopum ⁊ gemitum pauperũ: nunc exurgam dicit dominus.**

Inops qui est. Pauper quis est.

Propter miseriã inopũ | .i.gẽtiliũ tollẽdam qui nec legem nec pphetas habuerũt | ⁊ gemitũ paupeꝝ | .i.iudeoꝝ consolandũ qui spũaliter nõ intelligũt.Inops est q nec a se nec ab alio habet auxiliũ.Paup q nõ habet a se:q̃si diceret:ppter miseros ⁊ afflictos pre inopia ⁊ paupꝛtate spiritualiũ bonoꝝ egentes:⁊ tã in mũdo q̃ in limbo existes | nunc | scz in tpe grẽ qd nõ in priori populo feci | exurgã | ad liberãdũ genus humanũ.i.apparebo in filio mittẽdo eum dicit dñs pater.

6 **Ponam in salutari:fiducialiter agam in eo.**

Ponã | scz auxiliũ eoꝝ ⁊ oẽ qd ad miseriã inopũ auferendã ⁊ gemitũ paupeꝝ cõsolandũ ptinet | in salutari | .i.in christo Iesu q est salutare dei ⁊ saluator mũdi:nõ ponã in seruis | fiducialiter | .i.potẽter ⁊ efficaciter | agã in eo | .i.per eũ genus humanũ redimẽdo:ꝗ ipse fiducialiter agere:qꝛ nihil ei restitet.Erat enĩ docẽs eos sicut ptãtẽ habẽs addẽs legi ⁊ mutans q̃dam pro sua voluntate:nõ sicut scribe de cuius predicationis luce ⁊ cõmẽdatione propheta subiungit.d.

7 **Eloquia dñi eloquia casta:argẽtum igne examinatum probatum:terre purgatum septuplũ.**

Eloquia dñi | idest verba christi ⁊ doctrina euãgelica sunt | eloquia casta | .i.nullo mẽdacio adulterata ⁊ verissima sine admistione falsitatis:sine corruptiõe cupiditatis simulationis ⁊ laudis:cõtra hoc qd supra dixit.Uana locuti sunt ⁊c.⁊ ipsa sunt sicut | argẽtũ igne examinatũ | qꝛ per tribulationis fornacẽ ,pbata:sicut argẽti dulciter menti sonãt et | ,pbatũ terre | .i.separatũ a terra ⁊ terrenis sordibus nihil terrenitatis habẽs vel sapiẽs qꝛ spũale.Et ponit genitiuũs pro ablatiuo more grecoꝝ ⁊ purgatũ septuplũ | .i.perfecte ⁊ vniuersaliter ab omni impuritate:qꝛ septenarius est numerus perfectionis.Et cõtra hoc qd supra dixit de malis.Disperdat dominus ⁊c.subdit hic de bonis ɔuertens se ad dñm:⁊.d.ergo

Septenarius est numerus perfectionis.

8 **Tu domine seruabis nos:⁊ custodies nos a generatione hac in eternũ.**

Tu dñe | cuius eloqa sunt casta nõ nos ipsi | seruabis nos | in bono cõseruãdo hic ⁊ in futuro. | ⁊ custodies nos | a malo ptegẽdo hic q̃si inopes ⁊ pauperes ⁊ in futuro q̃si opulẽtes ⁊ diuites.ducẽdo | a gñatione hac | seculi praua ⁊ puersa | in eternũ | .i.ad eternã btũdinẽ a gñõne mortali in imortales. Seruabis ⁊ custodies nos hic ne vita ⁊ morib⁹ maloꝝ corrũpamur:⁊ a stabilitate fidei ⁊ vũtis deijciamur:⁊ in futuro vt tecũ in ppetuũ letemur.Deide seqt pclo de vtraqs gte.

9 **In circuitu impij ambulant:fm altitudinẽ tuam: multiplicasti filios hominum.**

In circuitu | reꝝ tẽporaliũ | impij ambulãt | aie affectib⁹: qꝛ in tẽporaliũ reꝝ cupiditate rotant:que septẽ dieꝝ repetito circuitu tanq̃ rota voluunt ac in vanis ⁊ supuacuis reb⁹ se occupãt:frustraqs ⁊ inutilr laborãt:qꝛ dũ ĩteriora nõ apperunt in exterioꝝ labore fatigant.Hoꝝ g̃ multiplicatio est in tẽporalibus q̃ ab vnitate dei auertit.Sed | fm altitudinẽ tuã | .i.sicut decet te altũ nõ fm meritũ nostrũ | mĩtiplicasti filios hoĩuꝝ | iustos rõne vtẽtes nõ niio diuitiaꝝ:sed numero meritoꝝ mĩtiplicaturus tãdẽ nũo pmioꝝ. Oro.

Miserere fragilitati nr̃e sanctissime pater:⁊ pcede nobis eloquia tua pudico corde ɔtinere:vt possimus a multiloq̃ dolositate isaniẽtiũ declinare. Per do.

Psalmus de aduersitate ⁊ tribulatione fideliũ multiplici a quibus petit ecclesia seu fidelis quilibet diuinitus liberari. Psalmus.XII.

Usquequo dñe obliuisceris me i finẽ: †vsquequo auertis faciẽ tuã a me.

† Quq̃s.

Auctor psalmi ,pheta Dauid.¶ Titulus talis est.In finẽ psal.Dauid. Hoc est psal.ille dirigẽs nos in finẽ.i.in christũ attribuit Dauid:qui hic psonã tenet ecclesie vel cuiusqs pfecte aie.¶ Materia:multiplex tribulatio ⁊ miseria fidelibus ab inimicis illata.¶ Intẽtio:hortari fideles ne in istis tribulationib⁹ succũbãt:sed dei misericordie sperẽt ⁊ deliberatione cõfidãt.¶ Snia in gñali.Propheta in isto psal.in psona ecclesie vel cuiuslibet fidelis cũ merore cordis miserias sui status cõquerẽtis vel bui⁹ exiliꝫ mala deplorãtis ⁊ ad visionẽ celestis glorie anhelantis:orat vt exaudiat ⁊ illuminet:⁊ ne in mortalia peccata corruat:vel in eis decedat:vñ inimicos suos exultare ɔtingat.Quia enĩs supra a malis hui⁹ seculi liberari petebat adhuc in eis piclitãs miserias suas deplorat ⁊ ipsas finiri desiderat.¶ Snia in spãli.Prio ergo exprimit desideriũ ⁊ psecutionẽ iminentẽ.d. | Usquequo dñe | .i. q̃diu | obliuisceris me | q̃si nõ cures de me | in finẽ | ⁊ penit⁹: qꝛ finis rei dĩ ɔsumatio e⁹.q.d.q̃re pmittis me semp affligi q̃si oblitus sis mei:Et bene dicit in finẽ:qꝛ videt afflicto qꝫ nunq̃ finiri debeat sua afflictio | vsquequo auertis | q̃si me odias | faciẽ tuã | .i.grẽ tue | a me | a miserijs ⁊ tribulationib⁹ me non liberãdo.Quasi nos obliuisci videt deus cum in tribulatione diu laborare permittit:quasi faciẽ auertit cũ a nobis manifestationem sue misericordie abscondit.

Obliuisceris in finẽ.

Quãdiu ponam †consilia in anima mea:dolores in corde meo per diem:

⁊ † cõsiliũ.

Q̃diu ponã | ⁊ voluã | cõsilia | diuersa sicut facit hõ cõstitutus in angustia | in aĩa mea | anxius q̃rẽdo remedia ac cogitãdo in me ipso quo possim liberari:⁊ exire de ptĩti aduersitate ⁊ miseria:⁊ qa spes que differt affligit aĩas subdit:⁊ q̃diu ponã | dolorẽ in corde meo p diẽ | absolute.i.p singulos dies seu omni die ⁊ q̃si cõtinue.Continuationẽ enĩs signat ac si dicat q̃diu oro in aduersis vt necesse sit inuenire cõsilia. Consilio enim nõ est opus nisi in aduersis:oportet vt in hoc nr̃o dolore plangamus pterita:⁊ cõsilio caueamus futura.Et

Spes que differt affligit aias. Consilio opus ẽ nisi in aduersis.

Usquequo exaltabit inimicus meus super me: 3 respice ⁊ exaudi me dñe deus meus.

Usquequo exaltabit inimic⁹me⁹ | .i.diabolus | vel mũdus | ⁊ caro ⁊ hõ malign⁹ ac ɔsuetudo carnalis | sup me | ad me tẽtãdũ ⁊ affligẽdũ ⁊ captiuũ tenẽdũ.Totiẽs qppe sup nos inimicus exaltat q̃ciẽs ab eo supamur. | respice | oculo mie tue ⁊ auersionẽ | ⁊ exaudi me | liberãdo de tãta tribulatiõe ɔtra obliuionẽ | dñe | .i.saluator cui⁹ego sũ seruus. | deus | .i.creator cui⁹ ego sũ creatura | meus | p grãꝫ:sꝫ oĩs de⁹ p potẽtiã.

4 **Illumina oculos meos ne vnq̃ obdormiam in morte:nequando dicat inimicus meus preualui aduersus eum.**

Illumina oculos meos | iteriores.i.cordis⁊ mẽtis:⁊ fac me vigilẽ ⁊ circũspectũ vt videã ⁊ cognoscã mala vitãda ⁊ bona faciẽda. | ne vnq̃ | p negligẽtiã | obdormiã in morte | pctĩ seu mortalis

seu mortalis culpe [nequādo dicat] insultādo & gloriādo de casu meo [inimicus] antonomastice.s.diabolus si me sibi potuerit p peccatū subijcere [preualui aduersus eū] .i.seduxi: & valore meo deuici eū. Ecce insultatio diaboli q̄ valde timēda est: nec solū insultat & gloriat̄: sed ēt exultat & letat̄: vn̄ & subiungit.

5 **Qui tribulāt me exultabunt si motus fuero: ego autem in † misericordia tua speraui.**

† tua misericordia

❡ Qui tribulāt me] .s.diabolus & sui varijs tētationib⁹ impetēdo [exultabūt] & gaudebūt [si motus fuero] a statu grē in statū culpe: fractus in patiētia & desperatione: in tāta tribulatione inimicus exultat si religiosus relinqt ppositū: vel etiā simulat: qz vt dicit Augu⁹. Malū est cadere a pposito: sed peius est simulare [ego aūt in mīa tua speraui] cōfidēs p te ab istis tribulationib⁹ liberari & nō moueri ex mīa tua q̄ nequeo p me ex v̄tute mea. In hui⁹ g̃ piculis nec debemus desperare: nec de nr̄is viribus p̄sumere: sed totā spez nostrā in dei mīa figere: q̄ potens est & nos liberare ne eximemur: & roborare vt fortiter stemus. Et qz spes in deo leticiā cordis gn̄at. Ideo

Augu.

6 **Exultabit cor meū in salutari tuo: cantabo dn̄o q̄ bona tribuit mihi: & psallā noī dn̄i altissimi.**

psal.7.

❡ Exultabit cor meuz in salutari tuo] .i.in Jesu xp̄o. Uel in v̄tute tua saluātē [cātabo] corde.s.cordis leticia qd̄ ptinet ad cōtēplationē [dn̄o] .i.ad laudē dn̄i [qui bona] sp̄ualia multa & magna: & etiā tpalia necessaria [tribuit mihi] vltra id quod merui [& psallā] opere qd̄ ptinet ad actiuā. [nomini] .i.ad honorē nois [dn̄i altissimi] & pp̄ter hoc dignissimi: q̄si diceret: cū gaudio gr̄as agam: corde/voce/& ope. Tria hic nobis cōmēdat: qz exultat corde: cantat voce: & psallit opere. Ex qb⁹ ēt verbis nobis insinuat̄ pfectio diuine laudis. Si eni͂ deū pure & pfecte laudare cupimus cūcta q̄ in nobis sunt in ei⁹ laudez resonare debent: scz vita/lingua/cōsciētia. **Oratio.**

NE auertas faciē tuā a nobis oīpotēs deus ne inimici nostri exaltent̄ aduersum nos: sed ita cor nostrū salutaris tui exultatione pfunde: vt facias somnuz secūde mortis euadere. Per dominum.

❡ **Psalmus de peccatoribus & prauis in malis suis obstinatis: & specialiter de gētibus & iudeis infidelibus. Psalmus.XIII.**

DIxit † insipiēs in corde suo: nō est de⁹.

† imprudēs. 1 psal. 52.

Auctor psalmi pp̄heta Dauid. ❡ Titulus hoc est. In finē psal. Dauid. Idest psalmus ille dirigēs nos in finē .i.in xp̄m q̄ est finis legis: est Dauid pp̄hete hic loquētis. ❡ Materia.cōtēptus dei a malis. ❡ Intētio: cōfutare hōs cōtēptores dei & cauere. ❡ Sn̄ia in gn̄ali. Propheta in isto psalmo loquit̄ de q̄libet pctōre obstinato in malis suis: q̄ lz v̄bis ꝯfiteat̄ deū factis: tn̄ negat: cui⁹ malitiā de⁹ examinat & punit & inocētē de manu ei⁹ eripit. Et sp̄aliter itelligit̄ de gētib⁹ & iudeis infidelib⁹ q̄ dn̄m Jesuz xp̄m deū eē negauerūt: & iō ipsi per errorē & prauitatē corrupti: alios quoqz secū corrūpere conati sūt: post mala q̄ p̄missa adhuc mala obstinatoꝝ exaggerat & sp̄alr̄ iudeoꝝ īfideliū q̄ dn̄m Jesum xp̄m venisse & deū eē negāt. ❡ Sn̄ia in sp̄ali. increpās q̄ duriciā infideliū & maloꝝ ait. [Dixit isipiēs] .i.pctōr in malis obstinat⁹ [in corde suo] nō tn̄ ore: & iō q̄uius. Uel [dixit] .i.facit ac si diceret [nō est de⁹] .s.q̄ mala videat vel puniat: qz si h̄ crederet: iā obstinate non peccaret: nā ita superbe & inuerecunde peccat ac si non esset deus qui eum videret vel punire posset. Quia etiā apparuit christus a prioribus patribus expectatus [dixit insipiens] scz iudeus: hic hō [nō est deus] Omnes huiꝰ irretiti sunt vilibus & abominabilibus peccatis. Quia

2 **Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in † studijs suis: nō est q̄ faciat bonū nō est vsqz ad vnū.**

ps.52. † affectionibus.

❡ Corrupti sunt] in seipsis per pctīs ac reprobi morib⁹ [& abominabiles] .i.odibiles [facti sunt] alijs.s.deo/angelis/& sanctis [in studijs suis] .i.i oīb⁹ vijs suis.s.cogitationib⁹/affectionib⁹/v̄bis & factis prauis. Et hīc vitia coꝝ & pctā vocat studia: qz nō ex ignorātia vl̄ īfirmitate tn̄: sz ex studio & volūtate ea perpetrant: & qz a deo recedūt [nō est] aliqs de illis vel de numero illoꝝ [qui faciat bonum] meritoriū [nō est] dico [vsqz ad vnū] .i.nec etiā vnus. Uel [vsqz ad vnum] .i.pter vnū: scz christū: sed sunt inexcusabiles. Quia

3 **Dn̄s de celo prospexit super filios hominum: vt videat si est intelligens aut requirens deum.**

psal.52.

❡ Dn̄s de celo] .i.per sanctas aīas que sedes eius sunt: nā per se nihil eū latet [pspexit sup filios hoīuz] diligēter attēdēdo & ammonēdo: tanq̄ de eis sp̄alē curā gerēs [vt videat] .i.videre sanctos suos faciat in q̄bus habitat & per quos respicit: nā apud deū nihil habet̄ obiectū. [si est] aliqs [intelligens] corde p verā cognitionē [ac reqrens] ope p bonā opationes [deum] mandata eius sequēdo. Per iustos enim prospicit deus peccatores & redarguit: & per sanctoꝝ vitam facit immo tescere prauoꝝ iniustitiā: sed prospiciens hoc inuenit q̄

4 **Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonū: nō est vsqz ad vnum.**

psal.52.

❡ Oēs declinauerūt] ab ipso bono icōmutabili.s.deo: ad bona cōmutabilia [simul] cuz ipsa declinatione [inutiles facti sunt] qz deo ingrati cui placita non opant̄ ac pniciosi sibi & alijs [nō est q̄ faciat bonū nō est vsqz ad vnū] vt supra. Nō itelligit̄ de oīb⁹ in humano gn̄e: sed de his q̄ sunt imitatores carnaliū: q̄rū corrupta est vita: ex qb⁹ nō est aliqs q̄ faciat bonū. Quādiu eni͂ hō malus est bonū facē nō pōt: q̄ntū aūt a via v̄itatis declinauerūt & nō solū sibi: sed & alijs nocēt: ꝯ̄ndit. d.

Nō q̄diu malus est bonū facē non pōt.

5 **Sepulchrum patens est guttur coꝝ: linguis suis dolose agebāt: venenum aspidū sub labijs coꝝ.**

ps.5.et Roma.3.

❡ Sepulchrū patēs est guttur coꝝ] q̄ verba fetida & corruptiua pferūt qb⁹ alios occidūt: & q̄si deuorāt eos qb⁹ moruz suoꝝ puersitatē psuadent [linguis suis dolose agebant] .i.mala sub sp̄e boni suadēdo: & pximū verbis dolosis decipiēdo [venenū aspidū] & odiū isanabile est: [sub labijs coꝝ] .i.in corde qd̄ pei⁹ est q̄ in ore. Recte aspidi cōparant̄: qz sicut aspis obturat aures ne audiat icātatores: sic ipi nolūt audire p̄cepta dei & p̄dicatores: sed reddūt mala p bonis: vn̄ subdit

6 **Quoꝝ os maledictiōe & amaritudine plenū est: veloces pedes coꝝ ad effundendum sanguinē.**

Roma.3.

❡ Quoꝝ os maledictione] .i.opprobrijs & blasphemijs ꝯtra deū [& amaritudine] .i.minis & terrorib⁹ ꝯtra pximū [plenū est] qz his abūdat [veloces] qz oīa incōsulte faciūt: vel qz expediti sunt & prompti pro ꝯsuetudine malefaciendi [pedes coꝝ] scz affectiones aīe & pedes corporis [ad effundēdū sanguinē] .i.ad occidēdū corporalr̄ & sp̄ualr̄. Quādo eni͂ terrere nō possunt minis: psequunt̄ xp̄m & suos gladijs. Ideo

7 **Contritio & infelicitas in vijs coꝝ: & viam pacis nō cognouerūt: nō est timor dei an̄ oculos coꝝ.**

❡ Cōtritio & infelicitas in vijs] .i.cogitationib⁹/locutionib⁹/operationib⁹ [coꝝ] Oēs eniz vie maloꝝ plene sunt laborib⁹ & miserijs. Uel via impioꝝ dr̄ ꝯtritio: qz terūt & terunt̄ duz sibi nocēt & alijs: & īfelicitas q̄ ducit ad īfelicitatē dānationis: qz [& viā pacis] vere ad deum & pximū meritoriā vite eterne [nō cognouerūt] .i.cognoscere p opationē noluerūt: & horuz oīuz causa est: qz [nō est timor dei] q̄ retraheant̄ a malo [ante oculos coꝝ] & ideo ad malū currunt sine freno. Sed

Impioruz via ꝯtritio dicitur.

8 **Nōne cognoscēt oēs qui operant̄ iniquitatē: qui deuorant † plebē meā sicut † escam panis.**

† populū meū. † cibum.

❡ Nōne cognoscēt] deū esse & dei iustitiā seu visionē v̄turā qui mō scire dissimulant [omnes qui operant̄] perseueranter

[iniq̄tatē] nūc sine timore: q̄si diceret sic nā cognoscēt p pe-ne experiētiā id cuius modo nolūt hic noticiā: q2 qui stultus est in culpa, sapiēs erit in pena sciēs qd̄ ignorauerat [qui deuorant plebē meā] populū chr̄ianū ⁊ ecclesiasticū seductione icorp: orādo vel occidēdo vt sit eis satietas de deceptione vel occisione. Et hoc [sicut escā panis] i. quotidie sicut panis est quotidianus cibus. Inde aūt eis tāta cecitas. Quia

Stultus q est i culpa: sapiēs erit in pena.

9 **Dn̄m non inuocauerunt: illic trepidauerūt timore vbi non erat timor.**

¶ Dn̄m nō inuocauerūt] i. in se nō vocauerūt. Si enī3 inuocassent salui vtiq3 fuissent. Nō vere deū inocāt q cū displicētia amāt. Et id̄o [illic trepidauerūt timore] qs eni securus sine dn̄o: [vbi nō erat timor] i. iusta cā ⁊ rō timoris. Plus.n. illi timēt dāna ⁊ mala tpalia icurrere ⁊ terrena pdere vbi nō timēdū q̄ eterna ⁊ celestia vbi eēt timēdū. Uel q2 pp eorū maliciā dn̄s imitat eis timorē nemine psequēte in penā ipsorū. Sic āt ē cautela oportune timē: ita ignauia ē icpte trepidar̄.

10 **Quoniam † dn̄s in generatione iusta est: cōsiliū3 inopis cōfudistis: qm̄ dn̄s spes eius est.**

† de⁹

¶ Qm̄ dn̄s in gn̄one iusta] i. iustorū [est] p grā3 tanq̄ defensor ⁊ protector eorū: q2 nō deest sanctis suis: sed nō est in gn̄one iniusta q̄ seculū diligit ⁊ cōditorē seculi relinq̄t: q2 iniustū est seruire creature potius q̄ creatori: ⁊ q̄ nō est in vobis o miseri q eū cōtēpsistis: q2 vos [cōsiliū inopis] sc3 chr̄i q pro nobis paup factus est. Uel cuiuslibet imitatoris sui: qd̄ est vt in deo solo hoīes spem ponāt nō in seculo [cōfudistis] i. cōfusibile iudicastis: q2 vobis magis placēt terrena q̄ celestia: ⁊ cōtēpsistis eū [qm̄ dn̄s spes eius est] i. qs sperat in deo nō in hoīe. Uñ q̄ magis reuerēdus eēt inde venit cōtēptus. Sed o stulti

11 **Quis dabit ex syon salutare israel: cū auerterit dominus captiuitatē plebis sue: exultabit iacob ⁊ letabitur israel.**

¶ Quis [alius] [dabit ex syon] i. ex ciuitate celesti. Uel ex iudeis pcedēs [salutare] i. salutē [israel] i. populo fideli. i. qs saluabit fideles nisi ipse dn̄s: ⁊ amouerit cuius cōsiliū spreuistis: quasi diceret: nullus alius: sed ipse in futuro eos saluabit cū ad iudiciū venerit. Quia [cū auerterit dn̄s captiuitatē plebis sue] i. cū dānauerit diabolū q captiuat populū suū ⁊ mortale hoc induerit imortalitatē. Tūc [exultabit iacob] i. luctator ⁊ supplātans vicia p quē signant̄ actiui [⁊ letabitur israel] i. vir videns deū ⁊ meditās celestia p quē signant̄ cōtēplatiui. Tūc eni erit exultatio in corpore his q fuerint spiritaliter iacob. i. q luctādo vicia supplātauerūt: ⁊ erit leticia in mente his q spiritaliter fuerint israel. i. qui in amore ⁊ cōtēplatione diuinitatis exarserint. Ibi actiua ⁊ contēplatiua vita gaudio eternitatis remunerabiliter: ibi pficiētiū ⁊ pfectorum merces sempiterna recompensabiliter. Oratio.

Dignare dn̄e de celo sancto tuo respicere sup filios hominū: ⁊ da nobis cognoscere vias pacis: vt auersa visiorū captiuitate celestis hierusalem habitacu-lis perfruamur. Per dominum.

¶ **Psalmus de milicia digne habitātiū in p̄senti ecclesia: ⁊ de virtutū exercitijs introducētibus post militiā ad celestia. Psal. XIIII.**

Domine quis † habitabit in tabernaculo tuo † aut quis requiescet in monte sancto tuo.

† pere- grinabit. † et.

Auctor psalmi pp̄heta Dauid. ¶ Titulus tal' est. Psal. Dauid. Idest psal. iste est Dauid pp̄hete q hic loq̄t̄ de moꝝ istitutione ⁊ p̄sumptionis rep̄hēsione. ¶ Materia. habitatio tam militātis ecclesie q̄ triūphātis. ¶ Intētio. ostēdere q ad illas ecclesias ptinēt: ⁊ q̄ via p chr̄ianā militiā tēdamus ad patriā. ¶ Sn̄ia in gn̄ali. Propheta in isto psal. loquit̄ de digne habitātibus in ecclesia militāte: ⁊ q̄escētibus in triūphante. Multi enī3 videnī̄ esse nunc de ecclesia ⁊ nō sunt: ⁊ tñ iactant se esse: quorū p̄sumptionē pp̄heta intēdens retundere q̄rit a dn̄o rogans sibi a dn̄o respōderi. Confutatis q̄ malis de qb⁹ dictū est supra q̄rit a deo de bonis q̄s sua dignos iudicēt ecclesia. ¶ Sn̄ia in sp̄ali. Propheta q̄ velut sacerdos petēs respōsum ait. [Dn̄e qs habitabit] sc3 digne ⁊ pseuerāter. [in tabernaculo tuo] i. in p̄senti militāte ecclesia dimicans strenue in ea: vbi militamus cōtra carnē, mūdum, diabolū. Tabernaculū eni est pp̄rie militātiū. [aut qs requiescet] post militiā ⁊ laborem [in mōte sancto tuo] i. in eterna btitudine ⁊ in ecclesia triūphante, vbi est visio pacis, ⁊ supereminētia charitatis. Propheta q̄si sacerdos stans ante faciē dn̄i q̄rit quos de⁹ ecclesia sua dignos iudicet: ⁊ rn̄det dn̄s in exēplū decalogi decē virtutibus ad atria sua puenīri. Pri.

Tabernaculū pp̄rie est militātium.

Uirtutib⁹ decem ad atria dn̄i puenitur.

2 **Qui ingredit̄ sine macula: ⁊ operat̄ iustitiam.**

¶ Qui ingredit̄ [in hac vita] [sine macula] mortalis culpe et infamie. i. q est inocens ⁊ militat cū temperātia abstinēdo a malo. Scd̄a [Et operat̄ iustitiā] i. opera bona ⁊ iusta: q2 nō sufficit abstinere a malo: sed opz etiam facere bonū. Iustitia magna virtus est: non nouit patrē vel matrē: veritatē nouit: personam non accipit deum imitatur. Deinde partes ⁊ opera harum virtutum exequitur. Tertia.

3 **Qui loquitur veritatem in corde suo: q non egit dolum in lingua sua.**

¶ Qui loq̄tur v̄itatē in corde suo] ⁊ nō tm̄ in labijs. i. q nulli fraudē machinat⁹ est: s3 ita h3 in corde sicut est in ore: vt cor cōsonet cū ore. Qñq3 eni aliqs verū dicit ⁊ putat fallere ⁊ h3 veritatē in labijs non in corde: q̄ parū est verū loq nisi in corde ita sit. Quarta [q nō egit dolū in lingua sua] i. q nō decipit p̄ximū dolose mēdacijs ⁊ verbis falsis: sed veritati quā scit ⁊ in corde habet etiā ore ⁊ lingua cōcordat. Quinta.

4 **Nec fecit proximo suo malū: ⁊ opprobrium non accepit aduersus † proximos suos.**

† proximū suū.

¶ Nec fecit p̄ximo suo malū] i. nō nocuit eū: vt dicit Aug⁹. Uñ scriptū ē: qd̄ tibi nō vis fieri, alij ne feceris: vt nemini faciam⁹ malū qd̄ vtiq3 nobis ab alio fieri nolumus. p̄xim⁹ eni p oī hoīe accipit̄. Sexta [⁊ opprobriū] detractiōis [nō accepit] i. acceptū ⁊ gr̄ū nō habuit p̄latū [aduersus p̄ximos suos] i. temē vl' libēter nō credit criminatori: nec libēter audit detractorē: s3 poti⁹ displicet ⁊ nec ip̄e crimiat̄ vl' detrahit. Septia.

5 **Ad nihilū3 deductus est in conspectu eius malignus: timentes autē dn̄m glorificat.**

¶ Ad nihilū deductus est in cōspectu ei⁹] i. viri iusti vt nihil in eo valeat [malignus] i. diabolus vel hō male suggerēs a qb⁹ nō potuit cogi nocere alij. Uel [malignus] hō. i. iniurie illator vel p̄ximi criminator quē p nihilo ducit ⁊ h3 quātūcūq3 sit magnus: q2 nō est aliq̄ honore dignus [timētes autē dn̄m] i. vere virtuosos l3 pauperes [glorificat] i. gloriosos reputat ⁊ honorat. scit enim in his habitare deū. Octaua.

6 **Qui iurat proximo suo ⁊ non decipit: qui pecuniam suam non dedit ad vsuram: ⁊ munera super † innocentem non accepit.**

† innocētes.

¶ Qui iurat p̄ximo suo] i. firmiter p̄mittit. [⁊ nō decipit] q2 p̄missū3 reddit. h est si iurat īplet qd̄ p̄misit. Nona [q pecuniā suā nō dedit ad vsurā] i. nō expetit sup abūdātiā tpalē: q2 est vsura sp̄ualis q̄ est exercēda vt p̄dicatio. Sed vt dicit Hiero. ex pecunia dn̄i. i. ex p̄dicatiōe v̄bi dei l3 victū ⁊ vestitū accipe: ⁊ q plus regrere voluerit in vsurā reputabit̄. Decima [⁊ munera sup inocētē nō accepit] ad dep̄mēdū cām inocentis: ⁊ ad superādū eum in cā sua. sequit̄ cōclusio.

Hieron.

7 **Qui facit hec: non † mouebitur in eternum.**

† cōmouebitur.

¶ Qui facit

¶ Qui facit hec predicta tam priora quam posteriora: et qui sic militat in via [nō movebit in eternū] quia in pñti nō movebitur a statu gratie et sic perveniet in futuro ad statū glorie et regnabit in patria. Iste ergo habitabit nūc in dei tabernaculo et requiescet postea in mōte eius sancto et nō dividetur ab ipso. Et nota quod dicit facit hec: ut ad actū nos invitet et operādū, nō solū ad dicendū et cantandū. Unde Augustinus. Cave ne bene cātes et male vivas. Oro.

Augus.

Concede nobis piissime deus sine macula ingredi ecclesiā tuā: et averte nos a dolis proximi et usuris: dū hec secundum tuū servamus preceptū: nō cōmoveamur ab emulis suppliciis in eternum. Per dnm.

¶ Psalmus de christi ad patrem oratione in susceptione persone humane et gratiarum pro beneficijs actione. Psal. XV.

1 Conserva me domine quoniam speravi in te: dixi domino deus meus es tu quoniam bonorum meorum nō eges.

Auctor psalmi propheta David. ¶ Titulus hic est. Tituli inscriptio ipsi David. i. regnū christi de quo hic agitur quod in scriptione tituli significatur: attribuitur david. i. christo manu fortis qui est verus rex iudeorū. i. oīum vere confitentiū. Hūc titulū noluit mutare Pilatus: quia quāvis nesciens signavit quod regnū christi per passiōis victoriā acquisitū nō destrueretur. In priori quidem psal. quesivit quis habitabit in tabernaculo: et responsū est quod ille qui hz virtutes. in isto subiungit de illo per quē habent virtutes. i. de christo qui hic orat. ¶ Materia. christi passio et resurrectio et ad dexteram patris assumptio. ¶ Intentio. huius christi passionē, resurrectionē, et assūptionē firmiter credere: et ne aliquis contradicat monere: nosqz ad christi regnū quod nobis per hoc acquisivit invitare. ¶ Sententia in generali. Propheta in isto psal. loquitur in persona christi qui orat et petit a deo patre se conservari: eique gratias refert quod sua virtute iniquitatē secali superavit: et post resurrectionis gloriaz in delectationibus dextere sue eū collocavit. ¶ Sententia in speciali. christus qui hz hoiez ad patrez orās ait. [Cōserva] et custodi inter pericula [me dñe] pater et quos mihi dedisti [quia speravi in te] nō in me. Hoc dicit pro infirmātibus mēbris suis que trāsformat in se. Nos enim qui puri hoies sumus conservari indigemus [dixi] tibi [dño] meo patri [deus meus es tu] i. mei hois: et in eo quod sū hō. Et vere deus [quia bonorū meorū nō eges]. Nō.n. tu indiges meo servitio: sz ego potius tuo beneficio. Unde li quia nō est cāle sz adiūctivum: q. d. diceret nō cā sz signū est et evidētia tue divinitatis quod tu nō indiges bōis meis. Deinde convertēs se ad auditores narrat quāta bōa dñs pater sibi fecerit. D.

2 Sanctis qui sunt in terra eius: mirificavit omnes voluntates meas in † eis.

† illis.

¶ Sanctis [i. aplis et aliis fidelib^9: [qui sunt in terra ei^9] i. in ecclesia sancta: vel qui in terra viuētiū spē suā fixerūt quorū conversatio est in celis [mirificavit] dñs pater i. miras fecit et mirabiliter implevit [oēs volūtates meas] et desideria. et hoc fecit nō extra eos sz [in eis] i. in profectū eorū. Vel [in eis] i. inter eos. Volūtas enim christi erat ut illi fierēt de impiis pii et iusti: de terrenis celestes et sancti. de filiis diaboli filii dei. Sz illō apli. Hec est volūtas dei sanctificatio vestra quā dñs pater in eis mirabiliter adimplevit. Sed prius.

j. Thess. 4. a.

3 Multiplicate sunt infirmitates eorū: postea acceleraverunt.

¶ Multiplicate sunt infirmitates eorū] i. multiplices intellexerūt suas esse infirmitates: quia nihil profectū habuit lex: et hoc nō ad periciē: sz ut gratiam desiderarēt. unde addit [postea acceleraverūt] currētes ad medicū ut eos sanaret: ad medicinam penitentie ut purgaret: ad postulādū gratiā que confirmaret: ad impetrādū gratias que consumaret. Unde.n. proprias cognoscūt infirmitates: inde citius festināt ad sanitatē. Et quia infirmos et peccatores humiliter se confitentur: ideo a celesti medico sanari promerentur: et idcirco adiūctū est.

4 Non congregabo conventicula eorū de sanguinibus: nec memor ero nominū eorū per labia mea.

¶ Nō cōgregabo cōventicula eorū de sanguinib^9] i. nō erunt conventus eorū carnales sz spūales: nec sanguinibus pecorū propiciatus cōgregabo eos et construā meā ecclesiaz: spūalis est enim religio novi testamēti. [nec memor ero nominū eorū] que peccādo sibi acquisierūt secundum culpe qualitatē: si culpe pro quibus sunt nomina corrigantur: quia spūali immutatione obliviscentur quid fuerunt [per labia mea] nō vocando eos ultra peccatores vel inimicos vel homines: sed iustos fratres et dei filios. Quia ergo in hereditatē dñi trāsferuntur recte subiungitur.

5 Dominus pars hereditatis mee et calicis mei: tu es qui restitues † hereditatem meam † mihi.

† mihi.
† non est

¶ Dñs [scz pater est [pars] i. portio et premiū [hereditatis mee] i. sanctorū qui sunt hereditas mea. Vel [pars hereditatis mee] i. portio hereditaria mei et meorū. q. d. habebunt et possidebunt mecū hereditatē ipsaz dñm [et pars calicis mei] i. premium et merces mee passionis: sed et ipse calix. i. portio mea delectabilis. Eligāt alii partes terrenas: pars mei et sanctorū est deus. Bibant alii voluptates mortiferas: ego et mei bibemus deū. Deinde convertēs se ad dñm ait [tu es] o dñe pater [qui restitues hereditatē meā mihi] i. fideles meos qui per peccatū perierāt. Hoc est quod in euāgelio dicitur: nemo venit ad me nisi pater meus traxerit eū. Dicitur autem christus hereditas nostra: quia ipse pascit et vestit nos et hic et in patria: et nos dicimur hereditas et regnū illius: quia extollit nos et regnat in nobis. Sed nemo putet se hereditatē nisi preclarus sit: quia sequitur.

Jo. 6. e.

6 Funes ceciderunt † in preclaris: etenim hereditas mea preclara est mihi.

† mihi.

Funib^9 hereditatum dividūtur portiones.

¶ Funes] quibus dividūtur hereditatū portiōes [ceciderūt] mihi quasi sorte [in preclaris] i. in sanctis sine intersanctōs qui divina electione christo cesserūt. Sicut enim nos dividimus hereditatē nostram funibus sic deus fide spe et charitate suis hereditatez divisit: super quos ceciderūt isti funes ipsis qui in hereditatē dei pervenerunt. Nō autem ceciderūt nisi in preclaris quibus magis placuit celestis claritas quam terrena: spūales virtutes quam temporales honores [etenim hereditas mea] i. ecclesia fideliū [preclara est mihi] per abūdātiā gratie et sanctitatis: lz nō mūdo ubi sancti abiecti videntur conversis sicut funis in divisione possessionū aliquando cadit alteri in pulchro: alteri in turpi: sic in divisione hoiuz illi super quos funes christi ceciderūt ornamento virtutū sunt pulchri: qui autem diabolo contigerunt vitiorum sordibus sunt deturpati. unde

7 Benedicā dñm qui tribuit mihi intellectū: insuper † et usqz ad noctē † increpuerūt me renes mei.

† autem
† emēdaverunt.

¶ Benedicā dñm] i. patrē gratias ei agēdo [qui tribuit mihi intellectū] i. intelligētes ad cognoscēdū creatorē. Vel [mihi] i. mēbris meis mihi coniūctis [intellectū] quo deū cognoverūt: quo cōtēptis temporalibus spūalia intellexerūt. Unde. Hec est autem vita eterna ut cognoscāt te verū deū: et quē misisti iesuz christum: [insuper] i. de hoc bñdicā dñm quod [usqz ad noctē] i. usqz ad mortem [increpuerūt me] i. increpaverūt et persecuti sunt blasphemiis et iniuriis. Nā de increpo increpas reperitur increpavi et increpui: increpatū et increpitū. [renes mei] i. iudei ex quibus secundum carnē exivi. Et sic in prosperis et adversis gratias agit et deū benedicit. Unde nos iste versus instruit ut laudemus deū in donis suis et prosperis: et insuper in flagellis et adversis. unde et sequitur.

Joā. 17.

Instructio bona.

8 Providebam dominum in cōspectu meo semper: quoniam a dextris est mihi ne commovear.

Act. 2.

¶ Providebā dñm in conspectu meo semper] i. cōtinue non abstuli oculū meū ab eo qui semper est providens quod in eū post ista temporalia peracta recurremus. [quia a dextris est mihi] i. favēs mihi propicius assistit et protegit [ne cōmovear] aliquo motu inordinato ex iniuriis vel causis aliis: sed ut in eo stabilis permaneā. Hinc habe exēplū quo peccata vitentur: qui enim deum semper acie mētis intuetur hic neqz prosperis extollitur: neqz adversis frangitur: nec peccatis inclinatur. In cūctis ergo que agimus:

Peccata quo vitentur exemplum.

que loqmur:que cogitam⁹:si dñm vt oius inspectorē auxiliatorem iudicē z remuneratorem semꝑ in ꝯspectu nostro prouidemus vt neqȝ amore neqȝ timore alicuius rei ab eius volūtate discordemus erit vtiqȝ a dextris nobis ne de bono ad malum cōmoueamur z offendamus.

† io- cūdatū. 9

Propter hoc † letatum est cor meum z exultauit lingua mea: insuper z caro mea requiescet in spe.

Propter hoc].i. huiꝰ assistētiā z adiutorium[letatū est cor meū]gaudio interiori.[z exultauit lingua mea]gaudio exteriori qđ ꝓrūpit in vocē: z ideo qđ est in cogitationibꝰ z i verbis est exultatio: hoc est plena leticia que z corde hilari percipitur z alacri sermōe ꝓfert.[insuꝑ]pter ꝑdicta[z caro mea] nō deficiet in interitu: sed[requiescet]in sepulchro sine putrefactione per triduuȝ sepulture[in spe]resurrectionis future. Et si nos spūaliter letamur: z caput nostrum imitamur speȝ certam habemus: qm̄ simul cum ipso resurgemus: vt vbi caput precessit z membra sequantur. Et subiungit in qua spe.

10 † neqȝ. Act.13.

Quoniam non derelinques animaȝ meā in inferno: † nec dabis sanctū tuū videre corruptionem.

Qm̄ nō derelinques].i. nō patieris cōmuni more aliorum detineri[aiam meā]quā habeo vt verus hō[in inferno]sciliȝ in limbo sctōꝝ patruȝ: imo z ipsa anima chri beatas alas sibi nō dereliquit[nec dabis sctm̄ tuū].i. nō ꝑmittes corpꝰ meuȝ impollutū z a te sctificatū[videre corruptionē].i. experiri putrefactionē vel incinerationē. Et sic factū est qꝛ aīa que ad infernū descēdit vt electos suos inde eiiceret z diabolū ligaret nō est ibi derelicta: sed rediit ad corpꝰ die tertia z corpꝰ christi cio diuinitatis sibi sꝑ vnite defendebat ab icineratiōe. Immo

11 † dele- ctatio.

Notas mihi fecisti vias vite: adimplebis me leticia cum vultu tuo: † delectationes in dextera tua vsqȝ in finem.

Notas mihi fecisti vias vite]accelerādo tp̄s resurrectionis mee[adiplebis me leticia cū vultu tuo].i. assumptus de tua manifesta visione z claritate diuina letabor[delectatiōes]vite eterne erūt mihi[in dextera tua]posito[vsqȝ in finē]cōsumātē nō ꝯsumētē.i. eternalr: qꝛ chrs assumptꝰ sedet ad dexterā pr̄is. z hec dignitas sessionis inerit chro hoi semꝑ z sine fine. Hoc quoqȝ z de sctis itelligi sic pōt.[Notas fecisti]ꝑ me [mihi].i. meis in qbus ego suȝ[vias vite].i. vias humilitatis z opa qbus ad vitā redeāt.[adimplebis me].i. meos in futuro[leticia cū vultu tuo]vt nil vltra desiderēt cum te facie ad faciē viderint z interim sunt eis delectationes in via huiꝰ vite [in dextera tua].i. in fauore z ꝓpiciatione tua.[vsqȝ i finē].i. vsqȝ ad ꝯsumationē beatudinis eterne. Uel[delectationes] .i. sufficiētia oiuȝ bonoꝝ delectabiliū erūt eis[i dextera tua] .i. in eterna beatudine[vsqȝ in finē]idest ꝑfecte z semꝑ. Oro.

Conserua domine sperantes in te: z effice voluntates tuas nobiscum: vt clarificati leticia resurrectionis tue mereamur a dextris tuis cum omnibus sanctis delectari. Per dominum.

Oro chri tpe sue passionis instāte: vel cuiuslibet fidelis z iusti positi i tribulatōe. Psal. XVI.

1

Exaudi domine iustitiam meaȝ: intende deprecationem meam.

Auctor psalmi ꝓpheta Dauid. ¶ Titulus talis. Oro Dauid. Hoc est oro huius psalmi ꝯuenit signato Dauid.i. chro adiūcta sibi voce corporis eiꝰ qđ est eccl̄ia. Qđ ḡ supra orauit iteꝝ cū mēbris hic orat nō ꝓ sua vtilitate: sȝ ꝓ nr̄a necītate. Christi enī oro est fidelīū instructio: sicut enī flēdo Laçarū charitatē ꝓximi hic nos docuit: ita orauit vt formā orādi nobis ꝓponeret. ¶ Materia. oro chri tpe passionis sue instāte vel fidelis z iusti in tribulatione. ¶ Intētio. nos ad orōnē monere vt exēplo sui studeamus in necītatibꝰ semꝑ orare. ¶ Snia in ḡnali. ꝓpħa in isto psalmo in ꝑsona chri vel viri fidelis z iusti in magna tribulatione corpis vel aie positi petit inde diuinitus liberari. ¶ Snia in spāli. chrs ḡ ꝟm hoieȝ ad patrē orās adiūcta sibi voce corpis ait.[Exaudi dn̄e iustitiā meā]nō a me sȝ a te mihi datā. Justitia.n. vim vocis hȝ apđ deū z penetrat celuȝ: felixꝫ ḡ talē ad orādū se ꝑparat vt in orōne iustitiā suā pretēdere valeat: z nihil nisi qđ iuste ꝯferēdū est orare ꝑsumat z pro iustitia[intēde].i. diligēter ausculta[deprecationē meā]que est de malis amouendis z cauendis. Et non solum intendas deprecationem meam. Sed z

Opus oro fideliū est instructio.

Aug.

Auribus ꝑcipe orōnē meā: non in labiȳs dolosis. 2

Auribꝰ ꝑcipe].i. ꝑfecte cape nō trāsitorie[orōnē meā]que est de bonis sibi z suis adhibēdis z ꝯseruādis. Orōnē inquaȝ [nō in labiys dolosis]platā. Sicut est oro illoꝝ ḡ dicūt dn̄e dn̄e z nō faciūt volūtatē p̄ris. Uel illoꝝ ḡ aliđ petūt z aliđ i corde versant. Labia enim dolosa essent si ab eqtate vel intentione verba discordarent. Deinde subiungit quid petit: quasi diceret. hoc peto. vt

3 † A. † mei.

† De vultu tuo iudicium meum prodeat: oculi † tui videant equitatem.

De vultu tuo]ḡ oia videt nec alterius testimonio eget.i. de manifesta noticia tua.[iudiciū meū ꝓdeat].i. exeat vel eē appareat.i. iudica me ꝟm illa q̄ in me respicis z cog̃scis ḡ nullū habeo pctm̄[oculi tui].i. cōtuitio diuinitatis tue[videant eqtatē]vt facias mihi ꝟm eā: nō ꝟm volūtatē hoiuȝ z mihi des remediū: aduersarȳs ꝟo ꝟm suum demeritum. Jam autez fac qđ peto a te: quia tu qui omnia vides.

Probasti cor meum z visitasti nocte: igne me examinasti z non est inuenta in me iniquitas. 4

Probasti cor meū]qđ ꝯspectui tuo semꝑ pȝ[z visitasti nocte].i. tribulatiōe: q̄si diceret: cor meū visitatiōe tribulatiōis ꝓbatū est: que tribulatio z noꝫ dr̄: qꝛ ꝑturbat: z ignis qꝛ exurit. Unde subdit[igne]sc̄ȝ tribulatiōis[me examinasti]sicut metallū[z nō est inuēta in me iniqtas]quā vstio coqueret.i. inuentus sum imunis a peccato. Debent ergo sancti viri semper examinare cor suum vt illud ante oculos dei sine iniquitate habeāt ꝓbatū. Et adeo sum iustus z sine iniquitate

Tribulatio aliqñ nox dicit: z aliqñ ignis.

Ut non loquatur os meū opera hoiuȝ: ꝓpter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras. 5

Ut nō loquat̄ os meū opa hoiuȝ].i. vt nō aliud ꝓcedat de ore meo q̄ȝ qđ ad gloriā z laudē tuā ꝑtinet nō ad opa hoium que ꝑter volūtatē tuā faciūt.i. vt nihil nisi tuū loquar z in lingua nō peccē qđ est ꝑfectoꝝ. vt dicit Ambrosꝰ. Nō mediocre piculū est cū hēas tāta eloqa dei z opa que fecit illis ꝑtermissis loquaris z audias que seculi sunt. Et q̄uis ita innocēs sim: tn̄[ꝓpter vba labioꝝ tuoꝝ]sc̄ȝ mādata z cōsilia cōplenda[ego custodiui vias]tribulationū vel virtutū z bonorum opeꝝ[duras]sc̄ȝ nolētibꝰ: sed suaues volētibus. Et ergo

Ambrosiꝰ pulcherrimū dictū.

† Perfice gressus meos in semitis tuis: vt nō moueantur vestigia mea. 6

Auctor psalmi propheta David. ¶ Titulus hic est psalmus David in prima sabbati. Idest psalmus iste est dauid qui hic loquitur in persona sua vel ecclesie. psalmus dico agens de clarificatione domini τ hominis reparatione que facta est in resurrectione in prima die sabbati. i. septimane: vel prima post sabbatum que dominica dicitur propter cultum deo factum τ miraculum. Eademque dies fuit prima in primordiali rerum conditione: quia in ea mundus est conditus τ similiter in ea homo per resurrectionem christi est restauratus. Propheta ergo τ quilibet fidelis congratulans christo resurgenti quasi victori de bello redeunti testatur ecclesiam (de qua supra dictum est) ipsi christo esse subiectam: simul ostendens conditiones fidelium in ecclesia manentium. ¶ Materia. christi generalis dominatio: suorumque membrorum conditio. ¶ Intentio. monere fideles vt mundent se ab omni inquinamento: τ proficiant in bono quatenus accipere mereantur benedictionem τ misericordiam a domino: τ suscipere regem glorie cum honore τ triumpho. ¶ Sententia in generali. Propheta testatur christi dominationi orbem vniuersum esse subiectum: definiens quibus virtutibus prediti esse debent fideles in eius ecclesia constituti: alloquiturque superstitiosos. i. demones vt portas mortis τ damnationis auferant: desideratque vt porte eterne vite aperiantur: τ sic christus ingrediatur. ¶ Sententia in speciali. Propheta post resurrectionem letus sicut preco post triumphum resurrectionis christi gloriam attendens clamat totam terram esse christi victorie: dicens [Domini [i. christi qui est dominus dominantium [est terra τ plenitudo eius τc. [Quia ipse terram stabiliuit τ disposuit ne obuiatur ei. Ad litteram: omnia sunt domini quia omnia per ipsum sunt facta: fundata τ disposita: τ sic ex rebus visibilibus intra nos pensare debemus quanta sit dignus veneratione tantus ac talis dominus: vt sicut nullus ab eius imperio extra nec a fide eius sit alienus. Uel [domini [christi [est terra [i. ecclesia fructifera cuius fructus est a domino [τ plenitudo eius [i. omnia quibus plena est ecclesia. s. omnes sancti τ carismata gratiarum ac opera τ virtutes omnium que cuncta sunt domini. i. a domino facta: data τ disposita. τ hec terra. i. ecclesia non est parua sed est de toto orbe τ de omnibus que in eo sunt. vnde subdit [orbis terre τ vniuersi qui habitant in eo. [Clarificato enim christo in toto orbe totus orbis seu de toto orbe fit ecclesia eius. Et merito ecclesia est domini.

2 † eam. † eam.

Quia ipse super maria fundauit † eum: τ super flumina preparauit † eum.

Quia ipse [scilicet christus [super maria fundauit eum [i. stabiliuit ecclesiam super omnes fluctus seculi vt eos superet nec sibi noceant: quia non ei vitia sed ipsa vitiis dominatur. Uel super populum amaricantem vt nec tribulationes vel malos homines timeat. [τ super flumina [i. super cupidos seculi qui labuntur in seculum sicut flumina fluunt in mare [preparauit eum [orbem. i. ecclesiam: quia hos superat ecclesia que victis per dei gratiam cupiditatibus paratur τ tendit ad eterna. Uel super principes τ potentes qui tendunt in populum sicut flumina in mare: quia τ eis dominatur ecclesia. Ecce in alto τ sublimi posita est ecclesia. Et

3 Psal. 14.

Quis ascendet in montem domini: aut quis stabit in loco sancto eius.

Quis ascendet [i. dignus est ascendere [in montem domini [i. in altam iustitiam domini seu in ipsam ecclesiam que sicut mons est firma τ alta in virtutibus. [aut quis [post ascensum [stabit [idest stabilis permanebit [in loco sancto eius [i. in tam eminenti sanctitate perseuerando in eo quo ascendit vt non cadat: τ in tempore temptationis non recedat. Ascendere multorum est: stare autem τ perseuerare tantum perfectorum. multi enim ascendunt qui non perseuerant: quia multi vocati: pauci vero electi. Et respondet propheta premisse interrogationi. d.

Ascendere multorum est.

Mat. 20 τ 22 b.

4 † iurans.

Innocens manibus τ mundo corde: qui non accepit in vano animam suam: † nec iurauit in dolo proximo suo.

Innocens manibus [i. purus in operibus [τ mundo corde [i. mundus in cogitationibus: hoc est qui non operatur nec cogitat malum [qui [etiam [non accepit in vano animam suam [vt. s. relicto desiderio eternorum vana τ transitoria optaret: vt anime vita neglecta ei curam carnis anteponeret: τ sola presentia cogitans que sequuntur in perpetuum non attenderet. In vano etiam animam accepit quisquis ocio vacans infructuose viuit: τ in vinea domini non laborat. Uel qui hoc quod operatur ad anime vtilitatem non refert. [nec iurauit in dolo proximo suo [quicquam: vnde eum deciperet asserendo vel promittendo cum plurium sit nequiter decipere credentem. Qui ergo in opere in cogitatione τ in verbo innocuus est τ innocens sibi τ proximo

5 Hic accipiet benedictionem a domino: τ misericordiam a deo salutari suo.

C Hic [stante innocentie] accipiet benedictionem a domino] idest gratie infusionem & bonorum spiritualium multiplicationem ac promotioné de virtute in virtuté vsq3 ad ascésum montis: & hec benedictio non datur pro meritis sed per misericordiam per quá prius peccata dimittit deus: & hoc est qd subdit[et]prius[misericordiá]i.remissionez pctõr factam per misericordiá[a deo salutari suo]i.a dño iesu christo qui est salutaris noster. Ecce quomodo primum restat innocenti sibi & proximo. Ideo dicit Cyprianus. Qualem vis inuenire dominum: talem te exhibe erga proximum tuum. vnde glosa bñ videat qualr interius & exterius circa proximű suű se habeat.

6 Hec est generatio querentium † eum: querentium faciem dei iacob.

C Hec est [& talis esse debet] generatio [omnium] querentium eum]idest deű & ascédétiuz in monté. Ex talibus enim cõstituit ecclia.[querétiű]dico nõ pro fauore seculari vel pro terrenis operibus: sed[facié dei iacob]i. qui querűt deű vt iacob quesiuit: scilz dei presentiá & cognitioné seu manifestam visionem: & tales inueniűt eű in presenti per gratiá & in futuro per gloriá. Declarata ergo christianá religione impedimétu 3ria auferri iubet vt patefactis cordibus christus intret quasi diceret: Et quia nullus ascendit vel stat nisi innocés & purus: ergo

7 † Attollite portas principes vestras. & eleuamini porte eternales: & introibit rex glorie.

C Attollite [i. amouete] portas [principes vestras] i.o vos demones qui principari hominibus queritis auferte portas vestras scz cupiditatis & timoris seruitia & peccata que sunt aditus mortis quibus ingredimini in animas: & cõtra illas portas mortis[eleuamini]i. exaltamini in cordibus hominű o vos [porte eternales]scz renűciationis a seculo & cõuersionis ad deű: seu virtutes & gře que sunt aditus eterne vite:[et]sic ornata domo[introibit]per vos ad corda & animas[rex]dator [glorie]eterne scz christus. Et qa excellétia glorie & honoris eius est omni creature ammirabilis: ideo quasi admirans querit

8 Quis est iste rex glorie: dominus fortis & potés: dominus potens in † prelio.

C Quis est iste rex glorie]qui intraturus est ad corda. Interrogat hic Propheta nõ pper suá ignorantiá: sed vt amplius christum cõmédando alios ad eius inuitet amoré. Uel princeps huius aeris qui ante primatű habebat in homine miratur & querit. Et respondens Propheta describés eű per virtutes quasi proprio nomine & dicens: ipse est[dñs]absolute omnium omnia gubernádo.[fortis]in se & in adiuuando.[& potens]ad resistendum aduersarijs & protegendű sibi subiectos[dñs potés in prelio]cõtra morté quá moriendo destruxit: & contra diabolum cui potestatem abstulit.

9 † Attollite portas principes vestras & eleuamini porte eternales: & introibit rex glorie.

C Attollite portas &c.]predicta repetit & congeminat vt amplius determinet qs sit rex glorie qui dignus est vt ei pareť hospiciű: & nõ per singula vt prius fecerat dicédo fortis & potens &c. sz breuiter totű rńdet dicés dñs virtutű celestium.i. angelorű. Unde in hebreo habeť sabaoth qd interpretať exercituuz vel militiarű vel virtutű.i. gratiarű: qr omnibus omnia dat dona ipse est rex glorie super omnia gloriosus & benedictus cui seruire regnare est. Uel dicit hoc Dauid propheta in persona angelorum precedentium christű descendentem ad inferos & ascendenté ad celos annunciantiűq3 & respondétiű: necnő in persona potestatű tartarearű & virtutű celestiű ammirantiű & querentiű. Primo ergo angeli christű ad infernű preeuntes dicűt[principes]inferni[attollite portas vestras] idest auferte potestatem qua vsq3 nunc iustos in inferno detinuistis.[& eleuamini]i. aperiamini[porte eternales]tenebrarum que super iustos clause erant:[& introibit rex glorie]vt suos inde liberet. Mirant aűt demones & querunt.

10 Quis est iste rex glorie: dñs virtutű ipse est rex glorie.

C Quis est iste rex glorie:]quasi dicerét nos regé nostrű habemus: scz diabolű: ille rex glorie quis est: Et respődét angeli ipse est[dñs fortis & potés]qui morté vicit & diabolű principem mundi vestrum ligauit: & nűc venit eruere domű eius & vasa deripere.i.cőfringere claustra infernalia: & captiuá captiuitatem educere. Deinde angeli precedétes christum in ascésione clamát. O principes celi. Attollite portas vestras.i. reserate celestes aditus dño venienti: & eleuamini.i. aperiamini o vos: porte eternales.i. aditus celi & eternalis ingressus patefacti pereantur etherei ianue & eternalű aditus value: & introibit rex glorie: scz christus: vt ad dexterá patris sedeat & pro nobis interpellet. Ipse aűt virtutes angelice nouo mysterio carne indutű stupefacte querűt cű ammiratione.[Quis est iste rex glorie:] quasi dicerét. Nos patré & filiű semp insimul esse videmus: iste rex glorie qs est: Et rńdét angeli comites[dñs virtutuz]i. angelorű[ipse est rex glorie]scz christus qui ex virtute dei viuit in gloria. Nő est hic intelligédű qd celű vel infernus portas materiales habeat: sed angelorű vel bonorű vel malorű custodias metaphorice portas vocat. Oratio.

Stabilitor terre deus cui cűcta plenitudo műdi deseruit: restitue nos in innocétiá vite vt possimus te preuio in mőté sanctificationis ascédere. Per dñz.

C Oratio ecclesie vel persone deuote flagellis & tribulationibus grauiter afflicte: & imploratio diuini auxilij pro liberatione. Psal. XXIIII.

1 Ad te domine leuaui animam meam: deus meus in te confido non erubescá.

Auctor psalmi propheta Dauid. ¶ Titulus talis est: In finé psal. Dauid. Hoc est psal. iste dirigés nos in finé attribuit Dauid idest ecclesie que hic loquitur in persona penitétis per flagella correcti. Ecclesia ergo christo subiecta & fidelis quilibet ad deű cőuersus: qr tribulationes & tétationes pati habet: diuinuz auxilium implorat quatenus in bono perseuerare valeat: suo exemplo nos instrués vt in bono perseueremus & orationi insistamus. ¶ Materia. ecclesie vel anime flagellis grauiter afflicte oratio: & diuini auxilij imploratio. ¶ Intétio. vt doceat nos in aduersis nő murmurare sed deuota oratione ad deű recurrere: & in bono proposito perseuerare. ¶ Snia in gñali. Propheta in isto psalmo in persona ecclie & cuiuslibet fidelis existéus in persecutione inimicorű visibiliű siue inuisibiliű petit a pressuris liberationé in deuio huius vite directioné: culpe pro qua tribulať remissioné ac diuine consolationis degustationé. ¶ Snia in speciali. Ecclesia itaq3 vt secure valeat petere que sequuntur premittit de suo desiderio & dilectione quá hz erga deű sic ad ipsuz loqués[Ad te dñe]cőtépládű & promerédű: gustádű & amplexádű[leuaui]spűali desiderio & deuotione de terra [aiaz meam]que terrenis & carnalibus desiderijs inherebat abstrahendo eam ab istorum inferioruz sollicitudine & amore. Facile quidem terrena despicit qui ad diuina conspiciendа se erigit[deus meus in te]solo non in me vel in alio a te creato[confido]& spé meam pono: & ideo rogo[non erubescaz]vlterius a peccato quod de me procedat corruptione nec etiam aliorű suggestione peccé. vnde sequitur.

2 Neq3 irrideant me inimici mei: etenim vniuersi qui † sustinent te non confundentur.

C Neq3 irrideát me inimici mei]siue visibiles siue inuisibiles mala mihi suggerentes & nocere querentes: qui vtiq3 me irridebunt si preualuerint: qr ipsos irrisores patimur quos ad malű persuasores habemus: & certus sum de eo qd peto[etenim

Marginalia: Cyprianus. † vias 6 † vol. 7 lite. peccata sunt aditus mortis. virtutes sunt aditus vite eterne. † bello. † vol. 9 lite. Sabaoth interpretatur exercituum. † te expectant.

vniuersi qui sustinēt te] tribulationes pacientes longanimiter ꝛ patiēter ferēdo: nulliſq; tētationibus a te recedēdo: ſed in bono ꝓpoſito pſeuerādo [nō cōfundent] neq; per ſe neq; per inimicos. i. ꝑ peccatū a ſe vel ab inimicis eptiēte: neq; hic neq; in futuro: quia patientie ſue premiū accipient tempore opportuno. Sed econtrario

† iniq̄ 3 faciētes vana. **Confundantur oēs † iniqua agentes ſuperuacue.**

℄ Confundant] hic pro petis ſalubriter: vel ſi hic noluit tandem in pena eterna: ꝛ ſupponit qui ꝛ quare. i. [oēs iniqua agētes] ꝓpter acgrēda que trāſeūt tēporalia eternis ꝓferētes: ꝛ animā ſuā de terra ad te nō leuātes. Ideo iniqua gūt ſuperuacue] fruſtra ꝛ vane agūt: ꝛ in ſuperuacuis laborāt inutiliter ꝛ infructuoſe: nihil ſecum de fructu ſui laboris deferentes: quia omnia ſunt vana ꝛ infructuoſa que a deo ſunt aliena. Ergo vt non erubeſcam vel confundar

† no 4 tas fac. **Vias tuas domine † demonſtra mihi: ꝛ ſemitas tuas edoce me.**

℄ Uias tuas] apertas ſcʒ mādatoꝝ que vie cōueniūt omnib⁹ etiā ſimplicibus de qbus dicit̄. Si vis ad vitā ingredi ſerua mādata [dn̄e demōſtra mihi] quaſi manifeſta que viſui ſubſunt vt melius innoteſcāt ſicut ſolet manu demōſtrari oculis ſubiectū vt magis appareat [ꝛ ſemitas tuas] anguſtas ſcʒ cōſilioꝝ [edoce me] quaſi ea que occulta ſunt: quia paucis ſunt nota: de quibus dicitur. Si vis eſſe perfectus vade ꝛ vende omnia que habes ꝛc̄. Et o domine ne errem

Matth. 19. — Ibidem

† ſalu 5 taris. **Dirige me in veritate tua ꝛ doce me: quia tu es deus † ſaluatoꝛ meus: ꝛ te ſuſtinui tota die.**

℄ Dirige me in veritate tua] vt recte iuſte ꝛ pie viuā ſicut veritas tua exigit [ꝛ doce me] ipſaꝫ veritatē vt recte omnia mihi neceſſaria sciā ꝛ intelligā: duo petit in quib⁹ eſt pfectio: ſcʒ dirigi ad bonā vitā: doceri ad verā ſcientiā: ꝛ ideo fac qd̄ peto [q2 tu es deus] meus ꝙ me creaſti [ſaluatoꝛ meus] ꝙ me redemiſti [et] etiā ideo q2 [te ſuſtinui tota die] . i. miſericordiā ꝛ retributionē tuā toto tp̄e vite ꝛ aſſidue patiēter expectaui: ꝛ nec proſperis nec aduerſis aſperando in te moueri potui. Iſta duo bonos faciunt: vt deum ſaluatorem credamus: ꝛ patienter retributionem eius expectemus. Et

Perfectio i duobus eſt. — Bonos faciunt duo.

6 † q2 mīe tue. **Reminiſcere miſerationum tuarum domine: ꝛ † miſericordiarum tuarum que a ſeculo ſunt.**

℄ Reminiſcere] qui oblitus crederis dū tardas [miſerationū tuaꝝ dn̄e] . i. opeꝝ mīe tue [ꝛ miſericordiaꝝ tuaꝝ] naturaliter tibi inſitaꝝ [que a ſeculo ſunt] . i. ab initio ſeculi: nunꝙ̄ eni ſine miſericordia fuiſti que naturalr̄ in te eſt: nec peccāti homini miſeratio tua defuit que eſt in bonoꝝ exhibitione. Unde enim in ſe eſt miſericoꝛs, inde eſt miſeratoꝛ in nobis. q. d. fac nunc ſicut conſueuiſti ne in me fallat quod ab initio ſeculi inceptum eſt. Et per miſericordiam tuam

† igno 7 rantie mee. **Delicta iuuentutis mee: ꝛ † ignorantias meas ne memineris.**

℄ Delicta] quibus ſciēter viam eq̄tatis dereliqui [iuuentutis mee] . i. que eſt incōſulto calore ac cōſidēti ꝛ ꝓcipiti audacia vel ex infirmitate cōmiſi: que etiā q̄nq; ſunt in ſenib⁹ [ꝛ ignorātias meas] . i. peccata que ex ignorātia feci: vel que pctā eē neſciui [ne memineris] . i. ne ad vindictā reſerues. Trib⁹ eni modis fit omne pctm̄: aut ſtudio: aut infirmitate: aut ignorantia. Peccata ſtudij ꝛ infirmitatis cōcludit cū ait. [Delicta iuuentutis mee] . Iuuentus enim prona eſt ꝛ infirma ad delinquendū. Peccata ignorantie deſignat cum ſubiungit] ꝛ ignorantias meas ne] inquā [memineris] ſed potius

Peccatū fit tribus modis.

† me 8 moꝛ eſto mei de⁹. **Scd̄m miſericordiam tuam † memento mei tu: propter bonitatem tuam domine.**

℄ Scd̄ꝫ miſericordiā tuā] que eſt reſpectu miſeroꝝ vbi nulla ſunt merita: ꝛ que te eſt digna nō ſm̄ irā quā merui ꝛ qua ego ſuꝫ dignus [memēto mei tu] vt vidēs ꝙ̄ fragilis ſim mecum miſericorditer agas peccata dimittēdo ꝛ grāꝫ infundendo. q. d. vt ampla eſt miſericordia tua ita ꝛ ample miſerere mei: ꝛ nō ꝓpter meū meritū qd̄ nullū eſt: ſed [ꝓpter bonitatem tuā dn̄e] naturaliter tibi inſitam ꝛ amplam qua de nihilo omnia feciſti ꝛ omnibus bene facis. Deinde conuertit ſermonem ad homines. q. d. hac fiducia peto: quia

9 † dabit. **Dulcis ꝛ rectus dominus: propter hoc legē † dabit delinquentibus in via.**

℄ Dulcis] . i. pius ꝛ miſericoꝛs in miſerendo eſt [dn̄s] q2 penitentibus oīa priora pctā dimittit: vbi eſt grā ſine meritis [ꝛ rectus] . i. equus ꝛ iuſtus: q2 corrigit ꝛ peccata purgat: vel quia poſt miſericordiā venie digna merito ꝑ in futuro retribuet. Ama qd̄ dulcis eſt: time qd̄ rectus eſt: vt amore ꝛ timore dei excitatus legē eius cuſtodias: ꝛ [ꝓpter hoc legē] correctionis dabit delinquētibus] vt ſm̄ eam corrigant: vnde lex eſt vt ſi vere peniteant miſericordiā conſequant̄: ſin autem eternaliter puniantur: ꝛ hoc [in via] huius pſentis vite: quia poſt moꝛtem non eſt locus penitentie. Et dominus

10 † mites. Tmāſuetos. **Diriget † manſuetos in iudicio: docebit † mites vias ſuas.**

℄ Diriget] ad meliora vt ex patiētia proficiāt ꝛ de virtute in virtutē ꝓcedāt [māſuetos] ꝙ in aduerſitatibus patiētes ſunt ꝛ nō murmurant [in iudicio] pſenti quo iudicat dn̄s flagellat ꝛ corripit. Uel [diriget māſuetos in iudicio] futuro. i. nō perturbabit eos in iudicio qui ſequunt̄ volūtatē eius nec ei reſiſtūt [docebit] hic [mites] qui ſe nō erigūt ꝯtra eū nec recalcitrant cū eis leue iugū dn̄i ipōnit̄ [vias ſuas] qbus ad ipm̄ puenit. Tales eni q2 non pſumunt regere ꝛ docere ſemetipſos: ideo dirigunt̄ ꝛ docent̄ a dn̄o. Deinde oſtēdit que ſint vie eius. d.

11 **Uniuerſe vie domini miſericordia ꝛ veritas: reg rentibus teſtamentum eius ꝛ teſtimonia eius.**

℄ Uniuerſe vie dn̄i] ſunt [mīa] qua eſt placabilis [ꝛ veritas] qua eſt incorruptus quoꝝ vnū exhibet cōdonando peccata: alterū iudicādo merita. Hec duo in omni ope dn̄i ſunt q2 q̄c qd̄ facit aut miſericorditer facit aut iuſte: ꝛ hoc apparet [req̄rentibus] ꝛ ſcrutātibus [teſtamētum] eius nouū qd̄ teſtamētum dicit̄: q2 ibi eſt clara ꝓmiſſio hereditatis ꝛ morte cōfirmatū eſt teſtatoꝛis [ꝛ teſtimonia eius] ſcʒ vetus teſtamentū: q2 teſtimoniū nouo phibet: ꝛ ibi fuerūt ꝓphete teſtes ꝓmiſſionum. Tenet autem ille vias dn̄i qui expertus mīaꝫ: deponit ſuperbiam: nullis meritis liberatum ſe vidēs ꝛ deinceps ſeueritatem iudicis cauens. Ergo

Uias dei q̄ teiia.

12 **Propter nomen tuū domine propiciaberis peccato meo: multum eſt enim.**

℄ Propter nomē tuū] o [dn̄e] nō ꝓpter meritū meū. i. ꝓpter gloriā nōis tui ꝛ declarationē bonitatis tue vt lauderis ab homine [ꝓpiciaberis] . i. miſereberis: oblato tibi ſacrificio ſpūs contribulati ꝛ cordis cōtriti pctō meo] ipſum ex mīa remittēdo: ꝛ neceſſe eſt [multū eſt eniꝫ] excedēs facultatē virtutis mee ad ſatiſfaciēdū: ꝛ niſi per te non delebitur. Q̄ diu enim hic mortaliter viuimus ſine multo pctō eſſe non poſſumus: nā in multis offendimus omnes. Et cum ita ſit

13 † dimos. **Quis eſt homo qui † timet dominum: legem ſtatuit ei in via quam elegit.**

℄ Quis eſt hō] . i. rōnalis [qui timet dn̄m] timore filiali. q. d. quiſquis ille eſt: magnus eſt: beatus eſt. [legē] euāgelicaꝫ ſcʒ fidei ꝛ moꝝ [ſtatuit] . i. obſeruādā dedit [ei] dn̄s vt pſeueret ꝛ ſpiritualr̄ in deo viuat: ꝛ ne impune peccet [in via] dei [quaꝫ elegit] . i. libere appꝛehēdit ꝛ in regula quā profeſſus eſt ſcʒ ꝯ mens deū. Ligat enim deus talē in lege ſua. Uel [quam [ipſe

dn̄s[elegit]nobis incedendū. Et postea subdit de pmio.d.

14 Anima eius in bonis demorabitur: ⁊ semen eius † hereditabit terram.

† heredi tate pos sidebit.

Anima eius] scz legē dei obseruātis[in bonis]gratie quasi in delitijs: etsi nō rei: in spe etiā in bonis glorie futuris[demorabit]in p̄senti. Delectat eni legi dei s̄m interiorē hoīem: cuius celestib⁹ desiderijs inardescit spiritalibus studijs inheret: in bonis opibus se exercet[⁊ semen eius].i. bonū opus qd̄ quasi seminat cū agit: ⁊ vnde fructus colligit[hereditabit terrā] idest faciet eum terram viuentium hereditate possidere. Et inde illis tanta constantia: q: interim

15 Firmamentum est dn̄s timētibus eum: ⁊ testamentum ipsius vt manifestetur illis.

Firmamētum est dn̄s timētibus eū]ne cedant tētationib⁹: videt enim timor esse infirmorū: ⁊ homo est mutabilis in se ⁊ fragilis: sz firmat dn̄s timētem: q: timor dei dat firmitatez: humanus diffidentiā.[⁊ testamētū ipsius]est hoc[vt manifestet illis].i. manifestabit seipsum illis sicut pmisit. q.d. pmissio ei⁹ est etiā eis firmamētū. s. hoc vt videāt eum facie ad faciem. Merces laboris nostri est visio dei: quem cum videbimus nihil vltra erit qd̄ queramus. Et ideo qcq̄d alij faciant

Merces laboris nostri est visio dei.

16 Oculi mei semper ad dominum: † quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos.

† qa

Oculi mei]scz cordis.i. interioris hoīs sensus ⁊ intentiones mee sunt[semp ad dn̄m]sursum spectātes: ⁊ ideo non timeo pericula terrena[qm̄ ipse]quē intueor[euellet]extrahet[de laqueo]timoris ⁊ cupiditatis ac oīum vitiorū ⁊ tētationū[pedes meos].i. animi affect⁹ ab hoc diuersarū tētationū laqueo. Nemo euellit nisi cuius intētio ⁊ desideriū ad alta subleuat. Semp ergo hō intēdat in oībus que dei sunt: ⁊ deus eum de tentationibus ⁊ tribulationibus finaliter liberabit. Et quia ego respicio ad te o domine ⁊ tu

17 Respice in me ⁊ miserere mei: † quia vnicus ⁊ pauper sum ego.

† qm̄ ps. 85.

Respice in me]⁊ in desideriū meū pietatis affectu[⁊ miserere mei]q: miser sum ⁊ locus est misericordie[q: vnicus]nō per multa distractus vel vnicā spez in te habēs[et pauper]a mūdi rebus: vel[pauper]spū ⁊ humilis[sum ego.]Uel[vnicus ⁊ pauper].i. solus ⁊ ipotēs respectu multitudinis demonū ⁊ satellitū suorū. Ideo se vnicū ⁊ pauperē dicit vt dei miaz sibi ɔciliet. Unicus.n. plus amat: paup plus dolet. Et itē ideo qa

Unic⁹ plus amatur.

18 Tribulationes cordis mei multiplicate sunt: de necessitatibus meis † erue me.

† educ.

Tribulationes cordis mei multiplicate sunt].i. multis modis affligor: modo per tentationes demonuz ⁊ vitiorū: modo per psecutiones hoiūz malorū: ⁊ tot sunt calamitates mūdi q̄ earū anxietas vsqz ad cor puenit: ⁊ o dn̄e[de necītatib⁹ meis] idest tribulationib⁹ p quas necesse habeo trāsire[erue me]liberando. Aduersa congrue vocat necessitates: quia necessaria sunt omnibus pie viuere volentibus: ⁊ hec necesse est eos tolerare vsqz in finem vt salui fiant. Et

19 Uide humilitatē meam ⁊ laborem meum: ⁊ † dimitte vniuersa delicta mea.

† remitte omnia peccata mea.

Uide humilitatē meā ⁊ laborē meū]q: per aduersa humiliatus in magno labore ⁊ tribulatione sum: ⁊ his purgationis mee flagellis placatus[dimitte vniuersa delicta mea]tā mortalia q̄ venialia. Uel[vide].i. gratā habe[humilitatē meaz] scz ɔtriti cordis: ⁊ qua tribulationē (que pena pcti est) humiliter ⁊ patiēter tolero[⁊ laborē meū]in sustinendo malos[⁊ dimitte vniuersa delicta mea]vt ex tolerantia tribulationū ⁊ laborum merear veniam delictorum.

20 Respice inimicos meos quoniā multiplicati sūt: ⁊ odio iniquo oderunt me.

Respice]etiā[inimicos meos]eos ɔuertēdo vel reprimendo: vel q: nescimus qd oremus sicut oportet: fac de eis sicut tu scis[qm̄ multiplicati sunt]nō solū foris infideles: sed etiaz intus in ecclia falsi fratres: ⁊ tot hoiūz pditio nō pōt esse sine dolore. q.d. attēdēdo eos me protege ⁊ mihi auxiliare.[⁊ odio iniquo oderūt me]q: oderūt me diligentē se: ⁊ quia nō vitia in me sed ipsam naturam oderunt. Equum enim odium est cum odiatur culpa ⁊ diligitur natura. Ideo.

21 Custodi animam meam ⁊ erue me: non † erubescam: quoniam speraui in te.

† cōfundar.

Custodi animā meā]ab eorū insidijs ⁊ imitatiōe ne pereat[⁊ erue me]ab eorū cōsortijs ⁊ cōmunione vt euadā[nō erubescā]idest nō cōfundar a pposito cadēdo ⁊ erubescēda cōmittēdo si forte insurgant aduersum me: ⁊ debes me exaudire[quoniā speraui in te]non p̄sumpsi de me: ⁊ non est ɔfusio sperantibus in te. Cum aūt perfecti sic se spei fortitudine roborant: ceteros ad se per exemplū trahunt. vnde subditur

22 Innocentes ⁊ recti adheserunt mihi: † quia sustinui te †.

† qm̄ † dn̄e

Innocentes]moribus ⁊ sibi ⁊ pximo[⁊ recti]fide ⁊ corde quos non frangit aduersitas vel psperitas[adheserūt mihi] nō solū p̄sentia corporis: sed etiā cōsentione cordis ⁊ adherēdo sunt mihi ɔformati: ⁊ hoc ideo[quia]nō defeci a bono sequens malos: sed[sustinui te]expectās discussionē vltimi iudicij ⁊ retributionē. Qui innocēter viuūt: qui celestē patriaz appetūt: sicut diffugi a malis ita adherere cupiūt bonis: vt sese inuicē verbis ⁊ moribus edificēt ⁊ bona sua per charitatē sibi cōmunicēt q̄tenus in bono alter crescat ex altero. Et tu

23 † Libera de⁹ israel: ex oīb⁹ tribulationibus † suis.

† redime † eius

Libera]o[deus israel].i. populū quē ad tuā visionez ⁊ ad te cōtēplandū pparasti[ex omnibus tribulationibus suis].s. spūalibus ⁊ corporalibus.i. non solū ex his que tollerat exterius: sed etiam ex his que patitur interius: vt magis quiete ⁊ deuote tibi possit seruire. Uel[ex oībus tribulationibus]presentibus: ne in eis succūbat: ⁊ futuris ne eas incurrat. Orō.

Libera nos ab omnibus angustijs nostris mitissime deus: quia ad te animas nostras erigim⁹: obliuiscere q̄s delicta iuuentutis ⁊ ignorantie prioris: ⁊ si qd̄ negligēter deliquimus clemēter ignosce. Per dn̄z.

Psalmus de ecclie seu viri iusti innocentia ⁊ sanctitate: eiusqz ne a proposito moueatur oratione. Psal. XXV.

1 Iudica me domine quoniaz ego in innocentia mea † ingressus sum: ⁊ in dn̄o sperans non infirmabor.

† ambulaui.

Auctor psalmi ppheta Dauid. ¶ Titulus hic est psal. Dauid. Quasi diceret: psal. ille attribuit dauid idest pfecto viro ⁊ excellētiori ecclie mēbro supius deū orāti: ⁊ hic ostēdēti se esse exauditū ⁊ diuina mīa adeptū innocētiā ⁊ pfectionē: ac deuoti orāti ne a pposito suo dimoueat: ⁊ hoc facit vt a qb⁹ moralr segregat: ab his etiā eternalr separet. ¶ Materia. viri iusti innocēs ⁊ sancta ɔuersatio: ⁊ a cōsortio malorū sepatio. ¶ Intētio. vt exēplo sui doceat nos innocēter ɔuersari: ⁊ a ɔsortio malorū separi: iustisqz iungi: q: ex ɔuictu mores formant. ¶ Snia i gnali. Propheta i isto psal. in psona ecclie vel cuiuslibet pfecti: ⁊ viri iusti allegat suā innocētiā: ⁊ detestat iniquorū maliciā: attestat insup se incultu dei sedulū: ⁊ petit cū impijs nō dānari in ppetuū. ¶ Snia in speciali: vidēs ergo ille vir sctūs bonos cū malis: grana cū paleis: orat in futuro localiter diuidi. d.[Iudica me dn̄e]scz iudicio discretionis.i. discerne me in futuro a malis loco a qbus i p̄nti licet

Mores ex conuictu formantur.

simul mecū sint seiūctus suꝫ merito. Hoc aūt dicit nō ex pre- sumptione iustitie sue sꝫ ex certitudine mīe dei: ⁊ subdit meri- tum[quīa ego in innocentia mea ingressus sum] vias vite in- ter pctōres innocēter vitā ducēdo: ⁊ hoc dicit nō se iactādo sꝫ grās agēdo[⁊ in dño]nō in me[sperās]ne iter malos timbē [nō infirmabor]deficiēdo ab innocētia ⁊ cadēdo in pctīs: sꝫ sicut icepi ita dīno auxilio pseuerabo: qꝛ ipe dñs est mea fortitu- do. Sꝫ ne qd delictoꝝ occultoꝝ me lateat ⁊ i me remaneat.

2 **Proba me domine ⁊ tenta me: vre renes meos** Ps. 138.
⁊ cor meum.

¶ Proba me dñe]i. si quid in me est purgādum prius vires meas respice[et]tūc put ferre valeo[tenta me]i. tentari me pmitte notū me faciēs: nō tibi qꝛ oīa nosti: sed mihi ⁊ aliis ne qd delicti in me remaneat ⁊ hic me corrigēs flagello filiorum vt spūs salu⁹ fiat: ⁊ deinde[vre]igne scti spūs[renes meos]i. delectationes. s. malas assumēdo ⁊ bonas inflāmādo[⁊ cor meū]i. cogitationes. s. malas cōsumēdo ⁊ bonas illustrādo. Ac si dicat interioribus ⁊ exteriorib⁹ vitiis spiritale adhibe medicamētū. hic ḡ pfectus pcat tribulatiōes ⁊ tētatōes ne qs de eis murmuret. Nec timeo ɔsumi tribulatiōe vl tētatiōe.

3 **Quoniaꝫ misericordia tua ante oculos meos est:**
⁊ complacui in veritate tua.

¶ Qm mia tua]que nō finit tētari supra vires vel ɔsumi[an- te oculos meos est]i. nō merita mea sed misericordiā tuam tanq̄ fiduciā meā toto corde intueor ⁊ attēdo: ita q nec ego misericordie nec mia mei obliuiscit: quasi diceret: disciplinā tuā patiēter fero: sed vt miserearis indesinēter expecto[et] ideo tā[cōplacui]tibi. i. bñplacitū habui[in veritate tua]scꝫ vindicte quā merui qui pus displicui in mēdacio culpe qua deliqui. Et qui lapsus merui irā a te correptus inueni miseri- cordiaꝫ. Vel[cōplacui in veritate tua]probando que pbas ⁊ reprobando que reprobas. Ex hoc autem apparet quoniā in innocentia mea ingressus sum: quia

4 **Non sedi cum consilio vanitatis: ⁊ cum iniqua**
gerentibus non introibo.

¶ Nō sedi cū cōsilio vanitatis]i. tractū iniquoꝝ vitaui ⁊ eis nō consensi qui de terrenis semp cogitāt ⁊ loquunt puidētes beati fieri in tēporalibus ⁊ trāsitoriis que vana sunt ⁊ instabi- lia ⁊ causa oīs iniq̄tatis.[⁊ cū iniqua gerētibus non introibo] iniquis opibus cū ipsis me ingerēdo. Peruersi enī aut vane loquacitati vacāt: aut inique opationi desudant. Quo contra sancti viri vt ⁊ verbo ⁊ facto habeantur innoxii: ⁊ a vanitate restringunt linguam: ⁊ ab iniquo opere conseruant vitam. Et quia non satis est vitasse addit. Immo

Peruersi vane loqci tati vacant.

5 † **Odiui ecclesiam malignantium: ⁊ cum impiis**
non sedebo.

† odio habui cōgregatio nē mali gnorū.

¶ Odiui ecclesiā]i. cōgregationē ⁊ conuētuꝫ[malignātium] idest malitiā suā studio se exaggerantiū: quib⁹. s. nō sufficit q ipsi mali sint nisi etiā alios trahant: odiui qdē in eis nō natu- rā sed culpā.[⁊ cū impiis]ocū non colētibus. Pietas. n. pro- prie ptinet ad cultū dei[nō sedebo]i. placitū nō habebo: cor de eis ɔsentiendo vt placeat mihi qd eis. Ab his. n. oib⁹ q̄uis nō corpore: tñ vita ⁊ morib⁹ separat ecclia. Sed q ab iniqs se separat: cum quibus adiungitur audiamus. Sed

Pietas ad cultuꝫ dei pertinet.

6 **Lauabo inter innocentes manus meas: ⁊ circū-** Ps. 72.
dabo altare tuum domine.

¶ Lauabo]i. mūdabo[inter innocētes]qui nec sibi nec alte- ri nocēt.[manus meas]i. opa: quasi diceret: non ɔsentiā impiis sꝫ potius cū innocētibus ⁊ inter eos mēte semp ⁊ corpore se- pe habitās ⁊ cōuersans penitēdo mūda faciā opa mea. Ma- nus enī opa significāt.[⁊ circūdabo]i. v̄tutib⁹ ⁊ bonis opib⁹ ornabo[altare tuū dñe]i. mentē meā vel fidē vbi deo vota

Manus opa signi ficant.

offerunt: vbi pces fundunt: qꝛ nō est locus veri sacrificii ext̄ fidē catholicā q̄ est in corde: ideo aūt iter inocētes ɔuersabor

7 † **Ut audiam vocem laudis: ⁊ enarrem vniuersa**
mirabilia tua.

† tue.

¶ Ut audiā vocē laudis]i. discā ⁊ intelligam ab eis ⁊ intus a magistra veritate qua voce sis laudādus. s. quō te laudē non me: vt scꝫ bonū tibi nō mihi tribuā: ⁊ ex ipso bono nō de me sed de te qui dedisti presumā. Ille ergo intelligit qualiter est laudādus deus: qui qcqd boni agit a deo eē reputat: quicqd xo mali facit a se esse nō dubitat.[et]cū didicero[enarrē]i. exponā ceteris[vniuersa]idest precipua ⁊ perfecta[mirabi- lia tua]corporalia ⁊ spūalia visibilia ⁊ inuisibilia hoibus exhi- ta: docens ⁊ eos te laudare: quia o

8 **Domine dilexi decorem domus tue: ⁊ locum ha-**
bitationis glorie tue.

¶ Dñe dilexi decorē domus tue]i. bonos actus qbus deco- rat domus tua scꝫ ecclia: vel virtutes animā ornātes[⁊ locū habitationis glie tue]scꝫ illos in qbus habitās glorificeris. i. locū in quo gliose habites vt nō sibi: sed tibi glie dei: qꝛ non suā sed tuam gloriā querunt: vel animam virtutibus ornatā. Unde Gregorius. Domus quippe dei non solum sancti ange- li: sed etiam nos sumus quoꝝ mentes inhabitare dignat. Et qꝛ electus quisqꝫ quantuacūqꝫ proficiat adhuc reprobari for- midat misericordem deum humiliter exorat. d.

Grego.

9 **Ne perdas cum impiis animaꝫ meam: ⁊ cum vi-**
ris sanguinum vitam meam.

¶ Ne pdas]i. ne perdi pmittas in futuro[cū impiis]o[de⁹] idest cū male se habētibus erga deū ⁊ cū odiētibus[animas meā]que dilexit decorē domus tue[⁊ cū viris sanguinū vitā meā]in presenti. i. cū hoibus male se hñtibus erga pximum: ⁊ cū odiētibus. De qbus dicit. Qui odit fratrē suū homicida est. Et ita impii ⁊ viri sanguinū illi accipiunt qui contra duo mandata charitatis agunt: ⁊ sic donum dei que duobus pre- ceptis dilectionis scilicet dei ⁊ proximi decoratur quantū in se est dehonestant ⁊ maculant.

j. Joā. 3.

10 **In quoruꝫ manibus iniquitates sunt: dextera co-**
rum repleta est muneribus.

¶ In quoꝝ manibus]i. operib⁹[iniq̄tates sunt]qꝛ eoꝝ ope- ra sunt iniqua ⁊ semp parati sunt inique agere[dextera eorū repleta est muneribus]qꝛ si qd boni agūt pro muneribus fa- ciunt/pecunie: vel laudis humane: vel timoris quo timent di- uitē vel potentē offendere. Hi sunt q sapientiā suā vendunt: pro iustitia pciū accipiūt: ipsis etiā spiritalibus studiis quan- doqꝫ desudant vt terrenū aliqd conquirant: in acquirēdis lu- cris insistunt ardēti studio: circūquaqꝫ exquirūt vt dextera eoꝝ repleat muneribus. Ita illi muneribus sunt ditati.

11 **Ego autem in innocentia mea † ingressus suꝫ: re-**
dime me ⁊ miserere mei.

† ambulaui.

¶ Ego aūt]sine flagitio ⁊ facinore[in innocentia mea ingres- sus sum]inter peccatores. i. diuitiis innocētie ⁊ spūalibus the- sauris ditatus sum: ⁊ ideo[redime me]i. tanq̄ redēptū libe- ra me a malis[⁊ miserere mei]i. non deserat me misericor- dia tua in huius vite periculis quā vix aliqs trāsit sine culpa: sed in omnibus me comitetur faciēdo mecū: non ꝯm merita mea: sed ꝯm misericordiam tuam. Et debes quia

12 **Pes meus stetit in † directo: in ecclesiis benedi-**
cam te domine.

† rectitudine.

¶ Pes meus]spūalis scꝫ affectus qui facile labi solet: ⁊ etiam corpalis[stetit in directo]i. nō recessit a iustitia tua ⁊ pmāsit ɔ oīa scādala imobilis: qꝛ tā affectiōe ⁊ dilectione q̄ gressu ⁊ ope nō recessi a rectitudie: ⁊ si scādalis ɔcussus essē vndiqꝫ. In hoc ergo ostēdit se diligere deū: deinde subiicit ꝗ de dile-

ctione psalmi dicēs[in ecclesijs]z sanctis pgregationib⁹ z in omni cōuētu fideliū[benedicā te dñe]de tuis beneficijs mihi a te collatis nō solū lingua z vocib⁹: sed etiā vita z morib⁹ z laudando vt alij mea doctrina z exēplo similiter informentur ad bñdicendum. Hoc est enim in ecclesijs bñdicere deū: sic viuere vt per mores cuiusqz bñdicat dñs. Qui enī bñdicit dño lingua: z nō factis nō vere bñdicit. Oro.

Largire domine misericordiam tuam famulis supplicibus: z fac nos in tua veritate deuotos: vt factis per innocentiam restitutis liberari mereamur ab impijs. Per dominum.

¶ Psalmus de fortitudine z cōstantia in aduersis: z tētationibus vite presentis: ac de profectu z pseuerātia in virtutib⁹ z bonis. Psal. XXVI.

1 Dominus illuminatio mea z salus mea: quem timebo.

Auctor psalmi pphēta Dauid. ¶ Titulus talis est. In finez psal. Dauid priusq̄ liniret̄ scdo. Hoc est psal. iste dirigēs nos in finē futūre cōsumatiōis attribuit Dauid. i. cuilibet fideli manu forti. psalmus inq̄ agēs de hoc qd est illi fideli priusq̄ liniret̄ scdo. i. ante pfectā vnctionē. Sicut enī dauid post pmā in domo pr̄is vnctionē in signū regni factā hostes habuit antequā in hebron in regē vngeret̄ secūdo: nec pfirmat⁹ est in regno donec Saule deuicto: sic fidelis q̄qz post pmā vnctionē baptismi quādo accipit pignus sp̄us habz hostes antequā scdo vngat̄: scz post hāc vitā qn̄ imortalitatē z ipassibilitatē cōsequit̄: z nunq̄ confirmabit̄ in regno donec diabolo penitus fugato. Fidelis ḡ pma vnctione vnct⁹ tanq̄ chri tyro hic logē opeās vt scdaz vnctionē ꝯsequat̄. Et ḡ supra ostēdit se exaudiri z pfectionē ꝯsecutū: totaliqz ne a pposito suo dimoueret̄ hic seipm̄ z suo exēplo vnūquēqz qui pignus sp̄us accepit cōfortat: vt si hr̄is esse desiderat in tētationibus vite p̄sentis viriliter agat: ac pōdus diei z estus lōganimiter sustineat. ¶ Materia. in aduersis z tētationibus vite p̄ntis fortitudo z cōstātia: ac in virtutibus z bonis profectus z perseuerantia. ¶ Intētio. suo exēplo vnūquēqz exhortari ad ista: z a deo ipetrare z obtinere oratione deuota. ¶ Snia in gnāli. Propheta in isto psalmo in persona ecclesie vel cuiuslibet viri fidelis z iusti cōfitet̄ se deū metuere z nullū aliū formidare: ac cōstantiam contra insultus aduersarioꝝ se habere. Itē pfitet̄ se habere desideriū z conatū pficiēdi z perseuerandi in bonis vt pertingat ad pmiū regni celestis. ¶ Snia in spāli. fidelis ergo prima vnctione inunctus tanq̄ tyro chri ait. [Dñs]habitans in me qui illuminat oēm hoiem venientē in hūc mundū [est[illuminatio mea]ptra ignorantiā. Illuminat enī me cōferēdo mihi lumē naturale ad cognitionē agēdoꝝ: superaddens lumen grē ad cognitionē sperandoꝝ: [z salus mea]ptra infirmitatē vt iā possiz resistere peccatis: qa eius est saluare in oībus tētationibus z tribulationibus: z in futuro ipse est vera nostra salus z beatitudo pphētis[quē]ergo aliū[timebo]sub tanto dño: quasi diceret nullū: qz nullus potest contra eum. Quem enim anima timeat in qua deus habitat?

2 Dominus protector vite mee: a quo trepidabo?

¶ Dñs]est[ptector vite mee]scilz gratie que dicit̄ vita fidelium: sicut vita nāe dicit̄ hūano: z culpe demonū: z glīe angeloꝝ: qa vitā virtutū quā mihi dedit etiā ptegit dū oēs impetus z insidias repellit: sine cuius ptectione oīa bona eius perdant̄ [a quo]igit̄ alio[trepidabo]quasi diceret a nullo: ad potētissimuz eniz omnium pertineo. Si ergo deus illuminat hominem vt recta videat: si sanat vt recte que viderit opere compleat. Deinde si protegit ne tentatus cadat: quid restat quod formidare debeat? Unde z subditur.

3 Dum † appropiant super me nocentes: vt edant carnes meas.

† appropinquāt.

¶ Dūz appropiāt super me]i. appropinquāt z accedūt ptra me[nocētes]voto suo z si nō effectu. i. dū me inuadūt z obsident inimici volētes nocere mihi[vt edāt carnes meas]vel me in carne affligēdo z occidēdo: vel in carnalib⁹ desiderijs nimis delectādo z se pascēdo: vel bona mea deuorādo. Crudelitas inimicoꝝ hic notat̄ qui carnes lacerāt: aīas ledere nō valētes: z ideo nō sunt timēdi: qa colpiso infirmant̄ z cadunt quo ad interiora animi irrumpere nō possunt. vnde subdit̄.

4 Qui tribulant me inimici mei: ipsi infirmati sunt z ceciderunt.

¶ Qui tribulāt me]persequēdo vel tētādo[inimici mei]corporales vel spūales[ipsi infirmati sunt]a proprijs viribus z debilitati in semetipsis z inefficaces erūt in hoc qd intendūt [et]victi[ceciderūt]a potētia z potestate nocēdi ne tātū nocere possint quantū velint: potestate diuina me ptegēte z eos deijciente. Nihil ergo nisi dñm timeamus: z quicquid aliud fremat vel superbiat cōtra nos non curemus. Si enim deus pro nobis quis contra nos? Ideoqz accepta tanta fiducia

Roma. 8. f.

5 Si consistant aduersum me castra: non timebit cor meum.

¶ Si]deinceps[ꝯsistāt]i. circūueniāt[aduersuz me castra]i. ꝯspirātiū ꝯdicētiū z aduersantiū multitudo z fortitudo[nō timebit cor meū]in deo ptectore cōfirmatū: lz corpus occidāt q. d. Si impioꝝ exercitus: si vitioꝝ impetus: si demonioꝝ tetra collectio viribus omnibus atqz acie ordinata ꝯsurgat: nihil cor dubitat qd oipotēs de⁹ illuminādo / sanādo / ptegēdo confirmat. Dñs enim bellator fortis ipse pro me pugnabit.

6 Si † exurgat aduersuz me pliū: in hoc ego spabo.

† Insurgat in me bellum.

¶ Si etiā[exurgat]subito vel in imēsum crescat[aduersum me preliū]scz insultus z cōflictus vel persecutio inimicorum pdictoꝝ vt me debellare velint z ꝯterere: nō solū nō timebo sed etiā[in hoc]prelio[ego]cui deus ptector est[sperabo]i. ex hac occasione certiorē z firmiorē cōfidentiā capiā de diui auxilij exprimēto. Uel[in hoc]i. in dño[ego sperabo]i. spez victorie z remunerationis eterne habebo i dño. Et merito qa

7 Unam petij a dño hanc requiram: vt inhabitem in domo domini † omnibus diebus vite mee.

† omnes dies.

¶ Unā]i. rē. i. vnū scz ipsuz deū vbi more hebraico vtit̄ adiectiuo feminino pro substātiuo neutro.[petij a dño]pre ceteris. Mali qdē multiplicia querūt ego tñ vnā r[hāc requiram]supplicādo instāter z perseuerāter pro obtētu ipsius. s. [vt]qui nūc ad tempus habito in tabernaculo tandez[inhabitē]i. perseuerāter habitē[in domo dñi]nō manufacta sed eterna in celis[omnibus diebus vite mee]i. eternaliter vbi nō sunt dies mortis. O vita dulcis quādo me de te satiabis.

8 Et † videā volūtatē dñi: z visitē templum eius.

† cōtempler delectationē dñi z ptegar a téplo eius. Math. 6. b.

¶ Ut]ibi[videā volūtatē dñi]sicut est qui maxime apparet in facie. i. vt contēpler speciē eius desiderabilē z videā cū facie ad faciē vbi volūtas dei z qd velit plene cognoscet̄. Hic enim volūtas aliqua hoīs a voluntate dei dissentit: sed ibi in nullo dissentiet. Unde dicitur. Fiat volūtas tua sicut in celo z in terra[z visitē]i. cū desiderio z frequētia videā: z interiori mēte frequētē[templū eius]i. ecclesiā electoꝝ z celestis curie cōuentū. fidēter aūt peto z spero illud peruenire.

9 Qm̄ abscōdit me in tabernaculo suo in die malorū †: ptexit me in abscondito tabernaculi sui.

† meoꝝ.

¶ Qm̄ abscōdit me]militātē sibi ne me tētationum procelle obruerēt[in tabernaculo suo]i. in p̄nti ecclia in q̄ militamus [in die maloꝝ]i. s. boꝝum. i. in die z vita p̄nti vbi mali florēt

vel in tpe tẽtationũ quibus mortalis vita subiacet[protexit me] ad salutẽ ne lederer in anima:sz corpus affligeret[in abscõdito tabernaculi sui] i. in christo per fidem quo est sanctus sanctorum: et absconditum ecclesie spũalis: sicut scã sanctorum sunt absconditum ecclesie materialis in quo vita nostra abscondita est: quem mox vocat petram.

(recte) 10 In petra exaltauit me: et nunc † exaltauit caput meum super inimicos meos.

¶ In petra] i. in christo non tm̃ protexit sed et exaltauit] a terrenis cupiditatibus sublimãdo: et de virtute in virtutẽ pgredi faciẽdo[me] fundatũ supra petrã. Prius ergo in christo protexit eũ a malis: deinde exaltauit in bonis[et nũc] dũ dies malorũ est[exaltauit caput meũ] i. mentẽ meam[sup inimicos meos] i. sup viciosos appetitus q me sepe humiliabãt ne celestia cõtemplarer vt nullis iam vitijs vel aduersitatib' succũbam sed superẽ nõ deficiendo. Et qa sic exaltauit ideo

11 Circuiui et immolaui in tabernaculo eius hostiã † vociferationis: cantabo et † psalmuz dicã dño.

(† iubilationis. † psallã.)

¶ Circuiui] i. oia beneficia recogitaui et mecuz ptractaui[et] nõ ingratus[imolaui] offerẽdo pro gratiarum actionẽ[in tabernaculo eius] i. in ecclia toto orbe diffusa[hostiã vociferationis] vel iubilationis. i. laudis ineffabilis cum magna deuotione et ptritione cordis: et de reliquo[cantabo] i. iocunditate cõtẽplationis[et psalmũ dicã] i. operabor[dño] i. ad honorem dni. Cantus eni ptinet ad iocũditatẽ laudis: psalmus ad exercitiũ bone operationis. q. d. voce: corde et ope laudes deo annũciabo. sic enim laus nostra accepta est deo nostro. Ideo.

(Cãtus ad iocũditatẽ ptinet laudis.)

12 Exaudi domine vocem meaz qua clamaui ad te: miserere mei et exaudi me.

¶ Exaudi dñe vocẽ meã] i. orõnẽ tã mẽtalem q̃ vocalẽ[qua clamaui] forti intentione[ad te] promerendũ et pro illa vna[miserere mei] i. misericorditer mecũ age[et exaudi me] preces meas pcedẽdo. q. d. ex mĩa tua exaudi me: vt merear in illa vna esse. Preces inculcat qr q̃diu in dieb' malorũ sum' orõ nrã cessare nõ debet: trãsiet orõ: succedet laudatio: trãsiet fletus: succedet gaudiũ. Et merito me exaudies qa.

(Miserere id est misericorditer agere.)

13 Tibi dixit cor meum: † exquisiuit te facies mea: † faciez tuam domine requiram.

(† quesiuit vultum tuum. † vultuz tuum.)

¶ Tibi] qui solus occulta intelligis[dixit cor meũ] i. desiderium cordis mei: hoc est orõ mea non in solis labijs est: sz in corde plantat[exquisiuit te] nõ aliud extra te[facies mea] i. interior mea: mens mea: in qua me cognoscis: et que vultum quãdoqz designat[faciẽ tuã] i. psentiã[dñe] pseuerãter[requirã] non mundi gloriam: nõ diuitias: non delitias: facies tua visio tua que est vna mihi est in desiderio: quia inter omnia nihil ita pciosum inuenio. Tu aũt inueniã qd querãm dñe.

(Orõ nõ solũ in labijs est sed et in corde.)

14 Ne auertas † faciem tuaz a me: ne declines in ira a seruo tuo.

(† vultuz tuum.)

¶ Ne auertas] et abscõdas nũc[faciẽ tuã] i. grãm tuã[a me] quasi nolẽs mihi fauorẽ et grãz impẽdere sed ppiciata facie me respice: et si a pctis meis faciẽ vindicte auertas vt ea non punias[ne declines in ira a seruo tuo] i. tanq̃ ex despectu recedẽdo ab eo: et loquit de se tanq̃ de alio. Rogat vt eũ hic corripiat nõ vt ab illo cũ ira sine correctione et venia discedat: et vt illa gerat a qb' nõ declinet sz vultu ppicio respiciat. Sed

15 Adiutor meus esto ne derelinquas me: neqz despicias me deus salutaris meus.

¶ Adiutor] et cooperator[meus esto] vt pficiã et perseuerare valeã in bono: qa ego mihi nõ sufficio: et ideo precor[ne derelinquas me] ne cadã et incidã in peccatũ qa sine te deficio. q. d. inceptũ ne intermittas: in viã me posuisti sed aberrabo si me relinquis[neqz despicias me] a te abijciẽdo ne peream: qr tu[deus] meus es qui me creasti: et[salutaris meus] qui me redemisti. q. d. frustra creasti et recreasti si me despicis: et hoc necessarium est mihi non habenti adiutorium extra te.

16 Quoniam pater meus et mater mea dereliquerunt me: dominus autem assumpsit me.

¶ Qm̃ pater meus] i. mũdus vel diabolus[et mater mea] i. societas malorũ vel carnalis cõcupiscẽtia que me genuerunt et quorũ erã imitator[dereliquerũt me] querẽtẽ te et cõtẽnentem se. q. d. ista derelĩq separatus sum ab eis cũ id qd quero dare non possent.[dñs aũt] qui potest mihi dare et modo necessaria[assumpsit me] vt pater quia condidit: quia vocat: quia iubet: quia regit: et vt mater: quia lactat: quia nutrit: quia fouet: qr continet. Et quia tendo ad te ideo

17 Legem † pone mihi domine in via tua: et dirige me in semita recta propter inimicos meos.

(† cõstitue)

¶ Legẽ] et regulã viuẽdi[pone] et da[mihi] tẽdẽti ad te o[domine in via tua] scz mãdatorũ tuorũ que me dirigat et non sinat aberrare a mãdatis tuis: et vlterius[dirige me in semita recta] scz psiliorũ et in rectitudine angustiarũ vt recte incedam et nõ declinẽ ad dexterã vel ad sinistrã: et hoc rogo[pp̃ter inimicos meos] visibiles et inuisibiles cauẽdos qui insidiari nõ cessant vt me ad iniquitatem siue errorem trahant. Et

18 Ne tradideris me in animas tribulãtiũ me: quoniam insurrexerunt † in me testes iniqui: et mentita est iniquitas sibi.

(† mihi.)

¶ Ne tradideris me] i. aiam meam: vt si corpus occidũt vel aiaz nõ occidãt[in animã] i. in volũtatem. nõ dico in manus[tribulantiũ me] et mihi aduersantiũ. i. ne sinas aios eorũ satiari de malis meis vt psentiã eis[qm̃ insurrexerũt in me] i. cõtra me[testes iniq] scz detractores et adulatores mihi et de me falsa dicẽtes vt moueãt et reuocẽt me a te[et mẽtita est iniquitas] emphatice. i. iniquus testis[sibi] i. ad dãnũ suum nõ meum: quia mendacium malorum sibi vertit in penaz: sanctis xpo in gloriã. Omne enim peccatum in suum redit auctorem: sed inter omnia pericula deo dirigente. ego

(Peccatũ in suum redit auctorem.)

19 Credo videre bona domini: in terra viuentium.

¶ Credo] i. indubitãter pfido[videre] i. per experiẽtiã[bona dñi] que sunt vera et eterna nõ transitoria[in terra viuentiũ] vbi nullus morit: nullus locus falsitatis est: scz i vita beata que est eterna: qr pignus nrm̃ ibi habem': qd est christus. Terra dicta est per similitudinẽ pp̃ter sui soliditatẽ: stabilitatẽ et pmanẽtiã: vbi nullus perit sed semp permanet et beate viuit. Et in hac spe cõfortans seipsum loquit ad se tanq̃ ad aliũ. q. d. Certus suz de illa vita et si tardũ est hoc amanti.

(Terra que & vita est vita eterna)

20 † Expecta dominum / viriliter age: et confortetur cor tuum: et sustine dominum.

(† sustine.)

¶ Expecta dñz] secure q nõ fallit bona ab eo sperãdo et psto lãdo: et vt psequaris nõ remisse sed[viriliter] et fortiter[age] et opare de bono in melius pficiẽdo[et] ne lasseris[confortetur cor tuũ] nõ desperatione deficiẽdo: et corde cõfirmatus si mala eueniãt[sustine dñm] tribulationes patiẽter et perseuerãter pro eo vsqz in finẽ sufferẽdo vt bñ viuẽdo sis iustus et patiẽdo pfectus. Ubi nota q quattuor sunt que nostrã spem euacuãt: scz diuturnitas tẽporis: cõtra qd dicit: expecta dñm: idest illud qd credis et speras de dño. Difficultas bone actionis: cõtra qd dicit. viriliter age. Pusillanimitas mẽtis cõtra quod dicitur: confortetur cor tuũ. Acerbitas tribulationis cõtra quod dicitur: et sustine dominum: idest illud quod pateris pro domino et a domino.

(Spes vite eterne euacuat quattuor.)

Oratio.

Defensa nos a castris et pactis inimici adiutor olim deus: vt in domus tue pp̃etuitate durantes mereamur vultũ tuũ spũali pt̃ẽplatione suspicere. Per.

¶ Petitio christi vel ecclesie pro liberatione ab iniquorum tribulatione: et gratiarum actio deuota pro sua exauditione. Psal. XXVII.

Ad te domine † clamabo: deus meus ne sileas a me: nequando taceas a me: et † assimilabor descendentibus in lacum.

† clamaui. † taceas † ero si milis.

Auctor psalmi Dauid propheta. ¶ Titulus hic est psalmus ipse Dauid. Attribui enim dauid significato .i. christo in conflictu passionis posito: vel iusto in afflictione constituto suadens id quod supra .s. vt quisque fidelis sui exemplo aduersa toleret et non in se sed in deo confidat: si cum eo regnare voluerit. ¶ Materia. petitio liberationis christi vel iusti ab iniquorum liberationibus. ¶ Intentio. monere fideles aduersa patienter tolerare: et cor suum in domino ponere si volunt cum christo regnare. ¶ Sententia in generali. Propheta in isto psalmo in persona christi vel cuiuslibet iusti positi in afflictione mentis vel corporis petit deuote diuinitus liberari: et sentiens se a domino exauditum studet et deuote regratiari. ¶ Sententia in speciali. Christus itaque secundum quod homo proponens se exemplum iustis humiliter ad preces ait. [Ad te] [o domine clamabo] .i. ex toto et magno desiderio et affectu in afflictione mea orabo. et tu [deus meus ne sileas a me] christo in resurrectione: sed responde mihi annuendo et resuscitando. et [nequando] .i. nec ad horam [taceas a me] [in passione] sed clarifica protegendo [et] [si silueris] [assimilabor] .i. similis ero aliis hominibus [descendentibus in lacum] .i. in miseriam huius vite vel in infernum. Vel [ne sileas a me] christiano quantum ad exteriorem eruditionem [nequando taceas a me] quantum ad interiorem inspirationem [et] [si silueris vel tacueris remotus a me: tunc [assimilabor descendentibus in lacum] gehenne et profunde miserie: idest perihoc: quia dei silere et tacere nostrum perire est. Sed

2 Exaudi domine vocem † deprecationis mee dum oro ad te: dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum.

† orationis

¶ Exaudi domine vocem deprecationis mee [cordis deuote precantis.] [dum] .i. quia [oro ad te] .i. ne differas me exaudire. vel [dum] .i. quia ego christus [extollo manus meas] in cruce [ad] construendum [templum sanctum tuum] .i. ecclesiam: quasi diceret: hoc facio ad edificandum ecclesiam vt sit templum sanctum tuum: et ad salutem illorum qui fiunt templum tuum. Vel [dum] ego christianus [extollo manus meas ad templum sanctum tuum] .s. ad celum: sicut est consuetudo fidelium eleuatis ad celum manibus deprecari dominum. Inde .n. speramus auxilium vbi notat ad eterna debere opera nostra deferre non ad terrena deprimere. Et

† fidelis est tuendo.

3 Ne simul tradas † me cum peccatoribus: et cum operantibus iniquitatem: ne † perdas me.

† Alia littera non des me. † cooperdas.

¶ Ne tradas me [in mortem simul] [cum peccatoribus] .i. ea intentione et eo voto quibus illi [et cum operantibus iniquitatem] scilicet mortem meam [ne perdas me] damnando velut reum supplicii: idest ne hoc modo moriar quo moriuntur operarii iniquitatis. Ora et tu fidelis ne simul tradaris cum peccatoribus: ne eorum cum quibus habitas prauis moribus corrumparis: et cum operantibus iniquitatem ne perdaris: ne videlicet cum iniquis pereas quorum persecutionem temporaliter toleras. Et non solum sunt iniqui actu sed etiam lingua. vnde subditur.

4 † Qui loquuntur pacem cum proximo suo: mala autem † in cordibus † eorum.

† Cum his † loquuntur † suis.

¶ Qui loquuntur pacem cum proximo suo [per carnem et per ipsam misericordiam scilicet mecum dicentes. Scimus quia a deo venisti magister. [mala autem] scilicet odii proditionis et homicidii sunt in cordibus eorum [cogitabant enim vt iesum dolo tenerent et occiderent: et quasi dicerent: bona et pacem simulant labiis sed mala et fraudes habent in cordibus. Quam multi tales inueniuntur in ecclesia dei qui persequuntur corpus christi. hi sunt qui veniunt in vestimentis ouium: intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Et quia ipsi tales sunt.

5 Da illis secundum opera † eorum: et secundum nequitiam adinuentionum ipsorum.

† ipsorum † malignitates affectionum.

¶ Da illis [scilicet malis mercedem condignam [secundum opera eorum] .i. secundum meritum operum suorum [et secundum nequitiam adinuentionum ipsorum] .i. secundum quod intenderint non secundum quod inde prouenit. Ac si diceret non secundum vtilitatem que ex eorum operibus processit recipiant: sed secundum nequitiam quam se ad vtilitatem suam studio se inuenisse putabant. Non optat que dicit sed quid eis immineat predicit: vel optat iustitiam dei in hoc seruari: quia hoc iustum est vt secundum modum culpe sit retributio pene. Sequitur ergo

6 Secundum opera manuum † eorum tribue illis: redde retributionem eorum ipsis.

† illorum da eis.

¶ Secundum opera manuum eorum .i. secundum voluntatem et meritum operum ipsorum [tribue illis] licet quod fecerat profuit ad salutem aliis: per opera manuum vult designari excellentem iniquitatem quam fecerant in morte domini [redde retributionem eorum ipsis] .i. quia mala pro bonis retribuebant mihi redde eis: vt sicut fallaciam pro veritate mihi reddebant: ita fallacia eorum ipsos fallat. Bene dicit retributionem: quia cum christus eis bona fecisset ipsi sibi mala retribuebant. Ideo autem sic retribue eis.

7 Quoniam non intellexerunt opera domini: et in opera manuum eius destrues illos et non edificabis eos.

¶ Quoniam non intellexerunt .i. intelligere noluerunt [opera domini] scilicet magis occulta que operatus est per filium sicut est quod eum incarnari fecit de virgine. quod eum misit pro nostra redemptione [et in opera manuum eius] scilicet manifesta miracula que per filium pater faciebat: mali etiam christiani opera intelligere nolunt per christum facta: quia salutem sibi oblatam respuunt et contemnunt. Ideo [destrues illos] .i. depones a potentia vt nihil mihi noceant amplius. Deinde de sua exauditione gratias agit. d.

8 Benedictus dominus: quoniam exaudiuit vocem deprecationis mee.

¶ Benedictus [sit] [dominus] et gratias illi et causam gratiarum subdit dicens [quoniam exaudiuit vocem deprecationis mee] annuendo mihi quod deprecatus sum tam pro mea glorificatione quam eorum depositione. Quotiens exaudimur a domino debemus illum benedicere. non enim habet homo quid retribuat domino pro tantis beneficiis nisi benedictionem et laudem. nemo autem in donis dei sit beatus si donanti existit ingratus. Quomodo autem exauditus sit ostendit per hoc quod subdit

Nota.

9 Dominus adiutor meus et protector meus: et in ipso sperauit cor meum et adiutus sum.

¶ Dominus [est] [adiutor meus] in resurrectione et ad bene operandum [et protector meus] in passione: et ne ledar a telis persequentium [et in ipso sperauit cor meum] .i. mens et ratio mea [et] [ideo adiutus sum] eo quod vere et sine hesitatione speraui. Ad hoc omnipotens deus nos adiuuat in bono et protegit a malo vt spem nostram constituamus in ipso. Quanto autem fidentius in ipso speramus: tanto ab ipso adiuuamur vberius. vnde fit vt per dei adiutorium spes in nobis generetur: et deinde per spei meritum adiutorium augeatur. Et ostendit in quo adiutus sit. d.

10 Et refloruit caro mea: et ex voluntate mea confitebor † ei.

† illi.

¶ Et refloruit caro mea [in resurrectione que defloruit in passione. Caro christi prius floruit in conceptione immunitate peccati: quia immunis ab omni peccato fuit. deinde defloruit in passione quando morti succubuit. postea refloruit in resurrectione quando immortalitatem suscepit [et] ideo iam metu mortis consumpto [ex voluntate mea] libera non timoris necessitate [confitebor ei] et confitebuntur mei in quibus ego sum: confessione laudis. Sic dicat peccator confitebor peccata ex voluntate: non expectabo infirmitatem que compellat confiteri, vel finem vite: et merito confitebuntur ei quia

11 Dominus fortitudo plebis sue: et protector † saluationum christi sui est.

† salutarium.

¶ Dñs [est] fortitudo [in pugna cõtra diabolũ] plebis sue [si] bi deuote que in eo cõfidit: qr nõ sua sed diuina virtute saluanť quos dñs de diaboli iugo eripit ⁊ suos facit [et] ipse ꝓtector saluationũ chri sui est [.i. saluatoꝝ a chro: qr illos qui per christum saluati sunt ꝓtegit hic in lucta nõ permittẽdo eos tẽtari supra vires ne ludantur a diabolo: ⁊ post pugnã imortalitate proteget in futuro. Et quia dominus est fortitudo plebis sue, ergo faciendo quod tuum est.

† heredi
tatẽ tuã.
† seculũ.

9 Saluum fac populũ tuũ dñe: ⁊ benedic † heredi tati tue: ⁊ rege eos ⁊ extolle illos vsqz in † eternũ.

¶ Saluũ fac populũ tuũ [scz populũ christianũ o dñe a ma lis seculi vt perseueret in accepta gratia. [⁊ benedic] ipso fa cto [hereditati tue] dando incrementũ virtutũ ⁊ augendo in merito ⁊ numero [⁊ rege eos] ſm mores ⁊ virtutes ne exor bitent ⁊ declinẽt ad praua [⁊ extolle illos] a terrenis ad appe tenda celestia ⁊ de virtute in virtutẽ [vsqz in eternum] idest donec perueniant vsqz ad eternitatem. Oratio.

Fortitudo omniũ fortissime deus, salua populum a descendẽtibus in lacũ: ⁊ ita nos in tẽplo sancto tuo vnanimiter necte vt pacem quam ꝓximis ore pro ferimus corde teneamus. Per dñm nostrum.

¶ Hortatio populi fidelis ⁊ ministroꝝ ecclie vt de beneficijs a deo sibi collatis studeant grati esse. Psal. XXVIII.

1 Afferte domino filij dei: afferte domi no filios arietum.

Auctor psalmi ꝓpheta Dauid. ¶ Titulus talis est. Psalmus Dauid ꝓphete qui hic loquiť: habitus in cõsumatione tabernaculi .i. in consi deratione cõsumationis ecclesie. agit enĩ de ꝑfectione ecclie de cuius supra adhuc agebať edificatione que recte hic taber naculũ diciť: qr in ea cõtra diabolum tẽporalr militať sed in futuro erit domus in qua habitať. Dauid nãqz fecit taberna culũ de tẽtorijs in quo arcã dei reposuit: quo cõsumato mul tos ad imolandũ ibi hostias inuitauit: in quo cõsumationem ecclie futurã ꝓphetauit: cui chrs dona gratie cõtulit: qr septẽ donis spũssci eã replet ⁊ post remunerabit. ¶ Materia. mul ta bñficia in ecclia fidelibus a deo collata. ¶ Intẽtio. hortari fideles qui filij dei facti sunt per adoptionẽ vt grati bñficijs pure ⁊ deuote seipsos ⁊ sacrificia sua in ecclesia offerant deo cõsumatori. ¶ Sñia in gñali. Propheta in isto psalmo in ꝑso na sua vel fidelis anime credẽtes gñaliter oẽs ⁊ spãliter ecclie ministros ammonet ⁊ inducit vt dño sacrificia deuota mẽte ꝑsoluãt i ecclia: ⁊ h̃ pp multa bñficia fidelib' collata. ¶ Sñia in spãli. Monẽs ĝ ꝓpħa fideles afferre spũales hostias deo ait. [Afferte dño] non appareatis in ꝯspectu dei vacui o [filij dei] .i. vos fideles populi ⁊ ecclesie ministri: filij dei per gra tiam adoptionis effecti. Et subdit qd debeãt afferre. d. [affer te dño filios arietũ] .i. vos ipsos mũdos ⁊ puros tanq̃ agnos quos p euãgeliũ genuerũt apli duces gregis dominici. Deo nos offerimus si deuote cor nostrum deo prebemus: sed ne cesse est vt oblatio cordis etiaz in completione se demõstret actionis. vnde ⁊ subdit quales se debeant afferre. dicens

Offerte
nos deo
qsio pos
sumus.

ps. 95.
† aula
sancta.

2 Afferte dño gloriã ⁊ honorẽ: afferte dño gl'iam nomini eius: adorate dñm in † atrio sancto eius.

¶ Afferte dño gloriã ⁊ honorẽ] .i. tales vos exhibite vt p ope ra verba ⁊ exẽpla vestra bona glorificeť ⁊ honoreť de' vbiqz apud ceteros. [afferte dño gloriã nomini ei'] .i. ascribite glo riam nomini eius nõ vestro: querẽtes gloriã suã non vestrã. [adorate dñm in atrio sancto eius] .i. in dilatato ⁊ sanctifica to corde: qr ex charitate est oĩs sanctitas. Jure qppe gloria ⁊ honor a nobis sibi exhibeť pro tot ⁊ tãtis bñficijs que in edi ficationẽ ecclesie subscribunť. primũ est collatio baptismi in quo fideles fiunt membra chri: qḋ notatur cum diciť.

3 Uox dñi sup aquas: deus maiestatis intonuit do minus super aquas multas.

¶ Uox dñi [scz dei pris facta est] super aquas [iordanis in ba ptismo chri qr [deus maiestatis] ⁊ excelse virtutis tunc [into nuit] dicẽs. hic est filius meus dilectus [dñs sup aquas mul tas] qa omnib' aqs tũc data est virtus regeneratiua in inuo catione scẽ trinitatis. Jn noie enĩz patris ⁊ filij ⁊ spũssci ba ptiçanť credẽtes: ⁊ ipse est qui vbiqz baptiçat: qr vnus dñs: vna fides: vnũ baptisma. Deinde ponitur scḋm beneficiũ qḋ est catholice fidei diuulgatio per christi ⁊ discipulorum pre dicationem: quod notatur cum dicitur.

4 Uox dñi in virtute: vox dñi in magnificentia.

¶ Uox dñi] .i. ꝑdicatio chri ⁊ discipuloꝝ facta est [in virtute] magna: qr multi fuerũt cõuersi ad fidẽ per eoꝝ efficacẽ pre dicationẽ. [vox dñi] facta est [in magnificẽtia] miraculorum ⁊ operũ: nã mortuos suscitabant: cecos illuminabãt: leprosos mũdabãt: ⁊ alia miracula faciebãt que sermonẽ cõfirmabãt: ⁊ etiã multos ad fidẽ cõuertebant. Deinde poniť tertium be neficium qḋ est humiliatio ⁊ subiectio principum sub iugo fi dei christiane: quod notatur cum dicitur.

5 Uox domini † confringentis cedros: ⁊ † confrin get dominus cedros libani.

† ꝯterẽtis
† ꝯteret.

¶ Uox dñi cõfringẽtis cedros] .i. humilians per pnias ⁊ con tritionẽ cordis supbos ⁊ altos. [⁊ cõfringet dñs] per peniten tiam [cedros libani] .i. magis claros ⁊ gloriãtes de suo cãdo re .i. de carnis nobilitate ⁊ seculi felicitate. Libanus enĩ inter pretať candor. Per cedruz qppe supbia designať: qr cedrus altissima arbor est: ⁊ in libano sũt cedri magis ꝓcere p quos significať magnitudo principum terrenoꝝ qui confracta eo rum supbia humiliter colla sua iugo fidei submiserunt.

Libanus
candor in
terpretať.

6 Et cõminuet eos tanq̃ vitulũ libani: ⁊ dilectus † quemadmodum filius † vnicorniũ.

† sicut.
† vnicor
niorum.

¶ Et cõminuet eos tanq̃ vitulũ libani] vbi vituli ad sacrifi cia nutriebanť .i. humiliabit eos adeo vt tanq̃ vitulus para ti sint pro eo mori. [et] hoc faciet [dilectus] pri scilz chrs q est [quẽadmodũ filius vnicorniũ] .i. iudeoꝝ ſm carnẽ: qui dicũ tur vnicornes qa in vna lege superbiũt: ⁊ de singulari iustitia se erigũt. Uel nõ mirũ si illi cõminuenť [⁊ dilectus] enĩ vni cus pris cõminueť .i. humiliabiť vsqz ad mortẽ: ⁊ hoc [quẽ admodũ] ⁊ pro ea parte qua est [fili' vnicorniũ] .i. iudeoꝝ .i. ſm q est homo. Deinde poniť quartũ beneficiũ qḋ est cõde scẽsio diuina in persecutione scõꝝ: qḋ notať cum dicitur.

7 Uox dñi † intercidẽtis flãmã ignis: vox dñi † ꝯcu tiẽtis desertũ: ⁊ cõmouebit dñs desertũ cades.

† precĩ
dentis.
† cõmo
uẽtis so
litudinẽ.

¶ Uox dñi intercidentis] ⁊ interrũpẽtis [flãmã ignis] .i. preci dentis furentẽ iracundiã persecutoꝝ ⁊ cõprimẽtis insanũ tu multum eoꝝ ⁊ sic sanctis suis prebẽtis auxiliũ. [vox dñi cõ cutiẽtis desertũ] .i. cõmouẽtis ad fidẽ gẽtiles: qui sicut deser tum culti nõ erãt doctrina legis ⁊ ꝓphetaruz. [et] similr [cõ mouebit] ⁊ cõuertet dñs ad fidẽ [desertum cades] .i. iudeos qui deseruerũt scẽm legis mãdatum ꝓpter traditiones suas. Jnterpretať enĩ cades sanctũ legis. Deinde poniť qntũ bñfi ciũ qḋ fuit illuminatio doctoꝝ ecclie: qḋ notať cũ dicitur.

Cades san
ctũ legis
interpretať.

8 Uox dñi † preparãtis ceruos ⁊ reuelabit † cõden sa: ⁊ in tẽplo eius † omnes dicent gloriam.

† per
ficientis.
† siluas.
† vniuſ
ſiqs di
cet.

¶ Uox dñi preparãtis ceruos] .i. aplos ⁊ doctores ecclesie q omnia mundana trãsiliẽtes ⁊ contẽnẽtes ad nunciãdũ euan geliũ erant agiles: quiqz venenosas linguas hereticoꝝ non ti mebãt ⁊ eos veriusqz testamẽti scripturis tanq̃ duobus cor nibus reprimebãt [⁊ reuelabit] eis [cõdẽsa] .i. sacre scripture obscura

obscura τ mysteriosa⁊ vmbracula.| et |qꝛ ita christus pfecit ecclesiam:ideo| oēs |existētes| in tēplo eius |sic cōsūmato.i. in ecclesia| dicēt gloriā |.i.laudē dñi pro donis que ab eo pceperūt.Deide ponit sextū beneficiū quod est repressio multitudinis peccatoꝝ:τ quātum ad hoc dicitur

Inhabitat.

9 Dominus diluuium † inhabitare facit: τ sedebit dominus rex in eternum.

¶ Dñs diluuiū |.i.hoīes in qbus est diluuiū peccatoꝝ τ inundantis vanitatis| inhabitare facit |hoc tēplū sez ecclesiā p grē īfusionē τ collationē:qꝛ ēt tales ad sancte ecclesie conuertit vnitatē.Uel| dñs facit |hoc tēplū.s.sanctos τ electos in ecclesia tanq̄ in archa cōstitutos| ihabitare |securos| diluuiū |huius seculi sine lesione nō sinens eos submergi fluctib⁹ temptationū.| et |deinde in eo tēplo scilicet in sanctis| sedebit dominus rex in eternum |regnans in eis τ regens eos spiritaliter in perpetuum.Et vere reget:quia

† pplm/ suum.

10 Dominus virtutē populo suo dabit: dominus benedicet † populo suo in pace.

¶ Dñs virtutē |τ fortitudinē| populo suo |cōtra pcellas huius seculi τ turbines temptationū dimicātū| dabit |vt tūc possint habere cōstantiā:τ ne ab inimicis τ vitiis superent:qꝛ nō est pax in hoc seculo.| et dñs bñdicet populo suo in pace |nunc tēporis pmouēdo eos de virtute in virtutē τ tandē eternitatis faciēdo eos post tempestates seculi huius secum requiescere feliciter in celis.Unde ipse ait.Pacē relinquo vobis: pacem meam do vobis.

Pax non est in hoc seculo.

Joh.14.

Oratio.

Dona domine virtutē populo tuo:τ effice nos templum spiritussancti vt tibi de corde puro holocaustum acceptabile preparemus. Per dñm.

¶ Gratiarū actio Christi pro sua liberatione τ reformatione in resurrectione: vel ecclesie seu cuiuslibet fidelis in temptatione τ tribulatione.

Psalmus.XXIX.

1 Exaltabo te dñe qm̄ suscepisti me: nec † delectasti inimicos meos sup me.

† locum/dasti.

Auctor psalmi propheta Dauid.¶ Titulus talis est.psal.cātici in dedicatione domus dauid. Non legit dauid fecisse vel dedicasse aliquā domū:de spūali ḡ domo hoc accipiēdū est. Psalmus cātici.i.letitie τ exultationis habite in dedicatione domus dauid.i.in ꝯsideratiōe dedicationis domus christi τ mēbroꝝ eius:qꝛ est ꝓpter dedicationē que facta est in capite qñ surrexit:τ futura est in mēbris qñ capiti suo sociabunt. Domus chri est humanitas. vñ domus dauid edificat qñ humanitas assumit:sed dedicat qñ a mortuis resuscitatur. Sicut enī domus celebris fit in dedicatiōe:sic chrs celebrior factus est in resurrectione assumpta imortalitate τ ipassibilitate. In supiori ḡ psalmo tabernaculū vbi ipē belli habitam⁹ cōfirmatū est:in isto dedicat domus que manebit in eterna pace.¶ Materia.gratiarū actio pro liberatiōe τ renouatiōe christi in resurrectiōe:vel fidelis in tribulatione τ temptatiōe.¶ Intētio.iducere fideles ad dei pconiū τ laudē ꝓpter ei⁹ bonitatē in his relucētē.¶ Snia in gñali. Propheta in isto psalmo in psona chri gratias agit de liberatione τ reformatione sua in resurrectione:vel in psona ecclesie seu cuiuslibet fidelis pro liberatiōe a malis τ pmotione in bonis.¶ Sententia in spāli.Chrs ergo sm̄ q bō gratias agens deo prī pro sua dedicatiōe ait.| Exaltabo te dñe |pater.i.altitudinē τ magnitudinē tuā pdicādo laudabo| qm̄ suscepisti me |ad imortalitatē in resurrectione facta in me τ faciēda in ecclesia| nec delectasti |.i.delectari vł iocūdari pmisisti| inimicos meos |psecutores.s.τ demones| sup me |vt me superarēt retinēdo in sepulchro.Uel in psona fidelis| Exaltabo te dñe |altitudinē tuā corde τ ore laudabo| qm̄ suscepisti me |p participium gratie me protegēdo τ saluādo| nec delectasti |idest delectari permisisti| inimicos meos |visibiles vel inuisibiles| super me |vt me opprimerent vel deciperent.

Humanitas est domus christi.

2 Domine deus meus clamaui ad te: τ sanasti me.

Joan.17.

¶ Dñe deus meus clamaui ad te |in passione sicut ad medicum.d.pater clarifica filiū tuū| τ sanasti me |in resurrectiōe corpus meū mortale τ egrū faciēdo imortale τ gloriosum. Uel dicat fidelis| dñe de⁹ meus clamaui ad te |tanq̄ ad medicum anime mee| τ sanasti me |a peccati vulnere.Et o

3 Domine eduxisti ab inferno animam meā: † saluasti me a descendentibus in lacum.

† eduxisti ab iferis. † saluum fecisti me.

¶ Dñe eduxisti ab iferno aīam meā |τ restituisti eā corpori| saluasti me a descēdentib⁹ in lacū |.i.ex manib⁹ iudeoꝝ me liberasti q sua sponte descēdunt in lacū iferni. Uel dicit fidelis| Dñe eduxisti ab iferno animā meā |liberādo eā vel pseruādo a peccato cui debet dānatio.| saluasti me a descendētib⁹ in lacū |sepando me a ꝯsortio τ ꝯformitate maloꝝ:ne sicut illi pceps caderē in mortis τ dānationis abissum. Et ḡ

4 Psallite domino sancti eius: τ confitemini memorie sanctitatis eius.

¶ Psallite dño |.i.benedicite operādo| sancti eius |.i.saluati τ facti sancti p eius liberationē:τ certi de resurrectiōe q̄ precessit in capite.| τ cōfitemini |confessione laudis ore τ corde| memorie sanctitatis eius |.i.laudate eū qa ipse cui⁹ vos eratis obliti memor fuit vestri vt sanctificaret τ iustificaret vos per fidē τ gratiam vocādo vos p suam bonitatē ad sui nominis agnitionē. Ideo etiā psallite τ confitemini.

5 Quoniam ira in indignatione eius: τ vita in voluntate eius.

¶ Qm̄ ira |.i.iusta vindicta qua genus humanū pro pmo peccato puniuit qđ morte solutū fuit τ venit p xpm̄ sup vos| in indignatiōe eius |.i.ex zelo iustitie quo fuit q̄si idignat⁹.| τ vita |.s.gratie ac ēt glorie ad quā p vos nō rediretis restituta est p xpm̄| in volūtate ei⁹ |.i.ex ei⁹ beneplacito τ grā nō p vires vestras vel merita. Ubi habes in deo qđ timeas.s.iustitiam:habes etiā qđ speres.s.gratiā. Et pro hac ira

6 † Ad vesperum demorabitur fletus: et † ad matutinum † letitia.

† vespere. † in † exultatio.

¶ Ad vesperū |.i.in vespere hui⁹ mundi.s.in tota vita presenti vsq; ad finē seculi:τ durabit.s.τ| demorabit |.i.diu morabit| fletus |τ gemit⁹ pnie:qꝛ ꝓpter peccatū Ade oēs causamet occasionē flendi in pñti hñt qñ recordant bona que in Adā pdiderūt τ mala que icurrerunt| et |sic| ad matutinū |future resurrectionis que in matutina chri resurrectione preflorūit erit ipsis nūc flentib⁹| letitia |perhēnis τ eterna. Hec predicta in tribus versib⁹ pōt dicere christus vel fidelis.

7 Ego autem dixi in abundantia mea: non mouebor in eternum.

¶ Ego aūt |.s.christus cōtrarius Ade qui in paradiso abūdās diuitiis bonis motus est a deo ad persuasionē serpētis.| dixi |idest deliberaui| in abundātia mea |sez virtutū τ cōfidentia deitatis| nō mouebor in eternū |a deo:sed ero obediēs patri vsq; ad mortē:quasi diceret. In aliis q moti sūt a deo demorabit fletus:s; in me nō demorabit qꝛ nō sum mot⁹. Nec h̄ suis virib⁹ tribuit:s; diuine grē ascribit, vnde subdit

8 Dñe in volūtate tua pstitisti decori meo ꝩtutē.

¶ Domine in volūtate tua pstitisti decori meo virtutē |.q.d. q immunis sum a peccato decorus in iustitia:fortis in patientia:τ potēs in faciendo mirabilia:τ hmōi nō habeo ex merito humane nature:vel ex mea potestate:sed ex tuo benepla

cito ꝛ voluntate. Nō est ergo vnde debeat homo presumere cū audiat christum de se talia dicere scꝫ virtutē ꝛ decorē a dño sibi dari. Qꝫ aūt virtus carnis fuerit a te ꝓbatur ex eo ꝙ

9 **Auertisti faciē tuā a me: ꝛ factus sum cōturbat⁹.**

¶ Auertisti faciē tuā a me]exponēdo me passioni. Uisus est enim auertisse faciē suaꝫ ab eo quē eū in passione dereliquit. [ꝛ factus sum ꝯturbatus]te enī auerso ad penā nō ad peccatū turbaƚ carnis mee īfirmitas. Unde cepit pauere ꝛ tedere ꝛ ipse ait. Tristis est aīa mea vsqꝫ ad mortē. Hinc ꝑpendere quātū homo de turbatiōe ꝛ casu timere debeat si deus faciem suā ab eo auertat ꝛ eū deserat. Uel fidelis recognoscēs ꝓpriā fragilitatē dicit. Ego aūt dixi in abundātia mea: ꝛ prosperitate spirituali scꝫ virtutū: elatus ex ea: non mouebor in eternū: a rectitudine iustitie ꝛ mea stabilitate. Sed o dñe in volūtate tua: ꝛ pro libitu tuo non ex mea iustitia vel merito: prestitisti decori meo virtutē: qua mala superarē qđ ad decus mihi cōtingit. Qđ inde cōstat qꝛ [Auertisti faciē tuam a me]ꝓpter electionē meā ex donis gratie tue. [et]a stabilitate mea motus[factus sum cōturbatus]propter grauitatem sequentis casus. Et ideo

10 **Ad te dñe clamabo: ꝛ ad deū meū deprecabor.**

¶ Ad te dñe]pater qui regis me[clamabo]idest intēse orabo de obtinēdis bonis. i. pro adhibēda gloria īmortalitatis [ꝛ ad]te[deū meum]qui creasti me[deprecabor]humiliter de remouēdis malis. i. de tollēda mortalitate carnis. dicēs

11 **Que vtilitas in sanguine meo: dum descendo in corruptionem?**

¶ Que vtilitas]erit[in sanguine meo]. i. in effusione sanguinis mei: ꝛ quid ꝓficiet mihi vel alijs sanguis meus effusus [dum descēdo in corruptionē]. i. si corpus meū putrescit in sepulchro: si tertia die nō resurgā. q. d. nullo: qꝛ nemini te annūciabo: nullū lucrabor: ꝛ ita ꝑibit ꝛ ꝯfessio tui: ꝛ annūciatio.

12 **Nunquid confitebitur tibi puluis: aut annuntiabit veritatem tuam?**

¶ Nunqđ]enim[cōfitebiƚ tibi]. i. erit cā cōfessionis ꝛ laudis tue[puluis]. i. caro redacta in puluerē[aut annūtiabit veritatē tuā]ad salutē ceterorꝫ. i. erit cā quare virtus tua annuntietur quā reparationi humani gñis ꝓmisisti: ꝛ per me facere decreuisti. Ostēdit per necessitatē ꝙ non sinat eū descēdere in corruptionē. Uel fidelis orās pro remissiōe peccatorꝫ. d. [Ad te dñe clamabo: ꝛ ad deū meū dprecabor]vt dimittas mihi peccata. Appropinqua tribulatio ꝙ deseruisti subiectē. [Que]enim[vtilitas]ꝓuenit tibi[in sanguine meo]. i. in peccato meo. [dum descēdo in corruptionē]. i. ꝓpter ipm̄ incurram corporis ꝛ aīe mortē. q. d. nulla: qꝛ nec aliqđ ꝑ hoc laudi dei a parte mei accrescit. [Nunqđ]enim[cōfitebiƚ tibi]laudes vel peccata[puluis]. i. corpus icineratū[aut annuntiabit veritatē tuā]alijs. q. d. nō: ꝛ iō meli⁹ est vt remittas mihi culpā meā ad tuā laudē ꝛ gloriā: deinde exauditū se īsinuat. d.

13 **Audiuit dominus ꝛ miser⁹ est † mei: dominus factus est adiutor meus.**

† mihi

¶ Audiuit dñs]pater me deprecātē[ꝛ miser⁹ est mei]ne viderē corruptionē[dñs factus est adiutor meus]vt etiaꝫ gloria imortalitatis induerer ꝛ resurgerē. vnde subiungit ostēdendo in quo sit adiutus cōuertēs se ad patrē: ꝛ dicēs

14 **Cōuertisti planctū meū in gaudium mihi: cōscidisti saccū meū: ꝛ † circundedisti me letitia.**

† precinxisti.

¶ Conuertisti planctū meū]. i. meorꝫ[in gaudiū]. i. planctū passionis mutasti in gaudiū resurrectionis[mihi]. i. ad vtilitatē mei ꝛ meorꝫ hoc est de morte mea dolentes de resurrectione gaudere fecisti: quia[concidisti saccum meum]. i. mortalitatem carnis que indutus eram in resurrectione destruxisti[ꝛ circundedisti me letitia]quia stola īmortalitatis me induisti. hoc autem fecisti

15 **Ut cantet tibi gloria mea ꝛ non cōpungar: domine deus meus in eternū confitebor tibi.**

¶ Ut cantet tibi]ꝛ laudet te[gloria mea]scꝫ resurrectionis idest vt resurrectio mea sit cā: quare lauderis a me ꝛ a meis [et]hoc iō ꝙa semel passus[nō cōpungar]. i. nō moriar vlterius ergo o[dñe deus meus in eternū cōfitebor tibi]. i. in secula ꝛ sine fine laudabo te. Uel fidelis cōfitens diuinam clementiā dicit[Audiuit dñs ꝛ miseratus est mei]qꝛ dum se accusat dñs miseretur[dñs factus est adiutor meus]vt resurgerem a peccato[Conuertisti planctū meū]habitū de peccati cōmissione[in gaudiuꝫ mihi]de eius remissione ꝛ spe venie [cōscidisti saccū meū]. i. carnē scindi fecisti ꝑ macerationeꝫ ꝛ circūdedisti me letitia]. i. gaudio interiori vt gaudēs agam penitētiaꝫ[Ut cantet tibi gloria mea]. i. cōsciētia exultet ad honorē tuū ꝛ laudet te. Gloria enim nostra est testimonium cōscientie nostre[ꝛ nō cōpungar]remorsu ꝛ cōsciētia peccati: vel nullis penis in futuro pungar: ꝛ sic[domine deus me⁹ in eternuꝫ cōfitebor tibi]ꝛ laudabo te: quoniā nihil mihi est ex me: sed omnia ex te. Oratio.

Accusans de se dñs miseretur.

Susceptor oium clemētissime deus ne ꝑmittas delectari inimicos nostros sup nos: sed ita nos in virtute tua corrobora: vt cōuerso planctu nr̄o in gaudiū letitatis tue memoriā iugiter excolam⁹. Per.

¶ **Psalmus de liberatione a multitudine ꝛ magnitudine tribulationū chr̄i vel fideliū: ac ꝯsolatione ꝛ exaltatiōe eorꝫ. Psal. XXX.**

In te domine speraui non cōfundar in eternum: in iustitia tua libera me. 1

ferue me ꝛ ex[ime] me.

Auctor psalmi ꝓpheta dauid. ¶ Titulus hic est. In finem pro extasi psal. dauid. Iste enī psal. dirigēs nos in finē. i. chr̄m. est dauid qui hic loquiƚ in ꝑsona chr̄isti vel ecclesie ꝛ cuiuslibet fidelis: habitus pro extasi. i. agēns de excessu mētis ꝙ fit vel pauore terrenorꝫ vel mēte raptis ad supna ꝛ īferiorꝫ oblita. Hic aūt extasis maxime accipiƚ pauor populi dei de ꝑsecutione oium gentiū: ꝛ de defectu fidei ꝑ eā orbē ꝑturbati. Hic enim humiliatio chr̄i ꝛ sanctorꝫ martyrū describiƚ que exaltationē ꝛ dedicationē domus dei(qua supra dictū est) mereƚ: qꝛ christus mētis excessu altitudinē diuini cōsilij sup salutē generis humani ceteris altius itelligēs volebat prius humiliari: postmodū exaltari vt ad modū eius ceteri prius humiliētur postmodū exaltandi. ¶ Materia. multitudo et magnitudo tribulationū christi ꝛ fideliuꝫ ac diuine pietatis auxiliū. ¶ Intētio. inducere fideles ꝛ in tribulatione de misericordia dei cōfidant ꝛ nō de se ꝓsumāt. ¶ Snia in generali. Propheta in isto psalmo in ꝑsona chr̄isti vel cuiuslibet fidelis tribulati in tentationib⁹ demonis vel maligni hois cōstituti postulat liberari. ¶ Snia in speciali. icipit ergo in ꝑsona christi ad patrē. d. [In te dñe]pater[speraui]sm̄ ꝙ hō[non cōfundar in eternū]. i. nunqꝫ cōfundar dum. mihi habēti similitudinē carnis peccati insultatur vt homini cetero simili[in iustitia tua]mihi a te collata[libera me]innocētem de morte ne in ea remaneam. Et

Inclina ad me aurē tuā: accelera vt † eruas me. 2

† e[ru]as me.

¶ Inclina ad me aurē tuam]. i. misericordie. i. sublimitas tua humilitati mee condescēdat: ꝛ[accelera]. i. festina[vt eruas me]a morte. i. fac me cito resurgere: nō differas vsqꝫ in comunē resurrectionē ne decidat spes credētiū: qđ vt fit

Esto mihi in deum protectorem ꝛ in domum refugij: vt saluum me facias. 3

¶ Esto

¶ Esto mihi in deū protectorē] 3 iacula ⁊ ipedimēta inimici.i. esto tātus protector ⁊ defensor q̄ntū decet eē deū[⁊ i domū re fugij]vt in te sim tut⁹[vt saluū me facias]resuscitādo.i.esto mihi q̄si domus ad quā refugiēs saluus fiā:nō aliā quero

4 † Quoniam fortitudo mea ⁊ refugiū meū es tu: ⁊ propter nomen tuū † deduces me ⁊ enutries me.

¶ Qm̄ fortitudo mea]ad tolerādas persecutiones[⁊ refugiū meū]ad eas totaliter euadēdas[es tu]nō alius[et]ideo[pp nomē tuū]innotescēdū ⁊ glorificandū[deduces me]ad oēs gentes[⁊ enutries me].i.aggregādo mihi sanctos ⁊ membra adimplebis corpus meū nōdum perfectum.

5 Educes me de † laqueo hoc quē abscōderunt mihi: quoniā tu es protector meus.

¶ Educes me de laqueo hoc quē abscōderūt mihi].i.liberabis me de morte quā mihi latēter q̄si nesciēti parasse se putauerūt vt frustrata sint eoꝝ cōsilia[quoniā tu es protector meus]quo protegēte nullus potest laqueus vel aduersitas preualere: vnde iam in passione clamo

6 In manus tuas cōmendo spiritum meum: redemisti me domine deus veritatis.

¶ In manus tuas cōmēdo spūm meū].i.iter manus potētie ⁊ mīe tue vt potētia protegat:mia eruas ⁊ redimat[redemisti me]a morte.i.liberasti me tanq̄ me redemisses[dn̄e de⁹ veritatis]iplens qd̄ pmiseras:redēpta est aīa christi ⁊ alioꝝ per suā p̄fectā obediētiā. Possunt et p̄dicta accipi in psona ecclesie vel cuiuslibet fidelis:ita dicētis[In te]solo non in me o[dn̄e speraui]⁊ fiduciā posui: ⁊ idō[nō cōfundar in eternū]⁊ finaliter lȝ forte ad tps. Idō dicit in eternū:qz est ɔfusio tēporalis q̄ est salubris vt ɔfundi de peccato ad pniaȝ:hāc nō formidet christianus:qz si hāc nō habuerit habebit eternā[in iustitia tua]⁊ nō mea que nulla est[libera me]ab eterna cōfusione:qz ad iustitiā tuā ptinet sperantes in te liberare[Inclina ad me aurē tuā]orōnē meā attēdēdo: ⁊ me humilē exaudiēdo[accelera vt eruas me]a malis ne deficiā in tētationibus ⁊ tribulationib⁹[Esto mihi in deū protectorē]defendēdo me ab inimicis ne me ledāt[⁊ in domū refugij]suscipiendo me fugiētē ad te a p̄sequētib⁹ ne me rapiāt: ita[vt saluū me facias]⁊ liberū ⁊ h̄ ⁊ in eternū[Qm̄ fortitudo mea]qua inimicis resistā[⁊ refugiū meū]in quo securus pmaneā ⁊ quiescā[es tu]nō alius[⁊ pp nomē tuū]glorificandū nō propter meritū meū[deduces me]p viam mādatoꝝ tuoꝝ ne aberrē a te[⁊ enutries me]pabulo verbi tui ⁊ eucharistie sacro ne in via deficiā[Educes me de laqueo h̄ quē abscōderūt mihi] idest de isidijs quas occulte tēdunt mihi diabolus ⁊ sui[qm̄ tu es protector me⁹]⁊ nō pōt illaqueari q talē hȝ protectorē. Et ideo[In manus tuas].i.potētie ⁊ mīe[cōmēdo spūȝ meū] vt eo egrediēte de corpe cito suscipias ipȝ. Hoc exēplū accepit ecclesia a christo: h̄ ⁊ sancti orant q̄n exeunt de corpe:hanc vocē dȝ q̄libet fidelis emittere[redemisti me domine]morte ⁊ sanguine tuo sicut pmisisti.[deus veritatis]non fallens in promissis. Et quia es deus veritatis

7 Odisti obseruātes † vanitates superuacue.

¶ Odisti]⁊ reprobasti[obseruantes]⁊ amantes[vanitates] mundi ⁊ sperātes in falsa beatitudine huius seculi.i.in diuitijs vel delitijs: vel in honore: vel in sublimitate: vel in amicis carnalib⁹ que oīa vana sunt:qz aut deserūt aut deserunt: ⁊ sic terrenis inherētes vt celestiū obliuiscant: ⁊ hoc[superuacue].i.inaniter ⁊ infructuose. Non tn̄ vacue sed superuacue hec obseruantur:qz non tn̄ ipsa destruuntur:sed etiam vita hominis propter quam petuntur.

8 Ego autem in domino speraui: exultabo ⁊ † letabor in misericordia tua.

¶ Ego aūt in dn̄o]q nō est vanitas:sed veritas ⁊ vita[speraui] ⁊ cōfidētiam posui:nō in me vel in vanitate: ⁊ idō[exultabo] foris corpore[⁊ letabor]intus spiritu nō in mea iustitia: sed [in mīa tua]me liberāte ab angustia q̄ mihi vt in te sperarē donauit ⁊ me nō fallit. Et merito exultabo ⁊ letabor

9 † Quoniam respexisti humilitatem meam: † saluasti de necessitatibus animam meam.

¶ Qm̄ respexisti]oculo misericordie[humilitatē meā].i.misertus es mee fragilitatis ⁊ afflictionis.s.prouidēdo mihi de remedio ne a p̄sequētib⁹ superarer:respiciēdo aūt humilitatē meā[salua de necessitatib⁹ aiam meā].i.de malis cōsuetudinibus ⁊ corporalib⁹ miserijs quas in hac vita patitur aīa ex infirmitate carnis vt me non opprimerent.

10 Nec conclusisti me in † manibus inimici: statuisti in loco spatioso pedes meos.

¶ Nec cōclusisti me].i.cōcludi pmisisti[in manib⁹ inimici] visibilis vel inuisibilis vt mihi finaliter dn̄aret ⁊ nō respirarē in libertatē[statuisti].i.firmiter collocasti[in loco spatioso]s.cȝ charitatis[pedes meos].i.affectiōes meas:me de angustijs timoris in libertatē ⁊ viaȝ latā charitatis deducēdo: p̄dicta pñt dici ex psona christi ⁊ mēbroꝝ. Sed q̄a caro est īfirma ⁊ vrgent mala subdit ex ipsoꝝ mēbroꝝ persona.

11 Miserere mei dn̄e q̄m tribulor: ɔturbatus est in ira oculus meus: aīa mea ⁊ venter meus.

¶ Miserere mei dn̄e]⁊ necesse est[q̄m tribulor]pōdere malorum p̄ntiuȝ ⁊ timore futuroꝝ iminētiū:adeo q[cōturbatus est in ira].i.propter iram ⁊ furorē p̄sequētium.s.demonis vel maligni hoīs ɔtra me excitata[oculus meus]iterior.s.rōnis [anima mea].i.affectus sensualitatis[⁊ venter meus].i.nālis appetitus carnis. Et hinc est tribulatio ⁊ metus.

12 Quoniaȝ defecit in dolore vita mea: ⁊ anni mei in gemitibus.

¶ Qm̄ defecit].i.ad defectionē appropinquauit[in dolore] idest ex dolorib⁹ ⁊ angustijs[vita mea]tp̄alis[⁊ anni mei].i. tēpora que h̄ diutius ago]sunt[in gemitib⁹]nō in claris vocibus propter tribulationis pōdus. Totū eniȝ spatiū p̄ntis vite sanctis dolor est ⁊ gemitus: ⁊ multas cās doloris ⁊ gemitus habet vita ista mortalis. Et

13 Infirmata est in paupertate virtus mea: ⁊ ossa mea conturbata sunt.

¶ Infirmata].i.debilitata[est in paupertate].i.in ɔsideratione mee paupertatis ⁊ defectus bonoꝝ[virtus mea].s.animi.i.vigor ⁊ cōsidēdarij[ossa mea cōturbata sunt].i.firmitas ⁊ fortitudo corporis mei debilitata est: p h̄ ostēdit q nec in aīa nec in corpore vlla pōt eē hoīs p̄sumptio:qz humana fragilitas nihil boni hȝ ex se. Deinde pōt eē vox christi ⁊ fidelis.

14 Super oēs inimicos meos fact⁹ sum opprobriū vicinis meis † valde: ⁊ timor notis meis.

¶ Sup oēs inimicos meos].i.plus q̄ inimici mei q sunt oēs iniqui[factus sum opprobriū vicinis meis valde]q iaȝ fidei mee p̄ximi ⁊ credere volētes deterriti sunt.i.maiori opprobrio habit⁹ sum q̄ illi q pro scelerib⁹ suis erāt digni opprobrio ⁊ tormētorū:eorūq3 opprobriū supo[⁊ timor notis meis] ⁊ familiarib⁹ q̄bus timorē incussi exēplo horribilis tribulationis mee ne malum eueniret eis propter me

15 Qui videbāt me foras † fugerunt a me: † obliuioni datus sum tanq̄ mortuus a corde.

¶ Qui videbāt me foras]patiētē nō itelligētes īteriorē spem meā[fugerūt a me]⁊ me reliquerūt ne ex mea societate paterēnt[obliuioni dat⁹ sum]ab illis[tanq̄ mortuus]sum[a corde]ipsoꝝ.q.d.excidi a corde ⁊ mēte seu recordatione eo-

[Margin notes: † meu[s] — 7 [obser]uantes ... vanitatem — 8 † ... labor. — 9 † qz † saluas fecisti. — 10 † ma[n]ibus. — 13 † infirmat⁹ est in egestate vigor meus. — 14 † nimiū. — 15 † fugiebant. † obliuus sum.]

rum: sicut mortuus excidit a corde per oblivionē: cuius memoria cū corpore sepelitur. vnde prouerbialiter dicitur q mortuus non habet amicum. Et

Mortuus nō habet amicum.

16 Factus sum tanq̄ vas perditū: qm̄ audiui vituperationē multoꝝ † cōmorantium in circuitu.

† ac: colentiū

¶ Factus sum].i. reputat' a malis[tanq̄ vas pditū] ꝛ cōfractū vel destructū qd nulli vtilitati vel vsui est aptuz.i. visus sum perisse ꝛ putabar abijciēdus tanq̄ inutilis nullū dño faciens lucrū vel fructū. hoc aūt iō dico[qm̄ audiui] ꝛ tn̄ tacui [vituperationē multoꝝ cōmorantium in circuitu] ꝛ circumquaqz qui mihi miseriā meam obijciunt in opprobriū: ꝛ me vituperant sicut canes mordent canē percussum.

17 † In eo dum conuenirent simul aduersum me: accipere animam meam consiliati sunt.

† dū cōgregarent ipsi

¶ In eo].i. cōuētu[dum cōuenirēt simul aduersum me] oēs nō pauci vt me expugnarēt[accipe aiam meaz].i. facere vt eis cōsentirē[cōsiliati sunt] ꝛ cogitauerūt. q. d. in illo cōuētu nihil aliud cōsiliati nisi vt aiam meā pderēt: hoc verba nos docēt cōtēptū mundi: ꝛ mortis humilitatē ꝛ patiētiā: ꝛ vt in deo habeamus spem nostrā. vnde ꝛ subditur

18 Ego autem in te speraui dñe: dixi deus meus es tu: in manibus tuis sortes mee.

¶ Ego aūt] inter hec opprobria[in te speraui dñe] nō de me psumpsi vel quocūqz hoīe. Nihil salubrius nihil securius q̄ sperare in deo: qꝛ in hoc nemo fallit: spes aūt in alijs sepe frustrat: ꝛ[dixi dño] voce oris ꝛ cordis[deus meus].i. saluator meus: qꝛ saluū me facies[es tu] nō alius[in manibus tuis].i. in ptāte ꝛ dispositione tua sunt[sortes mee].i. gratuita mea electio vel tēpora mea.i. decursus vite mee. Et ideo

Securius nihil q̄ sperare in deo.

19 † Eripe me de manu inimicorum meorum: ꝛ a persequentibus me.

† eruc.

¶ Eripe me de manu].i. de ptāte[inimicoꝝ meoꝝ] visibiliū ꝛ inuisibiliū q me odiunt[ꝛ a psequētib' me] visibilr ꝛ inuisibiliter q mihi mala inferunt ne mihi preualeāt: ꝛ de meo interitu gaudeāt: qꝛ totū me in te cōlocaui. Maxime illi psecutiones ꝛ opprobriū chrō ꝛ ecclesie inferunt: qui cum christiani sint bene viuere nolunt. Inter quos quasi gemens ait

Nota

20 Illustra faciē tuā sup seruū tuū: saluū me fac in misericordia tua: dñe nō ꝯfundar qm̄ inuocaui te.

¶ Illustra faciē tuā sup seruū tuū].i. manifestā fac beniuolētiā tuā sup me tua grā me cōsolādo ꝛ saluādo vt notum fiat mihi ꝛ alijs q facies tua sup me itēdat: ꝛ q mihi sis placat'. [saluū me fac in mīa tua] nō in meis meritis vel iustitia[domine nō cōfundar] ꝛ erubescā vnq̄ frustrata spe mea[quoniam inuocaui te] nō alium.i. intra me vocaui deuote orando recte viuēdo. Sed ex opposito potius

21 Erubescant impij ꝛ deducātur in infernum: muta † fiant labia dolosa.

† efficiāt

¶ Erubescāt] ꝛ cōfundant[impij].s. infideles ꝛ falsi christiani q idola inuocāt: ꝛ vanitates obseruāt: qd tūc erit qn̄ a dño audiēt nescio vos: ꝛ ite maledicti in ignē eternū. [ꝛ deducantur in infernū] tanq̄ ad locū sibi deputatū: ꝛ tūc[muta fiant] a laude dei ab excusatione sui: ab accusatione aliorum[labia dolosa] scz maligna ꝛ falsum fingentia que hic garrula sunt dum iudicium non timent

22 Que loquuntur aduersus iustum iniquitatē: in superbia ꝛ † in abusione.

† ꝯtēptu

¶ Que].s. labia[loquunt] nūc[iniquitatē aduersus iustum].s. cōtra chrm̄ ꝛ suos: ꝛ hoc[in supbia].s. cordis[ꝛ in abusione].s. operis.i. peruerso vsu beneficioꝝ dei nō existētes de eis grati. preter vsum eni quo solēt hoīes eē grati de beneficijs ipsi se cerūt. Quotidie mō clamāt ꝛ garriūt mali ꝯ chrm̄ ꝛ suos: sz tūc efficient muti quādo sanctoꝝ apparebit gloria ꝛ eis imminebunt tormēta. Quo cōtra de sanctoꝝ felicitate admirās Propheta vel quilibet fidel' exclamat. d.

23 O magna multitudo dulcedinis tue dñe: quam abscondisti timentibus te.

¶ O magna].i. valde magna est[multitudo dulcedinis tue dñe] q tātā btitudinē ꝛ gloriā sanctis tuis pparasti q nec dici pōt nec cogitari[quā abscōdisti].i. occultasti nunc ad tps [timētib' te] vt ardētius desiderēt: ꝛ ne accepta securitate a via iustitie excedāt vel[abscōdisti].i. seruasti in futura beatitudine[timētib' te] vt solis illis reddas tpe oportuno: hanc aūt dulcedinē icipit de' dare fidelibus in hac vita in spe: sed pficit in alia exhibēdo in specie. vnde subditur

24 Perfecisti † eis qui sperant in te: in conspectu filiorum hominum.

† sperantib' in te

¶ Perfecisti].i. pfectā fecisti: ꝛ pficies nō subtrahēs hāc beatitudinē: qꝛ cōsumata spe retribues sperata in spe[eis q] in hoc seculo nō tm̄ timēt: sed ꝛ[sperāt in te] ꝛ vsqz in finē expectant[in ꝯspectu filioꝝ hoīuz].i. q ita sperāt vt in ꝯspectu filioꝝ hoīuz de sua spe ꝛ fide nō erubescāt: sed corā hoīb' cōfitent: opprobriaqz ꝛ afflictiōes cōstāter sustinētes: ꝛ nec ore nec factis chrm̄ negātes ostēdunt se sperare in domino

Sperare in dño quid ostendat

25 Abscondes eos in abscondito † faciei tue: a conturbatione hominum.

† vultus tui.

¶ Abscōdes eos] ne videant ab impijs[in abscondito faciei tue].i. in secreto notitie tue: ꝛ cōtēplationis diuine seu facialis visionis tue ipsis abscōdite.i. vt te videant p spēm q modo lates[a ꝯturbatione hoīuz] dum mali turbabunt dānati: vel vt nulla humana malitia eos iam valeat conturbare. In pñti etiā tribulati ꝛ opprobrijs hoīuz vexati mēte intrantes ad vultū dei: ꝛ in amore eius qescētes a ꝯturbatiōe recreantur. In futuro q̄ abscōdes ꝛ hic interim dum pegrinantur

26 Proteges eos in tabernaculo tuo: a cōtradictione linguarum.

¶ Proteges eos] ne noceant[in tabernaculo tuo] scz in pñti ecclesia in qua tibi militāt[a ꝯtradictiōe] ꝛ strepitu[linguarum] malarū scz scismatū ꝛ heresum que ꝯdicunt doctrine christiane ne tales lingue cōtradicētes veritati valeāt eos sibi icorpare. Iō ad tabernaculū dei tu curre: ecclesiā catholicā tenens regula veritatis noli discedere. Deide plenitudinē beneficioꝝ in laudē ꝯcludit: ꝛ pro tātis bñficijs deuz laudat. d.

27 Benedictus dominus quoniā mirificauit misericordiam suam † mihi in ciuitate † munita

† nō d... † circumstantie.

¶ Bñdictus] sit[dñs].i. laudatus[qm̄ mirificauit].i. mirificam ꝛ mirabilē fecit ꝛ ostēdit[mīam suā mihi] inter aduersitates ꝛ psecutiōes acerrimas me ptegēdo[in ciuitate munita].s.i. ecclesia munimēto fidei solidata: ꝛ ꝯ oēm īpugnationē aduersarioꝝ vndiqz p fidez munita: q̄ dr̄ ciuitas qꝛ multi sub vna lege diuina coniungunt: ꝛ munita pp virtutes multas ꝛ diuersa dona sancti spiritus qbus muniuntur.

28 Ego autem dixi in † excessu mentis mee: proiectus sum a facie oculorum tuorum.

† [illegible] tasi me...

¶ Ego aūt] nihilominus tribulatiōes ꝛ miserias hoīs[dixi in excessu] vel extasi[mētis mee].i. in pauore meo q pauor dr̄ excessus: qꝛ a rōne excessit timēdo. Excessus eni mētis dicit siue qn̄ hō ad ꝯtēplationē ꝛ reuelationē diuinoꝝ rapit: siue qn̄ aliqs pre tristitia ꝛ pauore seipm̄ excedit nec apud se remanet. [pīectus sum a facie oculoꝝ tuoꝝ].i. derelictus sum a te. Si eniz me respiceres, nō ita pati sineres: ꝛ si in facie tua essem, nō ita timerem. Et qꝛ trepidans clamaui

Excessus mentis q̄ dicatur.

29 Iō exaudisti vocē orōnis mee: dū clamarē ad te.

¶ Ideo

¶ Ideo exaudisti vocē orōnis mee [tribulationē mitigādo: ꝛ cōsolationē maximā pro tribulatiōe modica reddēdo: ꝛ hoc fecisti idūlate. s. [duz clamarē ad te [toto cordis affectu te inuocādo. Clamor ad deū nō est voce sꝫ corde: multi silētes labys corde clamauerunt: multi ore strepētes corde auerso nihil impetrare potuerunt. Si ergo clamas clama intus vbi audit deus: pro his ergo predictis

Clamor ad deū nō est voce sꝫ corde.

30 Diligite dn̄m oēs sancti eius: qm̄ veritatē requiret dn̄s: ꝛ retribuet † abundāter faciētib⁹ supbiā.

†his qui abundāter faciunt supbiam

¶ Diligite dn̄m [auctorē tāti bn̄ficy o vos [oēs sancti eius] quoꝝ est diligere deū nō mūdū: neqꝫ ea que in mundo sunt q.d. in tāta spe positi seruite dn̄o in dilectione ita ꝙ nō recedatis ab ei⁹ amore positi in tribulatiōe [qm̄ veritatē requiret] in futuro [dn̄s] vera: diligētes se pro penis ꝛ laborib⁹ remunerādo [ꝛ retribuet] s. debitam penā [abundāter] nō modicē [faciētibus supbiam] s. eum cōtēnentes ꝛ cōtra iussa eius faciētes debite puniendo. Interim ergo

Psal. 26. Viriliter agite ꝛ cōfortetur cor vestrum: omnes qui speratis in domino.

¶ Viriliter agite [in bonis iceptis pficiēdo ꝛ pseuerando ne sit ociosa dilectio sed idesinēter ꝛ sine defectu bonū operet [et] si grauia occurrāt [cōfortetur cor vr̄m] scꝫ tribulatiōes sufferēdo aduersarys malis resistēdo: ꝛ mortē nō timendo q.d. si in corpe est ifirmitas vel lassitudo: sit in corde ad tolerāda mala mūdi patiētie fortitudo. Vel [Viriliter agite] in psperitate que dissoluit. [ꝛ cōfortetur cor vestrū] in aduersitate que affligit [oēs qui speratis in dn̄o] brauium eterne remunerationis expectātes ab eo. Oratio.

Prospe ritas dissoluit.
Aduersitas affligit

Immensam multitudinē dulcedinis tue pyssime dn̄e suppliciter exoramus: vt duz veritatē tuā requirimus: tumorē execrabilē supbie pteramus. Per.

¶ Psalmus penitentialis vbi propheta ostendit hominem non meritis proprijs: sed gratia dei posse saluari si ad missa non neglexerit confiteri. Psal. XXXI.

1 Ro. 4.

Beati quorū remisse sunt iniquitates: ꝛ quorum tecta sunt peccata.

Auctor psalmi ppheta dauid. ¶ Titulus talis est. Intellꝰ dauid. i. penitentis: qꝛ hic dr̄ quid itelligere debeas si vere penitens: scꝫ vt te peccatorē eē itelligas: ꝛ non posse saluari aliquē nisi p peccatoꝝ remissionē quā pcedere opꝫ humilē confessionē: ꝛ si ceperis facere bonū nō tibi sed grē dei deputādꝫ. ¶ Materia. peccatoꝝ recognitio ꝛ accusatio. ¶ Intētio. monere hoīes ad cōfessionē ꝛ pniam. ¶ Snia in gn̄ali. Propheta in isto psalmo in psona vere penitētis pmo grās agit deo de peccati dimissione: cōsequēter agit de peccati recognitione ac cōfessione: ac pnia seu satisfactiōe. Qꝛ eniꝫ supra narrauit de ifelicitate ꝛ miseria ipioꝝ ac de felicitate ꝛ glīa iustorum: qꝛ vtrūqꝫ retribuet dn̄s ꝫm opa coꝝ: iō nūc monet vt peccatores nos agnoscamus ꝛ pniaꝫ agamus quaten⁹ felices ꝛ beati eē possimus. ¶ Snia in spāli. Gratiaꝫ itaqꝫ ppheta cōmēdās initiū boni p idulgētiā dei ostēdit eē. d. [Beati] scꝫ sunt illi in spe ꝛ grā: sꝫ beatificādi in re ꝛ gloria [quoꝝ remisse sūt inīqtates] p lauacrū regn̄ationis. s. p baptismū [ꝛ quorū tecta] ꝛ cooperta [sunt] p pniam ꝛ emēdationē [peccata] que post baptismū cōmiserūt ne in iudicio reuelentur. Vel [Beati quoꝝ remisse sūt inīqtates] quātū ad culpā. [ꝛ quorū tecta] ꝛ abscōdita [sunt peccata] scilicet ipsi deo quātū ad penā eternam: vt nō videat ea deus ad puniēdum vlterius. Videre enim dei peccata: est punire ea.

Saluari nemo pōt sine pctōꝝ remissiōe.

2 Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum: nec est in † spiritu eius dolus.

† ore

¶ Beatus vir [strēnuus: ꝛ iō vnus qꝛ rarus [cui nō iputauit dn̄s peccatū] .i. quē reū peccati nō iudicat: qꝛ animi virtute fultus se ab oī peccato criminali custodiuit. [nec est in spiritu eius dolus] dum in hꝰ se nō iustificat sꝫ peccatoreꝫ cōfitet ꝛ seipm̄ accusat. Vel [Beat⁹ vir cui nō iputauit dn̄s pctm̄] siue ad culpā siue ad penā: qꝛ [nec est in spiritu ei⁹ dolus] vere eniꝫ penitet mēte ꝛ se accusat ore: ꝛ corde tenet qꝺ ore fatet. Vel [Beati quoꝝ remisse sunt inīqtates] p cordis cōtritionē [ꝛ quoꝝ tecta sunt pctā] p oris ꝯfessionē [Beat⁹ vir cui nō iputauit dn̄s peccatū] p opis satisfactionē [nec est in spiritu eius dolus] .i. nihil dolose aut frauduleter agit vel in cōterendo: vel in confitēdo: vel in satisfaciendo. Sed

3 Quoniam tacui inueterauerunt ossa mea: † dum clamarem tota die.

3 † taceo mando me.

¶ Qm̄ [olim] tacui] cōfessionē pcti: scelus meū abscondēdo [inueterauerūt ossa mea. i. cōsumpte sunt vtutes aīe mee: qm̄ p malū qꝺ gessit nō apperit eas ēt q̄s hꝫ vtutes pdit. Unde tota virtus mea ꝛ interior fortudo defecit ꝛ mole vitiorum grauata in vetustate sua remāsit: qꝛ cōfitēdo nō amaui nouitatē. [dum clamarē tota die] .i. ꝯtinue pctm̄ defendēdo: aut de iustitia ꝛ meritis me iactādo: vel ex anxietate ꝛ timore diuine vindicte ꝛ punitionis ad dominum orando. Et quia tacuit vindicantē domini manum sensit. d.

4 Qm̄ die ac nocte grauata est sup me manus tua: ꝯuersus sum in erumna mea dum † ꝯfigit spina.

4 † ꝯfigetur.

¶ Qm̄ die ac nocte] .i. assidue [grauata est sup me man⁹ tua] idest ptās vindicte: vltrix supbie tribulationes mihi imittendo ad humiliandū me supbū. Quia ꝯfessione peccati noluit humiliari: humiliat⁹ est pōdere manus dei. Et iō subdit [cōuersus sum in erūna mea] .i. in cōsideratiōe mee miserie: qꝛ in assidua tribulatione flagelloꝝ tuoꝝ cognoui me miseruꝫ [dum cōfigit spina] mihi: scꝫ aculeus ꝛ stimulus ꝯsciētie peccatricis: idest dum cōpuncta est consciētia. Stultus in culpa redditur sapiēs in pena. Unde protinus ait.

5 Delictum meum † cognitum tibi feci: ꝛ iniustitiā meam non † abscondi.

5 † cognoui. † operui

¶ Delictū meū] scꝫ ꝙ faciēda dimisi [cognitū tibi feci] p verā cōfessionē [ꝛ iniustitiā meā] .s. ꝙ nō faciēda feci [non abscōdi] a te. i. nō operui: sed aperui vt tu operires: detexi vt tu tegeres. Peccatū qdē abscōdit oīno tacēdo: in pte excusando: verbis falsitatis tegēdo. Ut aūt dicit Isidorus. Sermo dei tanta dꝫ eē peccati recordatio vt ea que gessit semp lachrymans confiteatur. Pia itaqꝫ domini dispensatione factū est: vt quod pena peccati extitit hoc ipsum virtutis occasio fuerit. Unde ꝛ subiungit.

Isidorꝰ dictum.

6 Dixi † ꝯfitebor aduersuꝫ me † iniustitiā meā dn̄o: ꝛ tu remisisti ipietatem † peccati mei.

6 † pnūtiabo. † iniustitias meas. † cordis.

¶ Dixi] eni prius in corde vbi deus videt. i. deliberaui apud me ꝛ firmiter pposui hoc. s. ꝙ ego [cōfitebor] simul corde ꝛ ore [aduersuꝫ me] .i. nō deo: nō diabolo: nō nature: nō fato: nō fortune: sed mihi ascribēdo ꝛ in me referēdo: meqꝫ ipsuꝫ ꝛ nō aliuꝫ accusando. [iniustitiā meā dn̄o] .i. ad honoreꝫ dn̄i corā eius vicario [ꝛ tu remisisti] absqꝫ mora p grām tuā [impietatē peccati mei] quātū ad culpā. Cū agimus malū peccatum qdē est: cū aūt idipm̄ deo abscōdere volumus iam non solū peccatū est: sꝫ ēt ipietas peccati. vn̄ nō solū ei de⁹ qꝺ male gessit: sꝫ ēt qꝺ impie abscōderat dimisit. Et vide q̄ʒ velox sit dic mīa erga peccatorē: nōdum cōfitet vt audiat hō: sed cōfiteri pmittit qꝺ audit deus ꝛ votum pro cōfessione reputans dimittit. Magna pietas vt ad solaꝫ pmissionē dimiserit. votū enim pro opatione iudicat. Postea tn̄ si fieri pōt facienda est ministris ecclesie cōfessio: alioquin nō pdesset con

tritio:qꝛ nisi cõfiterer ex sua inobediẽtia dãnaretur.

7 Pro hac orabit ad te oĩs sanct⁹: i tpe opportuno.

¶ Pro hac]scz remissione faciẽda: vel[pro hac]impietate re/mittẽda[orabit ad te]o deus[oĩs sanctus]qꝛ nullus est sine peccato ẽt sctũs[in tpe opportuno].i. in hac vita in qua lz cõ/uerti. Tẽpus opportunũ est tps merẽdi.s. tps grẽ qḋ est totũ tps pñs quo semꝑ est orãdũ. Inter tpa merẽdi est optimũ ꝛ ꝑcipuũ tps sanitatis. Sed tps ꝑdimus tripl'r: vel violentis ꝛ importunis negocijs: vel voluptuosis operibus: vel desidio/sis negligentijs: per ista eripiuntur nobis tempora. Et lz sit modo tempus opportunum

Tẽpus op portunũ. Tps perdi mus 3ᵉ.

8 Verũtamen in diluuio aquarum multarum: ad eum non † approximabunt.

† appro/pinq̃bũt

¶ Verũtamẽ]o illi q sunt[in diluuio aquaꝝ multaꝝ].i. in cõ/cupiscẽtijs carnalib⁹[ad eũ].s. deũ[nõ approximabunt]sal/uãdi.s. sed elõgabũt. Vel[Verũm]si sic fecerit orãdo[in di/luuio]ꝛ inundatiõe[aquaꝝ multaꝝ]ꝛ tẽtationũ vehemen/tiũ supueniẽtiũ.i. lz abũdauerint tẽtationes tanq̃ inundatio/nes aquaꝝ multaꝝ: ipse tñ tẽtatiões[ad eũ].s. sanctũ sic orã/tem[nõ approximabũt]vt eũ superẽt ꝛ in pctm recidiuare faciãt: qꝛ cõuertet se ad dñm ꝛ orabit dicẽs. Quia peccata re/misisti in hoc diluuio quod vndiq̃ perstrepit.

9 Tu † es refugiũ meũ a † tribulatiõe q̃ circũdedit me: exultatio mea † erue me a circũdantib⁹ me.

† mihi † pssura † redime

Quoniā circūdederunt me].i. meos[mala quorum nō est numerus.]Apud doles inumera sunt peccata: innumerabi- les sunt negligētie ⁊ tentationes que vndiqȝ circundant: vn- diqȝ impediunt christi fideles[comprehēderunt]⁊ illaquea uerunt[me]ipso actu[iniquitates mee]quibus pressus ocu- lus mētis videre non pōt. vnde sequitur[⁊ non potui vt vi- derem]idest non potuerūt mei aliquo conatu efficere vt vi- derent ea mētis oculis: ⁊ intelligerēt in quanta cecitate eēnt. Intātū comprehēdunt nos iniquitates nostre vt etiam si ve limus euadere sine adiutorio nō valeamus. In tantā etiā ce citatē venimus vt nosmetipsos ignoremus: nec patrata ma la deprehēdimus. Ex amissione autē luminis creuit multitu do iniquitatis: ideo adiungit

Iniquitates in tantū cōp. chri- stianis.

17 **Multiplicate sunt super capillos capitis mei: ⁊ cor meum dereliquit me.**

Multiplicate sunt].s. iniquitates mee[super capillos ca- pitis mei]idest innumerabiliter ⁊ plus ꝙ scirem numerare. Caue ergo si vitasti grauia ne obruaris minorum peccatorū arena. Minima quidē videntur sed multa sunt[⁊ cor meū] idest ratio mea.[dereliquit me]hoc est virt⁹ cordis mei de- fecit ⁊ non est idoneum ad cognoscēdum se. Quotiēs mente vagamur, foris delectamur terrenis: ꝓpria nostra studia re- linquimus: atqȝ inania vel agimus: vel loquimur: vel cogita mus: totiens cor nostrum derelinquit nos. Quotiens non co- gitamus deum: vel ea que ad vtilitatem pertinent anima- rum: totiens amittimus cor nostrum. Congrue ergo sequi- tur hec oratio: qua dicitur.

Cor nrm quotiens nos dere- linquit.

18 **Complaceat tibi domine † vt eruas me: domi- ne ad adiuuandum † me respice.**

† pla- ceat. † erue † in † mibi

Complaceat tibi domine]quasi dicat in voluntate tua est: quia si vis potes[vt eruas me]idest corpus meum mysticū a tot ⁊ tantis malis ⁊ malorum perplexitatis. Unde ait: com placeat. non enim ex meritis sed solo beneplacito suo: sola gratia: sola bonitate sua iustificat deus hominem. Misere- tur nobis pius dominus qa ei sic placet: nō quia nos meru- imus[domine ad adiuuandum me respice]idest vt miseri- corditer respiciendo adiuues in bonis vt non tm̄ desistant a malo: sed etiam faciant bonum: respectus enim dei auxilius nostrum est. Me inquā respice. Econtra autem

Dei respe- ctus auxi- liū ē nrm.

19 **Confundantur ⁊ reuereantur simul: qui querūt animam meam vt auferant eam.**

Confundantur]confusione bona vt erubescant de malis ⁊ penitētiam agant ⁊ timentes[⁊ reuereantur]idest ex timore reuereri ⁊ reuerētiam habere cogantur[simul]mente ⁊ cor- pore[qui querant animā meam]idest vitam meam ⁊ meo- rum fidelium insidiando[vt auferant eam]interficiēdo: nō vt imitentur sed vt perimant: quod non possunt facere nisi te permittente. Multi quesierunt animam christi qui gaui- si sunt cum animam posuit: sed confusi cum eam recepit. Multi adhuc querunt corpus christi ⁊ animas perdere: qui aut modo penitendo confundentur: aut eternam confusio- nem postmodum patientur.

20 **Auertantur retrorsum ⁊ reuereātur: qui volunt mibi mala.**

† cō- uertant.

Auertantur retrorsum]⁊ sequantur per humilitatē: ⁊ obe- diendo qui preibant per superbiam: ⁊ trahendo[⁊ reuerean tur]idest timeant ⁊ honorent deum: ⁊ sic conuertantur a ma la volūtate[qui volunt mibi]⁊ meis[mala]me ⁊ meos per- sequendo: vel qui cum bene dicunt: tamen mala volunt non solum qui faciunt. Et qui bona dicit malo animo: ⁊ qui ma la dolose laudando: vterqȝ malus est ⁊ cauendus. Unde adhuc subditur.

21 **Ferant confestim confusionem suaȝ: qui dicunt mibi euge euge.**

Ferant]vt magnum pondus[confestim ne diutius ingra- uetur malum eorum.[confusioneȝ suam]vt cito redeant ad penitētiam[qui dicunt mibi euge euge]idest bene bene: gau- dentes de mea deiectione ⁊ insultantes irrisorie: vel applau- dentes mibi quasi bono animo adulatorie ⁊ dolose. In his tribus versibus notantur tria genera persecutorum. Primo illi qui aperta persecutione seruos dei conātur occidere. Ta les fuerunt illi qui comprehenderunt Jesum: ⁊ qui in cruce posuerunt eum. Secundo qui nondum persequuntur aper- te sed odium ⁊ inimicitias gestant in corde: ⁊ quandoqȝ si- mulationibus conantur decipere: quandoqȝ effrenantur in verba malitie. Tales fuerunt iudei aduersus dominū. Ter- tio illi qui deridere solent religionem ⁊ simplicitatem iusto- rum. Tales etiam fuerunt in passione christi. Isti omnes in ipsius corpore adhuc perseuerant. Sicut autem non se vin- dicauit de illis dominus sed pro eis orauit: sic nos non debe- mus de inimicis querere vltionē: sed humileȝ proferre ora- tionem quēadmodū ⁊ ipse nobis ꝑcepit: ita illi. Et econtra.

Persecu- torum tria genera.

Ultionem nō dēmus querere de inimicis.

22 **Exultent ⁊ † letentur super te omnes † querentes te: ⁊ dican[t] semper magnificetur dominus qui diligunt sa[l]utare tuum.**

† io- cūdentur † g te q- rūt dn̄e.

Exultent]exterius in corpore[⁊ letentur]interius in spiri- tu seu mente non in se nec in vanis rebus huius seculi: sed[su per te]⁊ in te: vt qui gloriatur, in domino glorietur.[omnes querētes]per fidem ⁊ dilectionem[te]principaliter non tua nisi propter te. Gemina merces nobis promissa est a domi- no scȝ imortalitas corporis atqȝ anime beatitudo propterea gemina exultatione precipimur gaudere cum dicitur exul- tent ⁊ letentur. Exultare enim ad corpus pertinet: letari vo ad animaȝ.[⁊ dicant]ore cordis ⁊ corporis[semper]tam in aduersitate ꝙ in prosperitate[magnificetur dominus]idest in laude magnus predicetur de bonis eius[qui diligunt salu tare tuum].s. me christum filium tuum quē misisti pro salu- te hominum: qui per merita sua saluari se non confidunt. Hoc illi de te dicant.

Exultare ad corp⁹ letari ad eius gaud.

23 **Ego autē † mendicus sum ⁊ pauper: dominus † sollicitus est mei.**

† egenus † curam. habebit.

Ego autem]in membris meis[mendicus sum ⁊ pauper] idest non est quod in me laudetur ex me. Mendici domini sumus: ad ianuam misericordie sue sedemus: mendicamus salutem

salutem nostram ⁊ clamamus. Adueniat regnum tuum: ⁊ da nobis panem nostrum: ⁊ libera nos a malo. Pauperes enim sumus nihil a nobis habentes, ⁊ nobis insufficientes. Et sequitur consolatio: sed [dominus sollicitus est mei] i. curam mei habet ministrans mihi ⁊ saluti mee necessaria. Ecce magna spes: si enim dominus est sollicitus nos securi sumus. Et conuertens sermonem ad dominum dicit

Adiutor meus ⁊ protector meus tu es: deus meus ne tardaueris.

24 ¶ [Adiutor meus] ⁊ cooperator in bonis ⁊ ad ea me promouendo. [⁊ protector meus] ⁊ liberator a malis ⁊ ab eis me preseruando [tu es] solus nō alius [deus meus ne tardaueris] mihi auxiliari ⁊ assistere in predictis: ⁊ fac ne diu sim in malis: sed cito subueniens presta auxilium ne deficiam in eis. Quādiu te non video: non possideo mendicus ⁊ pauper sum: nihil extra me mihi sufficit: tu expectatio mea noli morari vna hora desideranti ⁊ esurienti: lōga mora est deus meus ne tardaueris. Oro.

Expectatio morum vnica famulorum deus quē venturum in mundum caput libri principalis edocuit: insere precamur legem tuam in medio cordis nostri: vt tuas iustitias annunciantes ab imminētibus periculis eruamur. Per dominum.

¶ Psalmus de christo deo simul ⁊ hoīe credēdo sm̄ hūanitatē iniuriato ⁊ passo: ac p diuinitatē resuscitato ⁊ glorificato. Psal. XL.

1 **Beatus qui intelligit super egenum ⁊ pauperem: in die mala liberabit eum dominus.**

Auctor psalmi propheta Dauid. ¶ Titulus talis est. In finē intellectus filijs Chore. Hoc est intellectus psalmi huius tendens in finem: idest in christum: attribuitur filijs Chore idest filijs crucis qui christum ⁊ si pauperē ⁊ mortuum credunt: tamen non tm̄ hominem: sed etiam verū deū. Supra ergo ostendit ecclesiam expectasse ⁊ accepisse christum. hic monet omnes vt non tm̄ eum hominem credant: sz etiam deum. ¶ Materia. christus deus ⁊ homo ⁊ vtilitas promissa credentibus ipsum sm̄ humanitatem iniuriatum ⁊ passum: ⁊ per deitatem resuscitatum ⁊ glorificatum. ¶ Intentio. admonere nos credere christum mediatorē dei ⁊ hominū hoīez simul extitisse ⁊ deū. ¶ Sententia in generali. Propheta in isto psalmo agit de beatitudine credentium ⁊ confitentium christum verum deum esse: ac de eius passione ⁊ resurrectione. Et prius propheta in sua persona loquitur ⁊ post inducit christum loquentem ⁊ in membris ⁊ in se. ¶ Sententia in speciali. Ait ergo propheta. [Beatus qui intelligit super egenum ⁊ pauperem] scilicet christum: idest qui sic videt eū in habitu egeni ⁊ pauperis: ⁊ sic credit eum hominem vt etiā intelligat eundem esse deum. Potest etiam hoc referri ad mēbra christi super que intendendum est vt eis subueniatur: qd ⁊ ad christum pertinet qui dicit esuriui ⁊ sitiui, ⁊ nudus, ⁊ peregrinus, ⁊ infirmus: ⁊ in carcere fui. His gradibus pcedat christianus. Primo intelligat christum sm̄ hominem egenum ⁊ pauperem: ⁊ q pauperitas ⁊ infirmitas eius exemplum nobis tribuit humilitatis, patientie, obedientie, mansuetudinis, charitatis: ⁊ se ei in his conformet quantum potest. Deinde intelligat in christo super humanitatem ⁊ infirmitatem eius aliquid altius scz diuinitatem illius: ⁊ hoc per fidem: per dilectionem: per honoris exhibitionez. Secundo intelligat se egenum ⁊ pauperem per humilitatē. Tertio proximum per beneficij collationem. Et exponit beatitudinem subiungens huius intellectus fructum [in die malorum] scilicet in die ire ⁊ iudicij [liberabit eum dominus] ab omni malo, ⁊ a potestate diaboli, ⁊ transferet eum in libertatem glorie filiorum dei. Interim autem largiendo ⁊ alia beneficia

2 **Dominus conseruet eum ⁊ viuificet eum: ⁊ beatum faciet eum in terra: ⁊ non tradat eum in † animam inimicorum eius.** († manus inimici.)

¶ [Dominus conseruet eum] scilicet huiusmodi intelligentem inter pericula ⁊ tentationes huius laboriose vite: ⁊ non sinet eum perire: nec permittit tentari supra q̄ potest ferre. [⁊ viuificet eum] suo spiritu ⁊ gratia in interiori homine vt quotidie iustius ⁊ purius viuat in deo [⁊ beatum faciet eum in terra] hac: spirituales virtutes largiendo: ⁊ etiam in terra viuentium vbi est vera beatitudo [⁊ non tradat eum in animam] idest in voluntatem: ⁊ si in manus [inimicorum eius] corporalium ⁊ spiritualium vt scilicet possint eum facere suis iniquis voluntatibus obedire, vel aliquatenus consentire: hec optatio ⁊ oratio promissio est: ⁊ similiter que sequitur.

3 **Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius: † vniuersum stratum eius † versasti in infirmitate eius.** († totum † vertisti)

¶ [Dominus opem] sue gratie diuine [ferat] ⁊ det [illi] scilz intelligenti [super lectum doloris eius] idest super infirmitatez carnis que animam piam grauat ⁊ dolorem ei ministrat. In ea enīz animus pius gemit tanq̄ paralyticus in lecto: impius ibo gaudet ⁊ requiescit. Ferat inq̄ opem: eūz ne labatur subleuando: ⁊ vt quasi sanatus paralyticus portet lectum imperando carni non seruiendo. Sed vnde dolor exponit conuertens sermonem ad deum ⁊ dicit: quia [vniuersum stratum] ⁊ lectum [eius] scilicet hominis idest omnem sensualitatē que in paradiso erat substrata rationi ac lectus leuitie ⁊ quietis [versasti] idest versari permisisti per contraria vt modo repugnet ⁊ dolores inferat ⁊ hoc [in infirmitate eius] scilicet hominis. i. propter infirmitatem ⁊ peccatum quando infirmatus est preuaricando. Sciens ergo homo se pati hic propter peccatum conuertat se ⁊ dicat

4 **Ego dixi domine miserere mei: sana animaz meā quia peccaui tibi.**

¶ [Ego dixi] scilicet confitendo peccata mea: non abscondi ea: non tacui confessionem: o [domine miserere mei] ita scilicet [sana animam meā] scilicet auferendo ab ea peccati sui reatum: quia nullo modo excuso peccatum: sed accuso dicens [quia peccaui tibi] idest coram te vel contra te ⁊ rationem tibi redditurus de peccato. Vere humilitatis iudicium est culpam suam recognoscere atq3 eandem voce confessionis aperire. Ideo precipit dominus vt peccata nostra sacerdotibus confiteamur vt videlicet confitēdo humiliemur: ⁊ vt per humilitatis meritum percipiamus remissionem peccatorum. (Humilitatis iudicium.) O beata confessio quanti per te mundantur: sanantur: iustificantur. Deinde loquitur in persona christi: quasi dicat. Talia dicunt amici. Sed

5 **Inimici mei dixerunt mala mihi: quando morietur ⁊ peribit nomen eius.**

¶ [Inimici mei] scilicet iudei me hominem tm̄ non deum esse credentes [dixerunt mala] ⁊ falsa [mihi] idest de me scilicet hec [quando morietur] iste qui predicatione ⁊ miraculorum operatione totum mundum trahit post se [⁊ peribit nomen eius] de terra vt nullus eum confiteatur ⁊ deleatur eius memoria: nec sit de eo fama. Hec dixerunt quia tediosus ⁊ grauis erat eis ad videndū. Hec specialiter de christo dicta sunt: sed ⁊ de membris dici possunt: nam ⁊ hodie sit tribulatio vt nomen christi extinguatur: sed post mortem suam ⁊ suorum magis creuit ecclesia ⁊ admirabile factum est nomen eius. Et non solum aperti inimici: sed etiaz qui simulabant se amicos esse: dixerunt mala. vnde sequitur.

† in- 6 Et † si ingrediebatur vt † videret vana † loquebatur: cor † eius † congregauit iniquitatē sibi.

gredie-bantur. † viderent. † locutū est. † corum † cōgregauerūt.

¶ Et si ingrediebatur]aliquis fraudulentus ⁊ insidiator scilz iudas[vt videret]idest exploraret quid posset reprehendere ⁊ accusare non quid posset imitari.[vana loquebatur cor eius]cogitando ⁊ tractando de mea morte: ⁊ sic[cōgregauit] ⁊ cumulauit[iniquitatē]parans calūniaz quam ibi debebat deponere: ⁊ hoc[sibi].i.in malum ⁊ damnum suum: qui sibi nocet non mihi. Melius eniz ei erat si natus non fuisset. Uel [vana].i.ficta[loquebatur]ore: ⁊[cor eius congregauit iniquitatem sibi]cogitans insidias. Et quia intrauit vt exploraret ⁊ mala in corde concepit

† egre- 7 † Egrediebatur foras: ⁊ † loquebatur in idipsuz.

diebant. † loquebantur.

¶ Egrediebatur foras]ad iudeos ⁊ contrarios vt fieret apertus inimicus[⁊ loquebatur in idipsum]scz vanitatis ⁊ iniquitatis: idest falsa ⁊ vana que gestabat in corde. Uel[in idipm] idest vno consilio ⁊ vna conspiratione cuz contrariys tractando de mea venditione ⁊ morte. Quod passum est caput: patiuntur ⁊ membra. Tales eniz multi inueniuntur intra societatem fratrum qui appetunt explorare defectus aliorum ac cogitantes ⁊ loquentes praua congregant iniquitatem sibi: ⁊ ad detrimentum suum si id quod inutile ⁊ vanum est cor nostrum delectabiliter meditatur idipsum ⁊ lingua nostra libēter loquitur. Si vis scire de fratre quale cor habet attende: vnde libentius ⁊ frequētius loquať. Ex abundātia eni cordis os loquitur. Egressus iudas locutus est ad iudeos. Sed qd illi

Fris cor qño cognoscere potes.

8 Aduersum me susurrabant omnes inimici mei: aduersum me cogitabant mala mihi.

¶ Aduersum me susurrabant]inuicez in auribus de me murmurando non audētes consilia detegere qui socij sunt in scelere: quasi diceret que aduersa ⁊ nociua mihi erāt secretis cōsilijs ⁊ cogitationibus exquirebant[omnes inimici mei]scilz scribe ⁊ pharisei ⁊ alij[aduersum me cogitabant mala mihi] idest deliberauerunt in cogitatione quod malū mihi inferre possent: ⁊ si quis amplius alio inueniret: mala dico ſm qd intendunt cum potius sibi mala essent. Et tandem

† dispo- 9 Uerbum iniquum † constituerunt aduersuz me: nunquid qui dormit non adijciet vt resurgat:

suerunt. aduers°.

¶ Uerbum iniquum constituerunt]⁊ cōfirmauerunt[aduersum me]qz ordinauerunt me occidi: ⁊ mortuuz in sepulchro custodiri. Ipsi ita: sed nunquid qui dormit]⁊ moritur sponte ⁊ voluntate[non adijciet].i.apponet vel addet morti sue[vt resurgat:]propria virtute ⁊ potestate.q.d.qui habet potestatem ponendi animam: nonne habet ⁊ resumendi eam: Non eni mortuus est necessitate vel inuitus: sed spōte dormit cito euigilaturus: nec mirū si iudei inimici talia faciebāt ꝯtra me

† ecce 10 † Etenim homo pacis mee in † quo speraui qui edebat panes meos: † magnificauit super me † supplantationem.

enim. † quem. † ampliauit. † calcaneum.

¶ Etenim]etiā[hō pacis mee]scilicet iudas cū quo pacē habebam: ⁊ qui se pacificuz simulabat[in quo speraui]ſm estimationem hominum: vel de quo ostendi q̄ in eo confiderez cōmittens ei custodiā loculorum[qui edebat panes meos] mecum in mensa cū alijs discipulis[magnificauit]idest magnificam fecit[super me supplantationem]⁊ deceptionem: quasi maiorem se faciens me: contēpsit ⁊ vilificauit me tanq̄ conculcandū ab eo: ⁊ calcare me voluit tradendo me iudeis vt essem totaliter deiectus ⁊ conculcatus per mortem. Sed quicquid cogitauerunt proditor ⁊ persecutores

† red- 11 Tu autem domine miserere mei ⁊ resuscita me: ⁊ † retribuam eis.

dā illis.

¶ Tu autez dn̄e]deus pater vel tota trinitas[miserere mei] idest fac mecum ſm misericordiam tuam: in hoc scilz[⁊ resuscita me]a morte animam corpori reuniendo ⁊ non dimittēdo animam meam in inferno: nec corpus in sepulchro. Christus vt homo petit qui vt deus facit qđ petit[⁊ retribuā eis] penas debitas pro cōmissis in presenti: vt locum ⁊ gētē amittentes dispergantur: ⁊ in futuro vt ſm merita recipientes dānentur. Qui vere faciet: quia

In hoc cognoui quoniam voluisti me: quoniam non gaudebit inimicus meus super me. 12

¶ In hoc]scilicet[quoniam voluisti me]: idest q̄ semper acceptus voluntati tue placui tibi[cognoui]⁊ fiduciam habui [quoniam non gaudebit inimicus meus]scilicet populus iudaicus[super me]quasi me superato.i.q̄ me resuscitabis vnde non gaudebunt: sed potius dolebunt. Gauisi enim sunt de morte: ⁊ tristati de resurrectione. Uel[In hoc cognoui]experimento[quoniam voluisti me].i.diligis me[quoniam non gaudebit inimicus meus super me]non resuscitato.i.quoniā resuscitabis me. In hoc enim q̄ resuscitat apparet patris dilectio. Deinde affirmat quod orauit dicens.

Me autem propter innocentiam suscepisti: ⁊ cōfirmasti me in conspectu tuo in eternum. 13

¶ Me autem]flagellatum sine merito: occisum sine debito [propter innocentiam].i.propter meritum innocentie vite ⁊ imunitatem a peccato[suscepisti]sanandum sicut medicus egrotum[⁊ confirmasti me] dando immortalitatem ⁊ impassibilitatem [in conspectu tuo] idest in maiestate ⁊ diuinitate tua: vel in presentia tua[in eternum]vt vltra non moriar qui in conspectu hominum: ⁊ ad tempus infirmasti me prius. Uel[suscepisti]in resurrectione de morte ad vitam[⁊ confirmasti me]gloria imortalitatis[in conspectu tuo]mansurum tecum. Et inde laus tibi ⁊ gratiarum actio. vn̄ sequiť

Benedictus dominus de⁹ israel a seculo ⁊ in seculum: † fiat fiat. 14

† ⁊ ab omnibus.

¶ Benedictus]⁊ laudatus sit[dominus deus].i.tanq̄ dominator ⁊ creator[israel]idest videntium eum per fidem ⁊ credentium videre illum per speciem qui intelligunt filiuz eius deum esse ⁊ hominem[a seculo].i.ex quo omnia inceperunt [⁊ in seculum].i.vsqz in seculum futurum: vbi iam oīa eterna sunt[fiat fiat]hec scilicet laudatiua benedictio ab omnibus: quia hec repetitio ⁊ geminatio confirmatio est: ⁊ ostendit hoc ab omnibus esse faciendum. In hebreo autem habetur amen amen: qđ importat veritatem ac fidelitatem ⁊ confirmationem.

Oratio.

Nostrorum peccaminuz mitis indultor eterne de⁹: qui indignanter insinuas effugere diem malum si misericordia subsequatur egenum: fer opem questuum doloribus nostris: vt dum carnalia delicta clementer arguis: medicinā anime placabiliť largiaris. Per do.

¶ Psalmus de ardenti ⁊ feruenti desiderio diuine visionis: ac tedio ⁊ tristitia dilationis ꝓpter morā pn̄tis pegrinatiōis. Psal. XLI.

Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te deus. 1

Auctor psalmi ꝓpha Dauid. ¶ Titulus talis est. In finez intellectus filijs Chore. Hoc est intellectus huius psalmi attribuiť filijs Chore.i.crucis ⁊ chri: directis in finē.i.ad sūmā btitudinē puenire desiderātibus. Hic.n.psal. cōuenit oībus christianis flāma diuine charitatis accensis: ⁊ deū ardēter desiderātibus. Jam ergo fidelis nō solum credēs chrm esse deū (vt supra monebať) sz etiam intelligēs q̄ non

sint condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam que reuelabitur in nobis hoc intellectu se consolatur: quatenus sic speret in deo in sua peregrinatione vt eum videre mereatur in peruentione: patriam desiderans ⁊ miserias huius seculi deplorans. ¶ Materia. ardens ⁊ feruens desiderium summi boni ⁊ diuine visionis: ac tedium ⁊ tristitia dilationis. ¶ Intentio. monere nos presens seculum relinquere ⁊ aduersitates huius vite non timere: ac feruenti animo deum desiderare: ⁊ celestia sola appetere. ¶ Sententia in generali. Propheta in isto psalmo loquitur in persona perfecti ⁊ deuoti considerantis miseriam presentis vite: ac totis precordijs suspirantis de presenti seculo nequam eripi: ⁊ ad celestem patriam peruenire habentis cum Paulo desiderium dissolui ⁊ esse cum christo. ¶ Sententia in speciali. ostendens ergo desiderium suum ait. [Quemadmodum] i. quam ardenter [desiderat] ⁊ festinat [ceruus] serpente perempto ⁊ consumpto venire [ad fontes aquarum] propter sitis refrigerium [ita] consumptis vitijs [desiderat] ardenti desiderio amplius quam ante [anima mea] venire [ad te deus] qui es fons aquarum irriguus: vnde omnia bona fluunt te sitientibus: vt te videre mereatur: ac per claram visionem ⁊ plenam fruitionem tui satietur. Deinde conuertit se ad auditores vt admoneantur ⁊ edificentur dicens.

† fortem ⁊ | al. parebo.

Sitiuit anima mea ad deum † fontem viuum: quando veniam ⁊ † apparebo ante faciem dei.

¶ Sitiuit] i. summe desiderauit [anima mea] venire [ad deum fontem] vel fortem [viuum] Deus est fons viuus: fons indeficiens: vel fortis ⁊ viuus. i. incorruptibilis ⁊ immortalis [quando] ergo [veniam] quando finietur peregrinatio mea: quasi diceret: cupio dissolui. Hoc ait ex magnitudine desiderij: quia quod citius est deo, tardum est hominis desiderio [⁊ apparebo] quia tunc ⁊ nos apparebimus qui modo latemus [ante faciem dei] quia tunc videbimus eum sicuti est. Interim autem

3 † cum

Fuerunt mihi lachryme mee panes die ac nocte: † dum dicitur mihi quotidie vbi est deus tuus?

¶ Fuerunt mihi lachryme mee] non amaritudo que peccantem absorbet: sed [panes] i. refectio ⁊ consolatio spiritualis: quia afflictionibus erudit christianus: ⁊ sicut corpus cibatur ⁊ satiatur pane: ita anima eius lachrymis [die ac nocte] i. semper ⁊ continue: siue in prosperis ⁊ aduersis: quasi diceret pro dilatione visionis semper vixi in luctu ⁊ lachrymis nullam aliam recipiens consolationem: [dum] idest quia [dicitur mihi quotidie] improperando ab inimicis deum visibilem colentibus [vbi est deus tuus?] vt subueniat tibi. Possunt ⁊ predicta conuenire cathecumino vel penitenti sicut perfecto ⁊ iusto. Ceruo enim comparatur quilibet fidelis: quia ceruus senio aggrauatus excrescentibus pilis ⁊ cornibus serpentem haurit naribus: quo absorpto veneno estuat: vnde ad fontem bibendum ardentissime anhelat: quo hausto cornua ⁊ pilos deponit. Ita cathecuminus vel penitens veneno vitiorum a terra contractorum se estuare cognoscens fontem baptismi vel penitentie desiderat vt ibi vitiorum pilos ⁊ superbie cornua deponat: ⁊ sic reiuuenescit factus homo nouus. Sicut etiam ceruus serpentem tractum interimit: quo interempto fontem causa bibendi querit: ita perfectus ⁊ iustus consumptis in se vitijs ⁊ peccatis fontem contemplationis vbi reficiatur concupiscit. Omnes tamen ad eundem tendunt fontem. i. ad christum qui est fons aquarum viuentium. Unde dicit cathecuminus vel penitens. [Quemadmodum ceruus] tracto serpente [desiderat] venire [ad fontes aquarum] vt reiuuenescat [ita desiderat anima mea] tractis vitijs peruenire [ad te deus] vt per te deponam omnem vetustatem peccati: ⁊ in nouitate reformer spirituali. Ideo [Sitiuit anima mea ad deum fontem] vel fortem [viuum] quia erit mihi indeficiens refrigerium vel releuatio multarum miseriarum [quando veniam ⁊ apparebo ante faciem dei] scilicet ante faciem gratie: sicut perfectus in suis ante faciem glorie. [Fuerunt mihi lachryme mee panes die ac nocte] quia semper est mihi dolor vt in hac vita quam nocte ac die variatur: sed ille dolor me reficit propter spem venie que consolatur: quia ex fide spero remissionem peccatorum [dum dicitur mihi quotidie vbi est deus tuus?] cur non subuenit tibi in pressura tua?

4 † meditatus. † super. † ingrediar.

Hec † recordatus sum ⁊ effudi † in me animam meam: quoniam † transibo in locum tabernaculi admirabilis vsque ad domum dei.

¶ Hec recordatus] vel meditatus [sum] scilicet has irrisiones ⁊ vbi sit deus meus [⁊ effudi in me animam meam] idest relictis exterioribus dilataui eam ad intelligendum ⁊ attingendum deum [quoniam transibo] vel ingrediar per consustrationem ⁊ contemplationem fidelium ⁊ sanctorum [in locum tabernaculi] scilicet ecclesie militantis [admirabilis] in profunditate fidei: in altitudine spei: in latitudine charitatis: idest in presentem ecclesiam: extra quam si quis querat deum errat: que est quedam imago ⁊ species future hierusalem: que dum videtur amplius illa desideratur: ⁊ sic perueniam mente [vsque ad domum dei] eternam in celis vbi inuenitur deus. Sed quomodo perueniam?

5 † soni festiuitatem celebrantis.

In voce exultationis ⁊ confessionis: † sonus epulantis.

¶ In voce exultationis] i. ineffabilis gaudij [⁊ confessionis] idest laudis eterne que deo decantatur ab angelis que vox est [sonus epulantis] i. sonantium epulantium. i. de eterna refectione gaudentium: quasi diceret captus suauitate laudis angelice que iam suscipit mentem: ⁊ ductus summa mentis dulcedine illuc perueniam. De illa enim eterna ⁊ iocunda festiuitate sonat nescio quid canorum ⁊ dulce auribus cordis: ⁊ mulcet aures sonus festiuitatis illius: ⁊ rapit ceruus ad fontes aquarum: si tamen non perstrepat mundus ambulanti in hoc tabernaculo: ⁊ mirabilia dei in fidelibus consideranti.

6

Quare tristis es anima mea: ⁊ quare conturbas me.

¶ Quare] ergo [tristis es] o [anima mea] scilicet pars inferior [⁊ quare conturbas me] rationem ⁊ intellectum tu sensualitas dolorem mihi ingerendo ⁊ gaudium meum interrumpendo. Increpat enim superior pars anime partem inferiorem. q. d. o anima mea cum iocunda videas: cum de deo non dubites quem presentis: nihil est in mundo quare hoc facere debeas. Ecce iam quadam interiori dulcedine letati sumus: ecce acie mentis aliquid incommutabile perspicere potuimus quare adhuc tristis es tantam expectans beatitudinem. Et quasi responderet illi anima eius in silentio: ideo te conturbo: quia nondum ibi sum ⁊ adhuc concutior scandalis ⁊ tentationibus. Dat inter hec mala ratio consilium. d.

7 † deis † non est.

Spera in † deo quoniam † adhuc confitebor illi: salutare vultus mei ⁊ deus meus.

¶ Spera] interim [in deo] ⁊ habitans in spe per patientiam sustine: ⁊ consolationem recipe [quoniam adhuc] etsi non modo plene sed solum in spe: tamen in futuro [confitebor illi] in re continue cum beatis confessione laudis diuine quando videbo eum sicuti est dicens sic: [salutare] i. vera salus anime mee a quo scilicet non a me est salus mihi. [vultus mei] idest ex forma mea quam assumpsisti: quia homo vt ego: ⁊ etiam [deus meus] idest creator meus tu es, ⁊ non alius. Ipse enim saluator noster homo est ⁊ deus. Uel sperare potes quoniam confitebor in presenti idest de peccatis penitentiam agam vt tibi non obsistam. Hec autem conturbatio est ex nobis seu nostro vitio ⁊ defectu: vnde sequitur

8 † turbata. † memoratus sum † iordanis. † paruo.

Ad meipsum anima mea † conturbata est: propterea † memor ero tui † de terra iordanis ⁊ hermonijm a monte † modico.

¶ Ad meipsum] vel a meipso [anima mea turbata est que nisi carnis vitia essent tranquilla permaneret: vnde ad meipsum

referendum idest meo vitio est retorquendum. Uel[ad meipsum anima mea]relata[conturbata est:que ad deuz relata reficiť nō est mihi firmitas in me:ideo nūq̄ psumā de me sz spabo in deo. Et q2 hanc zturbatione fecit supbia[pptera] vt pfoleť[memor ero tui]orte festinādo ad te q excludis oia mala: ꝛ pro qbus sit memor dei subdit scilz[de terra iordanis].i. q2 in baptismo peccata remisisti: ꝛ me humiliando terram fructiferaz fecisti. Iordanis enim qui interpretatur descensio siue humiliatio: significat baptismū in quo humiliati lauanť ꝛ fiunt terra fructifera[et]memor ero tui[de hermonyim]scz[a monte modico].i. quia fecisti me mihi displicere ꝛ diabolo abrenūciare ac montē ꝛ in virtutibus altū: ꝛ tamē modicum ꝛ humilē. Hermonyim eniz paruus mōs est iuxta iordanē scz quidā tumor: ꝛ collis montis hermon: ꝛ interpretatur anathematiçatio: horum memor malis nō turbať. Descende ergo vt eleueris: noli extolli ne elidaris. Anathematiça teipsum displicēdo tibi vt placeas deo: ac diabolum ꝛ vitia abrenūciādo eis. Et nota congruā coniūctionē iordanis ꝛ hermonyim ꝛ mōtis modici. Nemo enim currit ad remissionem peccatoꝝ quasi ad iordanē nisi qui sibi displicet: ꝛ qui se fatetur peccatorē qd̄ sonat hermonyim: ꝛ nemo confitetur se peccatorē nisi qui se humiliat: qd̄ notať in monte modico: de terra ergo iordanis ꝛ hermonyim dei reminiscitur: quia in eo qd̄ ab elatione descendit: ꝛ semetipsum despicit diabolūq3: ꝛ vitia excludit ad conditoris sui memoriam reuocatur. Et debeo sic esse memor tui. nam ad hoc

Iordanis ad iterpretatur: ꝛ qd̄ significat.

Hermonyim est mons.

9 **Abyssus abyssuz inuocat: i voce catharactaꝝ tuaꝝ.**

¶ Abyssus abyssum inuocat].i. euangeliū ꝛ lex in hoc concordant: q2 duo testamēta que ppter pfunditatem intelligentie dicunť abyssus: quoddā sibi mutuo adiumētum cōferūt. Ueteris enim est pphetia noui qd̄ annūtiat: ꝛ nouū veteris est expositio qd̄ in testimoniū vocat: ꝛ hec inuocatio fit ꝛ pbať[in voce]ꝛ testimonio]catharactarū tuarū].i. per doctrinam ꝛ predicationē pphetarum ꝛ apostoloꝝ tuoꝝ hoc hominibus denūciantiū. Catharacte eni pprie dicunť fenestre terre seu aqueductus vnde ebullit aqua: vel fenestre seu nubes: vnde pcedit pluuia. Unde dicit Hugo q catharacte sunt vie subterranee per quas fluūt aque: ꝛ dicunť trāslatiue in celo meatus pluuiarum catharacte. Tales sunt sancti pphete ꝛ apostoli a quibus manant dei fluenta ꝛ pfluit nobis vera doctrina. Audita autem doctrina ꝛ predicatione

Catharacte q̄ dicūr.

† oēs 10 † **Oia excelsa tua ꝛ fluctus tui: sup me † trāsierūt.**

† suspēsiones tue.

† ingressi sunt.

¶ Omnia excelsa tua].i. omnia iudicia tua alta inuestigabilia [ꝛ fluctus tui].i. cōminationes tue terrētes ꝛ tundentes que sibi continenť[super me trāsierūt].i. superauerūt me: ac in imo diuerserūt ꝛ humiliauerūt sed tamē trāsierūt. Uel ideo etiā merito memor ero tui: q2[Omnia excelsa ꝛ fluctus tui]qui erāt[sup me].i. maior ꝛ minor pena que me superabāt[transierunt]ꝛ quieuerūt: recessit ira: venit misericordia: trāsierūt fluctus: venit trāquillitas: vbi abūdauit peccatū superabūdauit grā: q2 in ira sua nō ɔtinuit miās suas deus. vn̄ ꝛ subditur

11 **In die mandauit dominus misericordiam suaz: ꝛ nocte canticum eius †.**

† declarauit.

z. Cor. 6.

¶ In die].i. in tēpore psperitatis ꝛ gratie. Unde scriptuz est. Ecce nūc tēpus acceptabile: ecce nūc dies salutis.[mandauit dn̄s misericordiā suā].i. fecit nobiscū misericorditer. Sed q2 ꝛ dies habet noctē ꝛ gratia tribulationē: omnes enim qui volunt pie viuere in chro psecutionē patiunť. ideo[ꝛ in nocte] tribulationis mādauit[cāticū]laudis[eius] Canticū enim in nocte est laus dei ꝛ gloriatio in tribulatione. Uel ideo etiam memor ero tui: q2[In die].i. in psperis[mādauit dn̄s]ꝛ docet[miaz suā]ꝛ vult se pdicari misericordē: q2 liberat de tribulatione[ꝛ nocte].i. in aduersis mādauit[cāticū eius].i. precipit exultare in ipso. Sed quia dūz tribulamur periclitamur

Canticum in nocte quid est.

nō solū laudare deum nos oportet: sed etiā orare: ideo subdit

Apud me oratio deo vite mee: dicaz † deo susceptor meus es.

12 † solo

¶ Apud me].i. in me ꝛ mecū[est oratio]in tribulatione imolāda[deo vite mee].i. que sit deo q prestat mihi vitā ꝛ presentem ꝛ eternā. q. d. intus me habeo qd̄ offerā: ꝛ vnde deuz placem nō extra querā: nec de longinquo afferā. Hoc pōt veraciter dicere qui intimo archano cordis sui deū orat non qui mēte extra vagať: ꝛ qd̄ dicit nō intelligit. Et in ipsa orone[dicā deo]quasi gratias agēdo[susceptor me⁹ es].i. me infirmū suscepisti ad curandū. Uel[susceptor meus es]ad ptegēduz ne in tribulatione succumbam. Iterū aūt infirma anima videns se inter tentationes tribulari gemēdo conqueritur. d.

Quare oblitus es mei ꝛ † quare contristatus incedo: dum affligit me inimicus.

13 † vt quid.

¶ Quare]ergo[oblitus es mei]in miserijs me relinquendo. Sic eniz laboro quasi tu oblitus sis mei: videť obliuisci dn̄s seruos suos qn̄ eos pmittit affligi tentationib⁹ ɔcutit: nec eos cito exaudiuit: nō visibiliter adiuuat[ꝛ quare ɔtristatus]fm sensum carnis que horret has difficultates[incedo]ad te per viā huius vite[dū].i. q2[affligit me]tentādo ꝛ tribulādo interius ꝛ exterius[inimicus]visibilis ꝛ inuisibilis scilz diabolus: hereticꝰ: tyrānus: falsus frater: mūdus ꝛ corp⁹. q. d. vtinā liberes me ne sic affligar. Ideo autē dicit q̄re: q2 nescit aliqs vtrū h patiať ad pbationē siue ad dānationē. Affligit iqnā ꝛ

Dum † confringuntur ossa mea: exprobrauerūt mihi qui tribulant me † inimici mei.

14 † cōfringit.

† al. non habet.

¶ Dum cōfringunť ossa mea].i. virtutes in qb⁹ ɔsistit robur mētis que aliquādo turbanť ex afflictionibus: tūc quasi ossa franguntť dū virtus patiētie vel quelibet alia affligiť ꝛ torpescit: tūc inquā vltra afflictionē etiaz[exprobrauerūt mihi qui tribulant me inimici mei]scz demones ꝛ hoīes mali qui sunt eorum ministri exultantes ꝛ me irridētes. Unde in alio psalmo dicitur: qui tribulant me exultabunt si motus fuero. Et subiungit quomodo exprobrauerunt.

Ps. 12.

Dū dicūt mihi per singulos dies vbi est de⁹ tu⁹: quare tristis es anima mea ꝛ quare ɔturbas me.

15

¶ Dum dicūt].i. dicentes[mihi per singulos dies].i. assidue [vbi est deus tuus]tētātes me in despationē inducere de tua visione: hoc maxime in tentationibus ecclie dicit fidelibus. Quasi dicerēt nullus est deus tuus: ꝛ non apparet q habeas deum cū te nullus defendat: vel te liberare nō curat vel non potest. Et q2 ppter hoc anima turbata est: ꝛ talis tentatio est simpliciter repellēda: ideo subdit[quare tristis es aia mea] per dolorē[ꝛ quare ɔturbas me]per desperationē ppter tales tētatiōes. Et ne dicas iō ɔturbor q2 hic mala patior: sz potiꝰ

Spera in † deo quoniam adhuc cōfitebor illi: † salutare vultus mei ꝛ deus meus.

16 † dn̄o

† salus.

¶ Spera]interiz[in deo]expectādo liberationē[qm̄ adhuc] post istas tribulationes[cōfitebor illi]in futuro ɔfessiōe laudis ɔtinue cū ad sui ɔspectū adduxerit vultū meū dicēs ei[salutare vult⁹ mei ꝛ de⁹ me⁹]tu es ꝛ nō ali⁹. De hoc vide supra. Repetit hic ipsam ɔfessionē ꝛ spei ɔfirmationē: q2 repetita cōfortatio est cōtra tribulationes ꝛ tētatiōes frequētes. Oro.

Ultus nostri mirificū salutare: quē anime fideliū ardēter sitiūt seruuloꝝ tribue: vt dum te visibili lachrymarū imbre pasci regrimus: inuisibilr te intra pectoris nr̄i tabernaculū collocemus. Per dn̄m.

¶ **Psalmus ɔtra pssuras seculi: ne deficiam⁹ in eis: neq3 retrahāt nos a deo: ac de separatione iustorum a prauis ꝛ hic ꝛ in futuro.** Psal. XLII.

IUdica me deus z discerne causam meam de gente non sancta: ab homine iniquo z doloso erue me.

Auctor psalmi pphета David. ¶ Titulus hic est. In finez psal. David. Hoc est psalmus iste dirigens nos in finem idest in christũ conuenit david. i. iusto ex societate prauoꝝ z miserijs huius vite afflicto: qui hic loquitur z gemens inter malos petit ab eis separari. Qui ergo supra se ɔsolatur p spē quā habet in deo hic cōquerēs de pmissione maloꝝ pcat ab eis separari nūc aio z in futuro z loco. ¶ Materia. separatio iustoꝝ a malis hic in causa: futuro aūt separatio z loco z psona. ¶ Intētio monere vt iudiciū z separationē maloꝝ appetamus: z ne in pressuris deficiamus: sed in dño speremus. Seipm eni ɔfortādo intēdit ɔfortare z debiles quosqz suo exēplo. ¶ Ex his patet snia in gñali. Nā pphеta in isto psal. in psona iusti pcat non pcā sua discuti qd piculosuz est: sed cām suā ab impijs separari vt possit cū electis sociari. Qui eni a malis h in cā discernit securus esse pōt qz in extremo iudicio tot' z corpe z aia separabit. ¶ Snia in spāli. vidēs g nūc malos cū bonis corpore volēs ab eis separi nūc aio z postea loco exclamat. [Iudica me de'] q iustus es z misericors: z determinat qualr accipit nomē iudicij cū di. [z discerne] h si nō locuz saltē cām meā] z merita que sunt causa vite [de gēte nō sancta] qd qsi expanēs subdit [ab hoīe iniquo] .i. a pctōre manifesto z q apte malum facit [z doloso] .i. insidiatore occulto z q latēter decipe querit: z hec est gens nō sancta [erue me] h in pñti ne ab eis corrūpar. Uel de futuro tpē accipiēdo petit cām sue retributionis separi ab impijs: vt hedis ad sinistrā positis ipse sit ad dexteram cum electis: z debes hoc facere.

Quia tu es deus † fortitudo mea: † quare me repulisti z † quare tristis incedo dum affligit me inimicus.

Quia tu es] o [deus fortitudo] z virtus [mea] qua opus est vt inter hec scādala. i. a te est z depēdet mea fortitudo q p me infirmus z fragilis sum z nō sufficio: nō de virib' meis psumo: nec aliūde hic aliquā fortitudinē nisi a te solo z totā spē meā in te pono [quare] ergo [me repulisti] dimittēdo me in afflictione cū sis fortitudo mea. Nunqd inualida est manus tua [et] etiā [quare tristis incedo] z ambulo p hāc miseriā: qz periclitor z nondū vici eā [dū affligit me inimicus] diuersis temptationibus. Ac si optando diceret vtinam vlterius affligi nō permittas. Ut autem excludatur inimicus

Emitte lucem tuam z veritatem tuam: ipsa me deduxerunt z † adduxerunt in montem sanctum tuum z in tabernacula tua.

Emitte lucē tuā z veritatē tuā] .i. aufer tenebras z da lucez: aufer errorē z doce veritatē. Nisi eni nos illumines in tenebris sumus: nisi nos veritatē doceas errabimus: z quasi iam ipetrasset qd orauit subdit [ipsa] scz lux z vitas tua [me deduxerūt] ab errore z iniqtate ne aberrarē de lata z spatiosa via que ducit ad mortē ne perirē [z adduxerūt] p fidē charitate formatā [in mōtē scm tuū] .i. in pfectionē z eminētiā virtutum [z in tabernacula tua] .i. in vnitatē z societatē sctōꝝ scz in presentē ecclesiā. Tabernacula eni sunt pegrinātiū z militātiuz: z nos hic pegrinamur a dño z militamus aduersus diabolū. Non ait tabernaculum: sed tabernacula: qz multe sunt cōgregationes iustoꝝ: z in multis locis seruit dño militia chrīana.

4 Et introibo ad altare dei: ad deum qui letificat iuuentutem meam.

Et ibi positus [introibo ad altare dei] scz [ad deū] vidēdū [q letificat iuuētutē meā] nūc p spūs renouationē me veterē hoiem exuēdo z nouū induēdo / z in futuro me iuuenē faciēs z inouatū: deposita oi vetustate letificabit dādo imortalitatē z ipassibilitatē. Altare eni dei est ipse fili' dei. Ad hoc aūt altare introim' mō p fidē: postmodū introibim' p speciē. Et in h altari mō offerim' deo pri vota z sacrificia cor ɔtritū z humiliatū orōnes z pces postmodū repulsa omni tristitia in eodem altari in ipsa diuinitate sacrificium tm̄modo offerimus laudis z nō orōnis. Sed ad illā laudem quisqs puenire appetit prius oportet vt hoc inchoet. Ideo subdit.

Confitebor tibi in cythara deus meus: † quare tristis es anima mea: z † quare conturbas me.

Cōfitebor tibi] .i. laudabo te z grās agā tibi [in cythara] .i. in tribulatiōe o [deus] o deus p creationē [de' me'] p speciales vocationē. Cythara ab inferiori reddit sonū sicut psalteriū a superiori. Qui ergo pcepta dei facit z nō patit in psalterio cōfitet: q vo facit z patit (qd qdē ex inferiori nā est in cythara) ɔfitet. Dicit g ɔfitebor tibi in cythara: pter illud quod dixerat. Quare tristis icedo dū affligis me inimic'. Patiebat eni ex inferiori afflictione z in eo ipso volebat placere deo: z gestiebat grās agere fortis in tribulatiōib' [quare] ergo [tristis es aia mea] in tāta spe posita [z quare cōturbas me] obnubilās serenitatē interni gaudij mei. q. d. ne hoc facias: sz potius

Spera in † deo quoniam † adhuc confitebor illi: salutare vultus mei † z deus meus.

Spera in deo] nō in te: expecta patiēter dñm remuneratorē z cōsolare [qm] iā ɔfessus in tribulationibus [adhuc] post has miserias [cōfitebor illi] laude ɔtinua cū electis: modo cōfiteor afflictus: futurū est vt adhuc ɔfitear renouatus z letificatus. Et hec est z erit mea ɔfessio. s. [salutare vultus mei] qz me saluasti [z de' me'] qz me creasti. Et hec est magna cā sperādi: q saluator me' est vult' mei. i. hns vultū meuz: formā meā: z p me est hō factus z ipse est de' me'. Orō.

TE fontem perpetui luminis omnipotens deus inuocamus: z quesumus vt emissa veritate tua cordibus nostris noue nos lucis claritate pfundas. Per.

Psalmus de psperitate tēporali patrū veteris testamenti: z de grauitate tēporalis afflictionis fidelium testamenti noui. Psal. XLIII.

DEus auribus nostris audiuimus: patres nostri annunciauerunt nobis.

Auctor psalmi ppha David. ¶ Titulus talis est. In finē psal. filijs Chore ad intellectū. Et est sensus psalm' ille dirigēs nos in finē. i. i christū vel in eternitatē: attribuit seu pponit filijs Chore. i. passiōis z sctis martyrib' ad intelligēdū. i. vt itelligāt cur deus videt fideles noui testamēti derelinquere tpalia subtrahēdo z affligi pmittendo: cū pres antiquos iuuerit in manu valida: z eis apposuerit tpalia: qd ideo facit de' vt cōtēnāt tpalia z desiderēt eterna: z vt sciāt p tpalia bona data antiquo pplo signata esse spūalia bona que iā dant chrīano pplo z pleni' dabunt in futuro. Et est ille psal. ɔfortatio z ɔfirmatio infirmoꝝ. Fideles. n. q supra gemūt iter malos nūc vt ɔsolent z patiētias habeāt mouent vt intelligāt nos hic vocari ad agonē nō ad securitatē: in futuro vo ad coronā: nō hic psperandū sz tribulandū: in futuro vo gaudēdū. ¶ Materia. pspitas tpalis patrū veteris testamēti z tribulatio fidelium testamenti noui. ¶ Intētio. nos inuitare ad patiētiā z ɔsolationē in tpalib' tribulationib' hndā: ac monere ad ɔtēptū terrenoꝝ z appetitū celestiū. ¶ Snia in gñali. Propheta in isto psalmo in persona cuiuslibet fidelis z iusti in afflictione mentis vel corporis positi z spāliter in psona martyrū imitatoꝝ chrī recolit bñficia z bona pplo antiq exhibita: z explicat mala q nūc fideles sustinēt i hac vita: petitqz a malis ipis liberari misericor-

Dei filius altare est dei.

Cythara ab inferiori reddit sonum.

Via que ad mortē ducit lata est.

dis ⁊ virtute diuina. ¶ Snia l spāli. Propheta ergo in psona fideliū ⁊ martyrū recolit preterita dicēs. [Deus auribꝰ nr̄is] .i. audiēdi ⁊ cordis [audiuimꝰ] .i. cognouimꝰ ⁊ intelleximus. Audire eni auribꝰ est ad plenū audire vt ⁊ cor intelligat. Unī ⁊ dn̄s in euāgelio. Qui hz aures audiēdi audiat. Multi eni habēt aures carnis nō cordis: qa exterius audiūt intus nō recipiūt. Nā [pr̄es nr̄i] q noluerūt nos decipere. s. pr̄iarche ⁊ prophete nō qlibet homines [annunciauerūt nobis] per scripturas suas ⁊ in libris autēticis. Et quid annunciauerunt?

Audire auribus quid est. Luc. 8. a.

2 **Opus quod operatus es in diebus eorum: ⁊ in diebus antiquis.**

¶ Opus] scz miraculosuz [qđ opatus es in diebꝰ eoꝝ] vt est eductio de egypto: p mare traductio: custodia in deserto ⁊ in terrā pmissionis inductio ⁊ cetera talia. [⁊ in diebus antiqs] scz opus qđ fecisti in exordio de creatione celi ⁊ terre de his que contigerūt ante diluuiū que oia spūalr implentur in nobis. Et hoc est opus quod fecisti in diebus eorum: quia

† infirmasti. 3 **Manus tua gentes disperdidit ⁊ plantasti eos: † afflixisti populos ⁊ expulisti eos.**

¶ Manus tua] .i. virtus ⁊ potētia [gentes] terre promissionis [disperdidit] morte ⁊ aliis modis [⁊ plātasti eos] scz pr̄es nr̄os in eadē terra firmādo habitationē eoꝝ [illa sicut in terra firmat plāta que ad hoc plantat vt radicet ⁊ fructificet. Nota ex hoc ordine qꝫ priꝰ nālīter remittunt pctā qꝫ infundat grā: iuxta illō. Egressus vitioꝝ virtutis opat ingressuz. Disperdio eni gentiū signat extirpationē vitioꝝ: plātatio patrū infusionez ⁊ ɔseruationē virtutū. Et hoc factū est nō facile imo prius [afflixisti] p multa bella [pplos] q ibi erant [et] sic [expulisti eos] de terra sua. Cū mlta difficultate sūt electi: ⁊ te opz cū mlta difficultate inolitam malitiā vincere: vix enim dediscit vitiū cui aliquis assueuit. Hec itaqz tu fecisti non patres nostri.

Pctā prius nālīr remittunt qꝫ grā infundat.

† nō 4 † Nec enim in gladio suo † possederunt terram: ⁊ brachium † eorum non † saluauit eos.

† hereditate. † ipsorū † saluos fecit.

¶ Nec eniz in gladio suo] .i. in virtute armoꝝ suoꝝ pr̄es nostri [possederūt terrā] illā [⁊ brachiū eoꝝ] .i. fortitudo nālis ⁊ robur [nō saluauit eos] de manibꝰ inimicoꝝ. q. d. Nec p se habuerūt terrā: nec per se sunt saluati. Si eni seipsos nō potuerūt saluare ab illis gētibus: multo minus cōstat vt ppria virtute terrā illoꝝ potuissent possidē. Brachiū inqꝫ nō saluauit eos.

5 **Sed dextera tua ⁊ brachium tuuz: ⁊ illuminatio vultus tui: quoniam complacuisti in eis.**

¶ Sed dextera tua] .i. ppitiatio ⁊ fauor grē tue [⁊ brachium tuū] .i. potētia tua ⁊ fortitudo quaz eis dedisti [⁊ illuminatio vultus tui] .i. claritas ⁊ manifestatio p̄sentie tue certis signis ostēsa: scz miracula que erāt eis demōstratio patiētie tue. Talibus eni signis eis affuisti vt effectu signoꝝ tuā p̄ntiā isinuares: ⁊ hoc fecisti nō meritis suis: sz [qm̄ cōplacuisti] tibi: ⁊ placitū tuū collocasti [in eis] .i. ex beniuolētia tua: qꝛ placuit tibi vt illis hoc faceres: ⁊ qꝛ ita bene fecisti illis patribus: corporaliter: spero qꝫ similiter mihi facias spiritualiter. Nam

6 **Tu es ipse rex meus ⁊ deus meus: qui mandas † salutes iacob.**

† salutē.

¶ Tu es ipse] nō mutatus q hoc illis fecisti, es [rex meꝰ] ⁊ rector regēs me spūalr sm̄ bonos mores ⁊ virtutes [⁊ deꝰ meꝰ] creator ⁊ ɔditor quē adoro ⁊ colo: tu me soles ducere vt rex: tu mihi soles subuenire vt deꝰ. [q mandas] fieri [salutes] corporales [iacob] .i. illi pplo antiquo descēdenti de iacob. Et p salutaria mādata tua spūalr saluas eos q luctant ⁊ vitia supplantāt. q. d. tu es vnꝰ ⁊ idē modernoꝝ ⁊ antiquoꝝ fideliū: ⁊ ideo que illis tūc tpaliter fecisti hec nobis ⁊ cuilibet fideli luctatori ⁊ supplantatori vitiorum spiritualiter facies: ⁊ sicut illos iuuisti ita ⁊ nos. vnde sequitur.

7 **In te inimicos nostros ventilabimus † cornu: ⁊ in nomine spernemus insurgētes in † nobis.**

† tal. nō habet. † nos.

¶ In te] p pugnatore nr̄o ⁊ per te oēs [inimicos nr̄os] scz carnē, eiꝰ voluptates fugiēdo: mūdū, eius vanitates cōtēnendo. diabolū, eius tētationibus resistēdo [vētilabimus] .i. pijciemus ⁊ dispergemus sicut paleā a granis separātes [cornu] .i. tua virtute seu fortitudine ⁊ defensione non nr̄a [⁊ in noīe tuo] christiano a te nobis dato: vel in nois tui inuocatione [spnemꝰ] idest suppeditabimus ⁊ pro nihilo reputabimꝰ aduersarios [insurgētes in nobis] idest contra nos: ⁊ nos impugnātes. Et bene dico in te ⁊ in nomine tuo.

8 **Non enim in arcu meo sperabo: ⁊ gladius meus non † saluabit.**

† saluuz faciet.

¶ Non eni in arcu meo sperabo] .i. in puidentia ⁊ prudentia mea humana: vel in calliditate ⁊ occulta defensione. Arcꝰ eni a lōge trahit ⁊ occulte ferit. Et quasi in arcu suo spat q prudētie sue innitit ⁊ in sensu suo cōfidit [⁊ gladius meus] .i. fortitudo mea ⁊ violēta defensio [nō saluabit me] sed tu. Sicut ⁊ patres nr̄i nō sperauerūt nec saluati sunt in suo arcu vel gladio. Singulariter loqtur ppter humilitatē qꝛuis in psona pluriū vel eccl̄ie loquat. Hec sunt duo in qbus valde ɔfidunt hoies seculi, scz in calliditate ppria ⁊ virtute. Sed ille totam saluationem suam in deo ɔstituit. vnde subiungit

Arcꝰ a lōge trahit ⁊ occulte ferit.

† **Saluasti enim † nos † de affligentibus nos: ⁊ † odientes nos confudisti.**

9 † saluos. † fecisti. † ex. † eos qui oderunt

¶ Saluasti eni nos] .i. saluabis. vbi p̄teritū pro futuro ponit: qꝛ iā certū est quasi iā factū sit. [de affligentibus nos] modo ppter te scz ab inimicis visibilibꝰ ⁊ inuisibilibꝰ q nos hic affligūt. [⁊ odiētes nos] .i. in odio nostro pseuerātes [cōfudisti] idest cōfundes: ⁊ erubescere facies qñ dānabunt ostēdendo eis mala que fecerunt: dāna bonorum que amiserunt: penas eternas quibus puniendi sunt. Confusis autem inimicis

In deo laudabimur tota die: ⁊ in nomine tuo cōfitebimur in † seculum.

10 † secula.

¶ In] te [deo laudabimur] nō arrogātes de glīa: qꝛ tu es laꝰ ⁊ glīa nr̄a [tota die] .i. i ppetuitate q nō est īterpollata noctibꝰ: sz tota ē dies. Tūc. n. erit vnꝰ dies cui nūc succedit nox: vna eternitas tūc erit laꝰ vniuscuiusqz a deo [⁊ i noie tuo. i. ad honorē nois tui. [ɔfitebimur] tibi ɔfessione laudis [i seculū] .i. sp ⁊ sine fine. hoc est: laudabimus te q es gloria nostra: laudabimꝰ ergo ⁊ laudabimur nos in te: ⁊ tu in nobis. Ita ergo fecisti antiquis in preterito: ⁊ ita facies nobis in futuro.

Nunc aūt repulisti ⁊ confudisti nos: ⁊ non egredieris deus in virtutibus nostris.

11

¶ Nūc aūt] in hoc tpe meo [repulisti nos] .i. videris repulisse p hoc qꝫ pmittis nos affligi [⁊ cōfudisti nos] in facie inīquoꝝ qbus hic habemur opprobrio tanqꝫ frustra i te sperauerimꝰ [⁊ nō egredieris] vlteriꝰ o [deꝰ] euidēter. i. nō videris egredi manifestus: ⁊ apparere [in virtutibus nr̄is] ostēdēdo tuā presentiā in virtute ⁊ fortitudine nr̄a ɔtra hostes sicut olim pr̄ibꝰ faciebas: in hoc tpe ad exercitationē repellimur ⁊ confundimur vt in eternū glorificemur: nūc nō egredieris in virtutibꝰ nr̄is vt nos in posterū perpetua virtute corrobores.

Auertisti † nos retrorsuz † post inimicos nostros: ⁊ qui oderunt nos diripiebant sibi.

12 † aūt † pre inimicis nostris.

¶ Auertisti] .i. auertī pmisisti [nos retrorsuz post inimicos nostros] vt nos vinctos post se trahāt: vt illi sint ante: nos retro; vt illi victores: nos victi deputemur. [⁊ q oderūt nos diripiebant] nos tanqꝫ in predā [sibi] alios trahētes: alios flagellantes: alios in carcerem mittentes: alios occidentes: alios diuersis tormentis vexantes. Hoc contra illos qui de claustro reuertunt ad seculum: quos demones faciunt sibi predam.

13 Dedisti nos tanq̃ oues escarum: ꝛ in † gentibus dispersisti nos.

Dedisti nos [persecutorib⁹ ad interficiendū vel feris ad vorandū hoc est viliter occidi permisisti] tanq̃ oues escarū [que interficiunt vt ab hoibus vel lupis deuorent.] ꝛ in gētib⁹ dispersisti nos [.i. dispergi permisisti p captiuitatē ꝛ vēditionē vt nos in seruitutē redigerēt: ꝛ ad tēpus dominarent nr̄i. In gētibus etiā dispsi sunt qr̄ Petrus rome crucifigit: ꝛ Thomas in India moritur: ꝛ innumeri martyres per innumera loca occidunt.

14 Vendidisti populum tuum sine precio: ꝛ nō fuit multitudo in † cōmutationibus eorum.

¶ Ascendisti in altum] q.d. dn̄s est in eis per gratiam: hāc autem vt dares [ascendisti] o christe [in altum] loco ⁊ dignitate sciꝫ super oēs celos ad dexteram patris: ⁊ [cepisti] prius ꝙ ascēderes [captiuitatē] .i. illos qui in limbo captiui tenebantur eos tecum ad celestia deducēdo. Uel [cepisti captiuitatem] .i. genus humanum qd̄ diabolus per peccatū captiuauerat redemisti: ⁊ sub te feliciter captiuasti: ⁊ [accepisti] a deo patre ⁊ a tota trinitate [dona] ⁊ charismata spiritalium gratiarum [in hoībus] per fidem ad te accedētibus postmoduꝫ refundenda ⁊ eis donāda: accepit vt hō: dat vt deus: ⁊ qd̄ accepit hoībus accepit vt det. Ipse eniꝫ plenus est ⁊ nihil indiget. Et vere cepisti captiuitatē ⁊ accepisti dona in hoībus.

† qui non credunt. 20 **Etenim † nō credentes: inhabitare dn̄m deum.**

¶ Etenim] accepisti [non credētes inhabitare dominū deuꝫ] idest vt hoīes prius non credētes in vnum deuꝫ habitētur ꝑ eum. Non credētes ipsi sunt captiuitas: non credendo enim possidebantur a diabolo. Fides eos inde liberauit: ⁊ per dona spiritussancti factū est vt iam credētes inhabitētur a deo facti domus dei: ⁊ currus dei milium letantiū. Isti sunt quos feliciter captiuauit: ⁊ currū suum fecit. Ergo q2 christus ascēdit in altum ⁊ quo precessit faciet nō sequi ꝓpheta: qua hec predicta canebat in spiritu ca preuidens impletus ⁊ ipse leticia eructauit hymnum dicens.

† de die in diem † sanitatū nr̄aꝝ. 21 **Benedictus dominus † die quotidie: prosperuꝫ iter faciet nobis deus † salutariū nostrorum.**

¶ Benedictus] sit [dn̄s] creator a creatura [die quotidie] .i. ꝑ singulos dies assidue: ⁊ iugiter laudetur a fidelib⁹ vsqꝫ in fineꝫ: q2 quotidie captiuos captiuat vt ipse eos possideat: ⁊ q2 currum illum duci vidit in finē: sciꝫ in eternū addit [prosperꝫ iter] eundi ad se [faciet nobis] qui currus eius sumus [deus salutariū nostroꝝ] .i. auctor saluationū nr̄arū: q2 ipse iter nostrum dirigit ad salutē ⁊ ab ipso saluamur. Et bene dixit pluraliter salutariū: q2 de ꝗtis peccatis ⁊ periculis nos liberat, tot salutes nobis donat: ⁊ q2 duplex est salus .s. gratie ⁊ glorie q.d. faciet nobis cursuꝫ vite ꝓsperū cū sit dux salutaris.

22 **Deus noster deus saluos faciendi: ⁊ domini domini exitus mortis.**

¶ Deus] inquā [noster] nō cuiuscunqꝫ preter quē alium nescimus est [deus saluos faciendi] .i. ipsius solius nos est saluos facere: q2 nullus fit saluus nisi per eū: ex eo enim est salus hominū: perditio aūt ex malitia eoꝝ [et] ipsius [domini dn̄i] est facere [exitus mortis] .i. facere exire ⁊ declinare a morte culpe ⁊ gehēne: vel ne occurreret cogitationi: cur ergo morimur si per eius gratiā saluamur ꝯtinuo subiecit [⁊ dn̄i dn̄i exitus mortis] .q.d. nō mireris nec indigneris si tu moreris sed patienter fer mortē: q2 ⁊ domini domini q fuit sine peccato fuit exitus mortis: ⁊ per morteꝫ ab hac vita: hec autem repetitio domini domini significat vtrāqꝫ eius naturam. Et lꝫ humilis mortuus sit: vel lꝫ saluos faciat

con- q̄ssabit. 23 **Uerūtamen deus † confringet capita inimicoruꝫ suorum: verticem capilli perambulantium in delictis suis.**

¶ Uerūtamen] ne mala superboꝝ ⁊ pertinaciuꝫ credas impunita idem [deus cōfringet] ⁊ cōquassabit: vel hic vt humilientur vel in futuro vt damnentˀ [capita] .i. superbiā [inimicoꝝ suoꝝ] sciꝫ maloꝝ hominum cōfringet etiam [verticē capilli] .i. elationem ⁊ superbiam cogitationis: sicut enim capilli adherēt capiti: sic cogitationes menti [perambulantiuꝫ] .i. ꝑseueranter ambulantiuꝫ ⁊ ꝑseuerantium [in delictis suis] ⁊ ruentium de vitio in vitium: seqꝫ extollentiuꝫ in peccatis in quibus deberēt humiliari dicētes. Deus propitius esto mihi peccatori. Quosdā ergo cōfringet: quosdam etiā ad se conuertit: ita ꝙ alios faciat martyres: alios xp̄o predicatores. Et ad hoc cōfirmādum itroducit dn̄m loquētem sic.

24 **Dixit dominus ex basan † conuertam: conuertaꝫ in profundum maris.** *† cō- uertar.*

¶ Dixit dn̄s] .i. firmiter disposuit ego [cōuertā] per gratiam hoīes [ex basan] qd̄ interpretatˀ cōfusio vel siccitas: hi sunt q de peccatis cōfunduntˀ ⁊ pro eis orant: vel tanꝗ sicci ⁊ inopes iustitie imbrē gratie desiderant: qa tales ad se dn̄s cōuertit: ⁊ [conuertā] submersos [in profundum maris] .i. maloꝝ vel in profundum malū [maris] .i. seculi istius: scilicet eos qui in profundis vitiis ⁊ peccatis positi ac pondere peccatoꝝ pressi sunt desperatissimi. Que conuersio ꝙ perfecta sit insinuat propheta cum ad deum verba conuertendo subiungit. Ita inquit conuertes eos o deus

Basan cōfusio interpretatur.

25 **† Ut intingatur pes tuus in sanguine: lingua canū tuorum ex inimicis ab ipso.** *† te*

¶ Ut intingatur pes tuus in sanguine] .i. vt qui prius erāt inimici intātū proficiant vt inter mēbra tua fiant pes tuus portando ⁊ predicādo te ⁊ euangeliū tuū per mundū: ita cōstanter ⁊ audacter ꝓ amore tuo suū sanguinē fundere nō metuāt [⁊ lingua canū tuoꝝ] .i. eoꝝ ipsoꝝ qui vsqꝫ ad sanguinē sunt certaturi fiet ⁊ erit [ex inimicis] q2 ꝑ cōuersionē ex inimicis fient amici ⁊ canes fideles pro domo dn̄i latrantes cōtra inimicos: ⁊ hoc tn̄ bonum erit [ab ipso] .i. deo .i. ab eius gratia ⁊ mīa nō a seipsis vbi secundā ꝑsonā mutat in tertiā. Intingetˀ aūt pes tuus nō sine exēplo: q2 te vidēt ꝓcessisse. Nam

26 **† Uiderunt ingressus tuos deus: † ingressus dei mei regis mei qui est in sancto.** *† visi sunt gressus tui. † gressus*

¶ Uiderunt ingressus tuos] o [deus] qualiter ingressus es in hunc mundū: qualiter icarnatus: qualiter occisus: q̄liter exaltatus: ⁊ glorificatus: hec gratia in veteri testō latebat, nō ꝓx: viderunt ergo ⁊ crediderūt atqꝫ eosdē gressus ꝓut potuerūt imitādo secuti sunt [ingressus] inquā [dei mei] creatione [⁊ regis mei] gubernatione [q est] ⁊ habitat tn̄ [in sancto] templo suo .i. in sanctis ꝭꝫ illud Apostoli. Tēplum dei sanctū est qd̄ estis vos: nō enim habitat deus in corpore subdito peccatis: sed in eo cuius cōscientia sancta est ⁊ pura. Ad hos ergo ingressus insinuandos: ⁊ vt isti gressus viderentur.

i. Cor. 3.

27 **Preuenerunt principes cōiuncti psallentibus: in medio † iuuenculariū timpanistriarum.** *† adolescētulaꝝ*

¶ Preuenerūt ꝓncipes] .i. ꝓmitiui apostoli qb⁹ sup ecclesiaꝫ datus est ꝓncipat⁹ q sicut ꝓncipes ⁊ magistri ꝓuenerūt alios cōuertēdos, ⁊ meritis, ⁊ dignitate in tpe ꝓmo nascētis ecclesie annuntiātes nouū testamētū vt populi sequerentˀ: nec soli venerūt: sed [cōiuncti] ⁊ associati [psallētib⁹] .i. subditis minorib⁹ qui laudes dei sonāt bene operādo ad gloriaꝫ dei: de quoꝝ bonis operib⁹ tanꝗ visibilib⁹ organis glorificatˀ de⁹: qui nunquā secuti fuissent nisi illi verbo ⁊ exēplo ꝓcessissent. Qui principes tanꝗ ministri ⁊ ꝓpositi sunt [in medio iuuencularū] .i. ecclesiarū que adhuc erant nouelle sicut primitiue ecclesie: ipsarū dico [tympanistriarū] .i. deū laudantiū carne mortificata ⁊ domita corio siccato ab humore peccati ⁊ extēso a ruga duplicitatis: tympanum enim fit de corio siccato ⁊ extenso: propter hec omnia o fideles.

† do 28 **In ecclesijs bñdicite † deo: † dño de fontib⁹ israel.** minum. † deo.

℄ In ecclesijs] vbi est locus benedicẽdi non alibi nec in alijs cõuẽticulis: q2 qui extra ecclesiã sunt deũ digne laudare nõ possunt he sunt iuuencule tympanistrie [benedicite deo] qui nos creauit cui debet latria: deo dico [dño] qui nos regit cui exhibẽda est dulia: benedicite dico vos: scꝫ potati vel haurientes [de fontib⁹ israel] .i. de aplis ꝛ doctrina eoꝝ quos chrs de israel prius elegit vt fontes faceret: benedicite inq̃ꝫ vt etiam ad eorum imitationeꝫ predicetis. Et hec inceptio ecclesie dilatetur ꝛ heretici destruantur.

Deo debetur latria.

† ado 29 **Ibi beniamin † adolescẽtulus: in † mentis excessu.** lescẽtior † extasi.

℄ Ibi] .i. iter fontes vel i ecclesijs est [beniamin] .i. apls Paulus de tribu beniamin [adolescẽtulus] iuuẽtute grẽ: q2 nouissime assumptus oium aploꝝ nouissimus ꝛ ad literã in conuersione sua iuuenis fuit: qui factus est [in mẽtis excessu] mẽte scꝫ alienata a sensibus corpis: cũ vsqꝫ ad tertiũ celũ rapef ꝛ videret archana ꝛ audiret vba ineffabilia. Ibi etiam sunt

30 **Principes iuda duces eorũ: principes zabulon † ꝛ principes neptalim.**

† alia lrã nõ hꝫ et.

℄ Principes iuda] .i. cõfessionis [duces eoꝝ] qui in ecclesijs sunt ꝛ bñdicũt deũ [principes zabulon] .i. fortitudinis [ꝛ pricipes neptalim] .i. dilatationis. Juda eni interpretat cõfessio. zabulon habitaculũ fortitudis: neptalim dilatatio mea. Que diuina verissimos nobis insinuãt pncipes ecclꝛiaꝝ dignos dicatu ac imitatione ꝛ honoribus: q2 martyrib⁹ ꝯueniũt qui in ecclesijs locũ sũmũ tenẽt: atqꝫ apice scẽ dignitatis excellũt. In martyrio nãqꝫ prima est confessio ꝛ pro illis q̃cq̃d acciderit sequẽs tolerãdi assumit fortitudo. Deide post oia tolerata finitis angustijs latitudo consequit in premijs. Per quas noĩuꝫ interptatiões signant ẽt tres ṽtutes: q2 ꝯfessio est in fide: fortitudo in spe: latitudo in dei ꝛ pximi charitate: vt dicãtur ẽt pncipes fidei spei ꝛ charitatis: q2 in cõfessione fidei firmi: spe robusti: ꝛ charitate dilatati. Deinde tanq̃ꝫ accepta gratia loquens in persona primitiue ecclesie subiungit.

Zabulon quid interpretatur.

† vir 31 **Manda deus † virtuti tue: cõfirma hoc deus qđ operatus es in nobis.** tuté tuã.

℄ Manda] o [deus] opus tuũ [virtuti tue] .s. spũisancti docẽdo per pdicatores [cõfirma] o [deus] iuuãdo per grãꝫ [hoc] scꝫ opus fidei [qđ opatus es in nobis] icipiẽdo ꝛ fidei fundamẽta ponendo: grãm quã dedisti ecclesie tue auge ꝛ perfice manda dicendo: confirma perficiendo. Jube qđ vis: fac qđ iubes: quod si feceris fiet quod sequitur.

† scõ 32 **A templo † tuo † in hierusalem: tibi offerent reges munera.** † qđ est.

℄ A tẽplo tuo] qđ est [in hierlm] terrestri incipiẽdo vbi chrs frequẽter docuit ꝛ fides originẽ habuit: indeqꝫ ad alios puenit vel [a tẽplo tuo] nõ aliũde qđ est [in hierlꝫ] celesti que est ꝛ tẽplũ a quo descẽdit oẽ datum optimũ ꝛ pro quo sit omne opus bonũ [tibi offerẽt reges] terreni vel spirituales sibimet ipsis regnãtes [munera] .s. seipsos siue laudis sacrificia ꝛ virtutũ opa. Sed q2 bonis obstrepunt heretici subdit.

† ca 33 **Increpa feras † arundinis: cõgregatio thauroꝝ † in vaccis populoꝝ: vt † excludant eos qui probati sunt argento.** lami † inter vaccas † exclu dant hi.

℄ Increpa feras arũdinis] .i. hereticos qui dicunt fere: q2 dilaniãt aĩas simplices sicut fere oues: ꝛ arũdinis seu calami: q2 scripturas puertũt que calamo sũt. Uel q2 leues sunt ac mobilis ꝛ instabilis ṡmonis. Uel q2 sunt iter eos q sicut arundinetũ oi vẽto doctrine mouent: q2 [ꝯgregatio thauroꝝ] .i. supboꝝ indomite ceruicis. s. hereticoꝝ est [in vaccis pploꝝ] .i. inter eos quos inueniunt quasi vaccas. s. simplices ꝛ lasciuas animas que facile audiendo seducũtur ꝛ sequũtur [vt excludant eos] s vaccis [qui pbati sunt argento] .i. erudití diuino eloquio. i. bonos doctores. Hec est enim hereticorum intẽtio de quibus hereticis: ne preualeant postulat.

† **Dissipa gentes que bella volunt: venient legati ex egypto: ethyopia preueniet manus eius deo.** 24 † dispergere

℄ Dissipa gẽtes] .i. hereticos ꝛ eis ꝯsentiẽtes ac quoscũqꝫ christiane fidei inimicos: quos vocat gẽtes pp sectaꝝ nõ familiarũ gñones vbi series successiõis ꝯfirmat errorẽ. [q̃ bella volũt] q2 nõ correctiõi: sꝫ ꝯtẽtioni studẽt ꝛ regnũ chri dissipare affectãt. vide ordinẽ. Pri⁹. n. sũt icrepãdi postea icorrigibiles dissipãdi: ne colloquẽdo inalescãt: ꝛ ẽt icarcerãdi vt vel sic resipiscãt. Et h fiet: q2 [veniẽt] ad chrm tanq̃ꝫ dona ferẽtes fidẽ credẽtiũ [legati] .i. pcones ꝛ pdicatores recõciliatiõis sua legatione fungẽtes [ex egypto] .i. ex synagoga que erit in tenebris: ꝛ [ethyopia] .i. gẽtilitas magna in pctis [deo] credẽs ꝛ fide herẽs [pueniet] ꝛ antecedet p ꝯuersionẽ ꝛ ꝯfessionẽ [man⁹ eius] .i. dei vindictã ne i pctis remanẽs puniat: ꝛ ita ex iudeis ꝛ ex gentibus futuros precones veritatis pphetat per quos deus hereticos dissipabit. Et q2 ita est vt diximus: ergo

Regna terre cantate deo: psallite domino. 35

℄ Regna terre] .i. habitantes in omnibus regnis terre ꝛ homines de omni genere terre [cãtate deo] voce ꝛ corde ipsuꝫ deuote laudãdo qui vos creauit [psallite dño] bona opatiõe qui in oẽs vos ptãtem habet. Non vnũ regnum: non vnã gẽteꝫ tm̃ inuitat ad laudẽ dei. Neminé eni vult misericors de⁹ perire: sed omnes ad cognitionem sui nominis venire. Et vt magis ad laudandum deum excitet: ꝛ quantus sit ille qui laudandus est cõmendet replicat dicens.

Deus neminẽ vult perire.

Psallite deo qui ascẽdit sup celũ † celi: ad oriẽtẽ. 36 † celorum.

℄ Psallite] inquã [deo] .i. chro deo dico [q ascẽdit] ṡm q homo non ṡm q de⁹ pri est equalis [sup celũ celi] .s. celũ empyreũ cuiuslibet celi ꝯtẽtiuũ. i. sup oẽs celos ꝛ excelsiores creaturas ad dexterã pris. s. vt nihil supra se habeat nisi illuꝫ qui creauit illũ [ad orientẽ] .i. de mõte oliueti q est ad orientem respectu hierusalem: ꝛ sic etiã ipsum locũ expressit vnde ascẽdit. Uel [ad oriẽtem] .i. vsqꝫ ad equalitatẽ patris a quo genitus est. Et quia ad iudiciũ iudex vẽturus est subditur

Ecce dabit † voci sue vocem virtutis/date gloriã deo super israel magnificentia eius: ꝛ virtus eius in nubibus. 37 † vocẽ suã.

℄ Ecce] qui ascẽdit [dabit] in iudicio [voci sue] scꝫ voci tube [vocem virtutis] .i. efficaciã resuscitãdi oẽs mortuos q prius vt agnus sine voce coram tondente se siluit: voce enim domini: tunc vox virtutis dabit: cũ illud qđ precipitur efficitur: ꝛ ideo [date gloriam deo super israel] .i. voce ꝛ corde ostendite deũ esse gloriosum super eos qui sunt spũaliter ꝛ vere israel: quia iam nõ erit cõmistio maloꝝ cum bonis: ꝛ tunc erit] magnificentia eius ꝛ virtus eius in nubibus] quãdo videbũt filium hominis venientẽ in nubibus cũ potestate magna ꝛ maiestate ꝛ virtutes celorum mouebuntur. Et tunc

Mirabilis deus in sanctis suis: de⁹ israel ipse dabit ṽtutẽ ꝛ fortitudinẽ plebi sue: bñdictus de⁹. 38

℄ Mirabilis de⁹ in sanctis suis] erit quãdo per sanctos suos cum quibus veniet mundũ iudicabit qñ iusti fulgebũt sicut sol in regno patris eoꝝ: quãdo ipse de⁹ erit oia in oibus: bene aũt subdit [deus israel] q2 tũc nomẽ ipsuꝫ qđ interpretat videns deũ verissime implebit: ꝛ tũc vere ois homo erit israel: q2 videbimus deũ sicuti est [ipse dabit virtutẽ] resurrectiõis [ꝛ fortitudinẽ] imortalitatis. Uel [ipe dabit ṽtutẽ] quãtũ ad aĩaꝫ faciẽs eã diuinã ꝛ beatã: ꝛ fortitudinẽ quãtũ ad corp⁹ faciens illud incorruptũ ꝛ eternum [plebi sue] .i. sibi vsqꝫ in finem famulanti: nunc fragili ꝛ infirme. Ergo [benedictus] sit [deus] pro tantis beneficijs suis ꝛ donis. Oratio.

Dominator dñe qui iustis spũale epulum tribuis & facis eos in letitia delectari: concede gregi tuo mortem tuã intelligere: teqz triumphatorem mortis sedentem ad dexteram patris confiteri. Per dñm.

Psalmus de orõne chũi ad patrẽ pro auxilio & liberatõe in sua vehemẽtissima passiõe: ac de adversarioꝝ delectiõe & punitiõe. Psal.LXVIII.

†intro- ierunt.

Salvum me fac deus quoniam † intraverunt aque vsqz ad animam meam.

Auctor psalmi ꝑpheta David. Titulus talis est. In finẽ pro his q cõmutabunt ipsi david: hoc est psalmus ille convenit ipsi significato David: idest christo qui hic loquitur & dirigit nos in finem. i. in seipsuz. psal. inquã habitus pro his exhortãdis qui cõmutabunt: vel pro his. i. de his. i. de causa cõmutationis eorum. i. de passione christi qui cõmutabunt de infidelitate ad fidem: de vetustate ad novitatẽ: de corruptione ad incorruptionez. Postq̃ ergo supra diversa beneficia ꝑ mysteriuz nostre reparationis nobis collata memoravit specialiter: h̃ exequitur passionẽ per multas partes psalmi vsqz ad cõsumationem. ¶ Materia. deprecatio christi ad patrem ſm fragilitatẽ humane nature in sua vehemẽtissima passione. ¶ Intentio. nos ad suã invitare patientiã: & monere vt attendendo illã acerbissimam passionez ei ex intimis cordis & anime cõpatiamur vt postmodũ fructũ & gloriã sue gloriose resurrectionis cõsequemur: sicqz ei cõformemur in hoc seculo vt coheredes esse mereamur in regno. ¶ Sententia in generali. Propheta in isto psalmo loquit̃ in ꝑsona christi & petit a deo patre de magnis & multis tribulationibus ac penis per celerem resurrectionem liberari: allegans suarum penarum & adversantium multitudinẽ: ac divine misericordie benignitatẽ: ꝑdicitqz iudeoꝝ punitionem & subiungit gratiarũ actionem invitans oẽs creaturas ad dei laudationẽ. ¶ Snia in speciali. Chus ergo ſm q homo in passione clamat ad patrem o [Salvũ me fac] o [de'] pater: & necesse est [qm intraverũt aque] vehemẽtissimarũ passionũ & tribulationũ [vsqz ad animã meã] tollendã. i. a corpore separandã vel vsqz ad sensualitatẽ turbandã: qz sic nõ solũ in corpore sz & in anima patiebat̃. Sic autẽ clamando dat formã mẽbris suis vt clament: ne in pressuris cedãt & iniquitati cõsentiãt: sicqz in passione orando nos quibus viam demonstravit: & quibus preferriz necessariũ est: docet in tribulationib' suo exẽplo orare.

2 Infixus sum in limo profundi: & nõ est substãtia.

Infixus sum] i. detẽtus corpore [in limo ꝓfundi] i. iudaice iniq̃tatis: homo enim limus est & de limo factus & nõ de profundo. i. de corrupto: sed cadendo a iustitia per originalia & actualia peccata factus est limus ꝓfundi. i. iniq̃tatis. Vel terreni hoĩes dum ima appetunt limus sunt: inter quos sunt nõnulli sceleratissimi qui non solum limus sunt: sed etiã ꝓfundi & tales erant iudei [& non est mihi substantia] i. virtus carnis evadendi passionem vel status & stabilitas vite: quia

Homines terreni limus sunt.

3 Veni in altitudinẽ maris: & tẽpestas dimersit me.

Veni] spõte [in altitudinẽ maris] i. in ꝓfundũ seculi huius & insani populi: vel in ꝓfundũ tribulationis & amaritudinis: spõte enim meipsum obtuli [& tempestas] i. impetuosus furor & seditiosa cõmotio iudeoꝝ [dimersit me] in mortez & extinxit. Completum est in me signum Jone: quia sicut ionas a ceto absorptus. i. morti & sepulture datus. Et in hoc eos inexcusabiles ostendit cum subdit.

† ab 4 ꝓ clamãdo

Laboravi clamans: rauce facte sunt fauces mee: defecerunt oculi mei † dum spero in deum meũ.

Laboravi clamans] sepe eos admonẽdo: & hoc maxime fecit in septimana sibi penali & nobis penali. propterea laborabat: qz parũ in eis fructificabat: clamãs eniz laborat q nõ auditur: nõ laborat cui' votũ iplet̃ [rauce facte sunt fauces mee] quãtũ ad illos: qz noluerũt intelligere & credere defecerũt oculi mei] qz ipsi etiã Apl̃i qui tanq̃ lucerne ꝑeminebãt in corpore dubitaverũt, dũ in passione perseveranſ [spero in deuz meũ] vt a mortuis resurgam. Ad lr̃am etiã sic exponit̃. [Laboravi clamãs] in cruce ad patrẽ vociferãdo [rauce facte sũt fauces mee] ꝓpter magnitudinẽ penaꝝ & desiccationem humorum. [defecerũt] & extincti sunt [oculi mei] corporales in morte. i. mortuus sum [dum spero in deum meum] idest q a prestolor misericordiam & non expero potentiam.

Multiplicati sunt super capillos capitis mei: qui oderunt me gratis. 5

Multiplicati sunt] vt & discipulus cum eis esset [sup capillos capitis mei] i. sine numero creverũt: ac innumerabiles & infiniti facti sunt adversarij mei [qui oderũt me gratis] i. sine causa cũ ecõtrario deberẽt me diligere ꝓpter mlta bona eis facta. Odiũ de inimico videt̃ quasi naturale: qḋ tñ ex corruptione cõtingit nature. Odium xp̃o de innocente contra naturam est. Primuz facit infirmitas: aliud sola instigat malitia. Et non solum sunt numerosi: sed etiam noxij. vnde subdit

Odium de innocente cõtra naturam est.

Confortati sunt † qui ꝑsecuti sunt me inimici mei iniuste: que non rapui tunc exsolvebam.

6 † alia lr̃a inimici mei q ꝑsequuntur me.

Cõfortati sunt] etiã & animati ad nocẽdũ & ad hoc vt odiuz cõceptũ in corde etiã persequẽdo ad impletionẽ in oꝑe. [inimici mei] qui etiã [ꝑsecuti sunt me iniuste] hoc est qḋ dixerat gratis: qz cãm in me nõ invenerũt. [que nõ rapui tũc exsolvebam] qz minime peccavi: & tñ pcti debitũ. i. mortem exsolvi. Adã rapere voluit divinitatẽ & amisit felicitatez: vterqz exsolvit mortem que est debitũ peccati Adã & Christus: sz mors Ade fuit pena pctĩ: mors chũi facta est hostia pro pctõ. Sed hunc fructũ mortis chũi mũdus nõ intellexit: ideo hanc pro stultitia reputavit: sed qḋ nõ novit mũdus agnovit de'. vñ subdit.

Deus tu scis † insipientiam meam: & delicta mea a te non sunt abscondita.

7 † imprudentiam.

Deus tu scis] & ꝓbas [insipiẽtiã meã] i. qḋ de me insipiẽtia a qbusdã reputat̃ qui sibi sapiẽtes videntur. Ex his xp̃i verbis instruimur vt in cũctis que agimus semꝑ plus dei volũtatẽ q̃ hominũ attẽdamus: & ea sit nostra actio quã de' approbat: etsi nõ approbet homo. Hinc est qḋ Paulus nos admonet q stulti simus ante hoĩes vt ante deũ mereamur esse sapientes: [& delicta mea] i. meoꝝ que ad delendũ suscepi non que cõmisi que reputo mea: quia in me punienda [a te non sunt abscondita] & scis qualis sit pro eis emenda facienda. Et quia pro alijs solvi & tanta tuli: ideo

Non erubescant in me qui expectant te domine: † domine virtutum. 8

† deus.

Nõ erubescant in me] i. nõ frustrent̃ in me moriente. i. sua expectatione [qui expectãt in limbo cũ desiderio [te dñe] liberatorem suum per me & remuneratorẽ pro fide quã habẽt in me scz ꝑphete & antiqui iusti cupiẽtes videre qḋ oculis nõ viderunt. [dñe virtutũ] celestium. i. angelorum cui nihil est impossibile. Deinde precatur pro modernis dicens.

Non cõfundant̃ sup me: qui querũt te de' israel. 9

Nõ cõfundant̃] in insultationibus ꝑ proboꝝ [sup me] morientem in cruce qḋ fieret nisi cito resurgerẽ [q querũt te] fide, spe, & charitate: ac bene vivẽdo & amãdo querere nõ cessant, scilz moderni fideles o [deus israel] i. per fidẽ & charitatẽ spiritaliter deũ videntiũ. Supra dixit dñe virtutũ & hic dicit de' israel: qz idem dñs & deus est angeloꝝ & hominũ. Vel [Nõ erubescãt in me] hoĩe humili et crucifixo & ignominiam crucis audientes a fide quã habere ceperũt recedant. [qui expectãt te dñe] vt venias [dñe virtutum] quia qui despectus apparui

sit in carne virtuosus ⁊ gloriosus apparebis in diuinitate. Et [Non confundantur super me]desperatio[qui querunt te deus israel]idest videntium deum: vt qui deitatem non possunt intueri nõ seducantur infirmitate carnali: quia enim futurum erat vt tanq̃ pro stulticia improperarẽt christianis q in hominẽ crederent mortuũ ⁊ crucifixum: ideo sic pro eis rogat. Et merito non erubescent nec confundentur.

†ex 10 **Quoniam propter te sustinui † opprobrium: operuit † confusio faciem meam.**

†probrationem. †irreuerentia.

Quoniam]ego[propter te]⁊ tuã obedientiã nõ pro mea culpa vel re alia[sustinui]ab aduersarijs[opprobriũ]multiplex in cõuitijs[operuit confusio faciẽ meã]vt videbat: signũ habuit verecũdie: imota tñ mẽte: qr enĩ ĩ passiõe sua multa opprobria audiebat ⁊ tacẽs propter deũ oĩa tolerabat: quasi verecundus in facie apparebat: ⁊ sic illi virtutem mãsuetudinis pro signo habebãt cõfusionis. Et bene dicit propter te: qr nõ est magnum q ait sustinui nisi adiũgeret pp te. Si.n. sustines qa peccasti: pp te sustines nõ propter deũ: felix miseria cuius deus est causa.

†alie- 11 **† Extraneus factus sum fratribus meis: ⁊ † peregrinus filijs matris mee.**

†natus. †hospes

Extraneus factus sum]qr nõ credũt mihi[fratribus meis]cognatione carnis. s. iudeis sicut Joseph suis. Uel[fratribus meis]. s. Aplis ab eo fugiẽtibus: ⁊ qñ iã nõ credebat ab ipsis [⁊ peregrinus]vel hospes qui ad tẽpus in domũ recipit nõ vt frater charissimus[filijs matris mee]scz sinagoge de quibus sm carnem erat: nam quasi extraneũ ⁊ peregrinũ abiecerunt eum dicentes vilipendendo hunc nescimus vnde sit. Hec autem ideo mihi contigerunt

12 **Quoniam zelus domus tue comedit me: ⁊ opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me.**

Quoniam zelus]. i. feruens amor ⁊ dilectio[domus tue]. s. ecclesie sancte[comedit me]⁊ accẽdit. q. d. interius vrebar zelo dei cũ persequẽs iniqtates eorum flagellaui male vẽdentes in tẽplo ⁊ inde eieci. Uel[comedit me]. i. fuit causa passiõis mee: ⁊ pp hũc zelũ[opprobria exprobrãtiũ tibi]me negãdo: maiora enĩ opprobria deo inferre nõ poterãt q̃ q christũ filium eius denegabãt. Uel[opprobria exprobrantium tibi]in me: qr quicũq3 exprobrat christo ⁊ patri[ceciderunt sup me]qr in me effectũ habuerũt qñ hi q exprobrabãt ẽt me occiderũt: sz inter hec pius dñs mãsuetudinẽ suã cõmẽdat cũ subiungit.

13 **Et † operui in ieiunio animam meam: ⁊ factum est † in opprobrium mihi.**

†cooperui. †mihi.

Et operui]. i. celaui[in ieiunio]salutis eorum[animã meã]me humiliando: fidẽ quippe ecclesie ⁊ salutẽ humani generis christus esuriebat: ⁊ ideo ieiuniũ eius spiritale erat qñ defecerunt oẽs qui in eũ crediderãt: in hoc ieiunio operuit humilitate quasi quodã pallio animã suam. i. virtutẽ ⁊ deitatẽ sibi vnitam non exercẽdo potentiã ⁊ vindicãdo seipsum. Et sic humilitas erat christi operimentũ. nã qr humiliabat nõ agnoscebatur[et]hoc ipsum[factũ est mihi in opprobriũ]detractionis, irrisionis, ⁊ cõuitij: qđ passus in sputis colaphis ⁊ huiꝰ. Quãto enĩ humilior erat, tãto apud reprobos despectior apparebat.

Humilitas christi operimentum fuit.

†fac 14 **Et posui vestimentum meum † cilicium: ⁊ factus sum illis in parabolam.**

†cum.

Et posui vestimentũ meũ ciliciũ]. i. occultã diuinitatẽ meã sacco carnis: ⁊ opposui illis mortalẽ carnẽ meã ĩ qua seuirẽt. Ciliciũ enĩ quo pctõres penitẽtes vestiunt est mortalis caro quã christus induit vt de peccato dãnaret pctm: nõ q caro christi peccatrix fuerit: sz qa similitudinẽ carnis pcti habuit[et]ex hoc etiã[factus sum illis in parabolã]. i. in similitudinẽ maledicti ⁊ irrisoriã vt cuilibet maledicendo dicerent sic tibi cõtingat vt christo crucifixo. Parabola. n. hic dĩ similitudo que daĩ de aliquo qñ illi maledicit, sic ille (verbi gratia) pereat quo ille.

Cilicium quo pctõres vestiuntur ẽ mortalis caro.

† 15 **Aduersum me † loquebantur qui sedebant in porta: ⁊ in me psallebant qui bibebant vinum.**

†aduersus. †insultabant.

Aduersum me loquebanĩ q sedebãt in porta]hoc est in publico ⁊ publicis cõuentibus publice de me loquebanĩ: publicẽ aduersabanĩ: corã oĩbus diffamabãt. Dicit ergo passionem suã cõmunẽ iudeorum esse fabulã vt nullus exciperetĩ qui huĩ locutiõis expers esset[⁊ in me]. i. de me[psallebãt]derisorie idest in me conuertebãt cantilenas suas ⁊ cantica meq3 deridebãt[q bibebãt vinũ]. i. inebriebanĩ voluptate ⁊ iocũditate tẽporali. Inter tot scandala ⁊ opprobria: inter tantas psecutiones ⁊ tribulationes quid tu agebas mitissime iesu?

Ego † vero orationem meam ad te domine: tẽpus beneplaciti deus. 16

†aũt oĩo mea

Ego vero]dũ impij ita seuirẽt contra me dirigebã[orõnem meã ad te dñe]etiã pro eis: illi deridebãt iste orabat: illi infestabãt: iste amabat. Hec est enĩ psectio charitatis diligere inimicos ⁊ orare pro illis qñ maledicerís ⁊ qđ agas nõ habes: nihil tibi restat nisi vt ores: hec iustorum arma sunt vt orando vincãt ⁊ nõ rixas: sz orõnes iurgijs opponãt. Ideo aũt oraui ad te: qr nũc est tẽpus[beneplaciti]o[deus]. i. grẽ ⁊ recõciliationis per mortẽ: nũc tẽpus est orãdi ⁊ placãdi deũ, nunc tps est acceptabile: nũc dies salutis: ⁊ qr oraui ⁊ tẽpus est cõplendi beneplacitũ tuum: scilicet per me redimi homines. Ideo

Charitatis psectio.

In multitudine misericordie tue exaudi me: in veritate salutis tue. 17

In multitudine misericordie tue]que est cõtra multitudinẽ iniqtatis nr̃e nõ in meritis bonorum: nã si nõ esset multitudo misericordie tue qđ nos faceremus de multitudine iniqtatis nostre: [exaudi me in veritate salutis tue]. i. a te pmisse vt verax appareas implendo salutẽ quã pmisisti: veritas enĩ est in reddẽdo pmissa. Et nota q cũ pmisit de mĩa subiũgit de veritate: qr vniuerse vie dñi mĩa qua dimittit pctã ⁊ veritas qua reddit pmissa. Et subiungit in quo velit exaudiri dicens

Ueritas est in reddẽdo pmissa

Eripe me de luto vt non † infigar: † libera me ab his qui oderũt me: ⁊ de † profundis aquarum. 18

†saluum me fac. †inheream. †eruar ex. †pfũdo

Eripe me de luto]⁊ puluere mortalitatis[vt non infigar]⁊ inhereã in eo per incinerationẽ. i. vt nõ in luto ⁊ puluere sicut omne humanũ genus dissoluar remanẽdo in morte. q. d. corpus meũ nõ diu remaneat in terra quasi infixum in ea vt inde extrahi nõ valeat sed cito resurgat. Si enim in cinere suo dormiuisset nullus in eũ credidisset[libera me]per resurrectionẽ[ab his qui oderũt me]scilz iudeis qui nunq̃ eũ dilexerũt a quorum potestate fuit totalr liberatus in resurrectione[⁊ de pfundis aquarũ]. i. psecutionũ ⁊ tribulationũ: vel de profunda malitia pplorum: vel ĩ psona mẽbrorum[eripe me de luto vt nõ infigar]. i. de lutosis desiderijs ne mẽte cõsentiam[libera me ab his]. i. a malis ne eis cõsentiẽdo adhereã. vñ subdit.

Non me demergat tempestas aque: neq3 absorbeat me profundum: neq3 † vrgeat super me puteus os suum. 19

†contrahat

Nõ me demergat]irrecuperabiliter in mortem[tẽpestas aque]. i. impetꝰ ⁊ seditio cõmoti populi. s. iudeorum. hoc est nõ diu in morte me teneat[neq3 absorbeat]⁊ deuoret[me profundũ]. i. abyssus infernalis[neq3 vrgeat]. i. claudat[sup me puteus]. i. limbus ⁊ aditus inferni[os suũ]ad retinendũ me cũ descẽdero ad spoliandũ eũ. Uel in persona mẽbrorum[Nõ me demergat tẽpestas aque]. i. peccati cõsuetudo[neq3 absorbeat me pfundũ]. i. peccati desperatio[neq3 vrgeat]. i. claudat[sup me puteus os suum]. i. in peccato obstinatio: nõ claudet sup te puteus os suũ si nõ claudis tu ad cõfitẽdũ os tuum: ⁊ ideo cõfitere ⁊ dic: de pfundis clamaui ad te dñe ⁊ exaudis. Deinde ponit causam quare debeat exaudiri dicens.

† sua. 20 uis.

Exaudi me domine quoniam † benigna est misericordia tua: secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me.

Exaudi me domine] potius: et hec est causa exaudiendi [quoniam benigna] et suauis [est misericordia tua] tribulato vt panis esurienti. q. d. ea que tibi naturaliter inest misericordia beniuolentie et gratie et plena: et ideo es pronus ad exaudiendum [et secundum multitudinem miserationum tuarum] quam exhibuisti multis [respice in me] oculo misericordie tue. Ac si diceret, propter misericordiam tuam et miserationes tuas exaudi me et respice in me: quarum vna est naturaliter in te, alia in beneficiorum exhibitione. Uel in persona membrorum. [Exaudi me] non quia merui: sed [quoniam benigna est misericordia tua] peccatori [secundum multitudinem miserationum tuarum] quibus peccata licet iniuriosa cedunt [respice in me] non in peccata respice inquam.

† alia 21 ita non habet et.

† Et ne auertas faciem tuam a puero tuo: quoniam tribulor velociter exaudi me.

Et ne auertas] tanquam iratus et nolens me audire [faciem tuam a puero tuo] scilicet a me christo filio tuo qui formam serui accepi et vsque ad mortem obediui: dominus noster etiam dictus est puer a puritate: a simplicitate: ab innocentia: deinde ponit et aliam causam dicens [quoniam tribulor] in anima et corpore: ideo [velociter exaudi me] scilicet vt cito liberer non est quo differas. Moueat te misericordia tua: moueat miseria mea. Adest mea afflictio et tribulatio: propter hoc opus est vt velocius veniat tua misericordia et consolatio. Uel in persona membrorum [Et ne auertas faciem tuam a puero tuo] paruo et humili non superbo: sed [velociter exaudi me: quoniam tribulor] cuius tribulationis disciplina tollit a me superbiam. Ne inquam auertas faciem tuam: sed potius.

† re 22 dime. † erue.

Intende anime mee et † libera eam: propter inimicos meos † eripe me.

Intende anime mee et libera eam] quia tristis est vsque ad mortem: et non propter me tristis: sed etiam [propter inimicos meos] liberatione et glorificatione mea conuertendos si volunt corrigi: vel confundendos si manserint obstinati [eripe me] vt cito resurgam et ascendens spiritumsanctum mittam. Dicendo libera orauit pro occulta liberatione in anima quam semper habent sancti: licet occidantur. Subiungendo eripe me: orat pro manifesta secundum corpus: vnde inimici quidam sunt conuersi et quidam confusi. Et debes eripere: quia

† eni 23 agnoscis oppro-brium. † verecundiam.

Tu † scis improperium meum et confusionem meam: et † reuerentiam meam.

Tu scis improperium meum] quod fit in verbis. i. quam turpia et iniuriosa verba mihi intulerunt [et confusionem meam] que ex improperio mihi est secundum illorum opinionem et quam mihi imputauerunt [et reuerentiam meam] i. ignominiam: scilicet quam ignominiose me tractauerunt. q. d. quanta pro tuo amore sustinui: et quare sint mihi ista tu nosti. Hec enim omnia non pro suo reatu: sed pro nobis sustinuit vt in talibus nos instrueret et suo exemplo confortaret. Et etiam ideo eripe me: quia

† tri. 24 bulantes. † oppro-brium.

In conspectu tuo sunt omnes † qui tribulant me: † improperium expectauit cor meum et miseriam.

In conspectu tuo sunt omnes qui tribulant me] i. inimici mei. q. d. sicut scis meam innocentiam: ita nosti eorum maliciam: et potes eis iuxta merita sua retribuere: quia tantum scelus committunt te presente et vidente. Timeant ergo omnes qui alios tribulant: quoniam in conspectu dei sunt: cuius vindictam euadere non possunt. Et ne videretur tribulari tanquam ingratus et nolens continuo adiecit [improperium] eorum in dictis [expectauit] quia hec futura preuidit et predixit et ad hec venit [cor meum] et voluntas: quia voluntarie sustinuit [et miseriam] eorum in factis non suam. In illis enim erat miseria: in ipso autem misericordia qui eorum miseriam miseratus dixit: pater ignosce illis etc.

25 † consolantes.

Et sustinui qui simul contristaretur et non fuit: et † qui consolaretur et non inueni.

Et sustinui] i. expectaui attendendo [qui simul] i. similiter sicut ego [contristaretur] de tanta multitudine et compateretur mecum de cecitate non credentium [et non fuit] aliquis [et] expectaui [qui consolaretur me] credendo et proficiendo: nam qui proficit consolatur medicum [et non inueni] aliquem. Multi enim scilicet discipuli et mulieres contristati sunt carnaliter et de morte carnis eius: solus Christus de contristatus est spiritaliter et de morte anime: ex hoc videlicet quod omnes permanebant in infidelitate. Unde non ait qui contristaretur: sed qui simul. i. similiter scilicet spiritaliter contristaretur. Magna quoque illi consolatio esset: si quos in se credentes inueniret: quod quia non inuenit quasi conquerendo ingemiscit. vnde adhuc subiungit.

26

Et dederunt in escam meam fel: et in siti mea potauerunt me aceto.

Et dederunt in escam meam fel] quasi illud tanquam escam comedere deberem [et in siti mea] qua fidem et salutem eorum desideraui [potauerunt me aceto] cum felle misto: hoc facto mores suos amarissimos indicantes fel et acetum adhuc in escam et potum corporis christi ponunt et christo offerunt qui veritati resistunt et euangelio contradicunt: et qui male viuendo scandalum ecclesie inferunt. Grauius enim peccant qui contemnunt in celo residentem: quam qui crucifixerunt in terra ambulantem. Et maius peccatum est christum tradere peccatoribus membris quam crucifixoribus iudeis. Et quia malam escam et malum potum domino dederunt merito in his puniti sunt. vnde et sequitur.

27 † in [illegible] scipulam. † retributionem.

Fiat mensa eorum coram ipsis in † laqueum et in † retributiones et in scandalum.

Fiat mensa eorum] i. scriptura sacra quam ad animarum refectionem parauerat eis deus [coram ipsis in laqueum] quia ex ipsa sua lege capiuntur a christianis et conuincuntur errare. [et in retributiones] vt mala recipiant pro malis: et qui per legem peccauerunt per legem puniantur. [et in scandalum] ruine vt non intelligant in sibi dominum nunciatum et sic ruant de peccato in peccatum et tandem in infernum: dicit autem hoc non optando sed prophetizando: non vt fiat sed quia fiet. Cum ergo audimus dici per spiritum dei talia euentura malis adhuc in illis hoc intelligamus vt nos talia deuitemus. Ad litteram etiam Mensa iudeorum facta est coram ipsis in laqueum: quia eis paschale conuiuium in hierusalem celebrantibus fuerunt a romanis circumclusi et sicut aues illaqueati [et in retributionem] scilicet penarum propter mortem christi debitarum [et in scandalum] quia deserentes pacis auctorem rixas sibi concitant.

28

Obscurentur oculi eorum ne videant: et dorsum eorum semper incurua.

Obscurentur oculi eorum] interiores [ne videant] et agnoscant veritatem et verum solem scilicet diuinitatem sub fragilitate latentem. Quia enim superbierunt ceci facti sunt. [et dorsum eorum semper incurua] i. statum mentis ad terrena curuari et in inferioribus flecti permitte. Hoc enim semper subsequens est vt si oculus mentis superno lumine priuetur et superna non videat statim animus ad ea que retro sunt appetenda inclinetur et de inferioribus cogitet. Reuera obscurati sunt oculi eorum: quia sunt in sua infidelitate excecati et dorsum eorum est incuruatum vt gentibus seruiant et onera legis et peccatorum portent. Sequitur alia pena.

29 † indignatio.

Effunde super eos iram tuam: et † furor ire tue comprehendat eos.

Effunde] copiose in morem fluminis [super eos iram tuam] vt eos obruat. i. exerce multipliciter super eos vindictam. [et furor ire tue] idest districta animaduersio future vindicte [comprehendat eos] tanquam fugitiuos vt non liceat eis fugere. Ira

ad presentem percussionez pertinet:furor ad futuram dāna-tionem. Ideo furor quia nullum ibi remedium/nulla ibi misericordia:hic persequitur:ibi ꝯo comprehendit vbi nō licet fugere. Jam enim non erit euadendi locus quando eos eternus absorbuerit cruciatus hoc ⁊ ad litteram factū est in destructione ⁊ captione eorum per romanos.

30 **Fiat habitatio eorum deserta: ⁊ in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet.**

Fiat habitatio eoꝝ]i.domus priuate quas inhabitant[deserta]ab eis[⁊ in tabernaculis eoꝝ]habitationibus scʒ iocūdis vt in templo:synagoga:⁊ palatio regio[nō sit qui inhabitet]de numero eoꝝ:hoc in aperto est:perdiderunt enim locū ⁊ gētem in quibus superbierunt cōtra deuʒ:loca illa ⁊ hominibus sunt plena ⁊ iudeis inania. Uel habitationē dicit ipsaʒ ciuitatem hierl'm in qua cōmuniter habitabāt: tabernaculo ꝯo singulas eiusqʒ domos designat. Hoc autem ideo eis.

ipsi 31 **Quoniam quem tu percussisti † persecuti sunt: ⁊ super dolorem vulnerū meorum addiderunt.**

Quoniam quē tu percussisti]i.percuti voluisti pena ⁊ passione nō pro sua culpa sed pro mūdi salute:scʒ me[persecuti sunt crudeliter eū occidēdo.q.d.qđ deus fecit ad bonum hoc illi crudeli voto exercēt ad malū[⁊ super dolorez vulnerum meoꝝ]que sustinui in toto corpore[addiderūt]mortē ⁊ vulnus in latere. Uel super mortem addiderūt blasphemiam ⁊ militū custodiā ⁊ alia mala huiusmodi:vel super penam que mihi erat pro peccatis meoꝝ mēbrorum addiderūt ꝑsequēdo fideles ⁊ ecclias. Uel[super dolorem]qui mihi erat pro perditione illoꝝ[addiderunt]inferre mortez. Et quia apposuerunt dolorem super dolorem:ideo sicut iustum est

ipso. 32 **Appone iniquitatem super iniquitatem † eorum: ⁊ non intrent in † iustitiam tuam.**

rum. † tua iustitia.

Appone]i.appones.s.permittēdo vel grām subtrahendo: tūc enim addet miseria sup miseriā[iniqtatē sup iniqtatem eoꝝ]i.vitiū vitio:vt sic alibi dicit. Qui nocet noceat adhuc: ⁊ q in sordib' est sordescat adhuc:q2 sup peccatoꝝ cōmissionem apposuerūt obstinationē[et]sic:q2 nimis gloriabantur de iustitia sua[nō intrent]per pniaʒ[in iustitiā tuaʒ]i.in viā vite:⁊ iustitie rectam ad te veniēdo:⁊ iustitiam suā que ex lege est relinquendo. Culpa enim excitat culpam:⁊ cū vna nō corrigit exinde altera generatur:⁊ q̄to plus refrigescit charitas/tanto amplius abundat iniquitas.

Apoca. 22

Culpa excitat culpaʒ.

33 **Deleant de libro viuētiū: ⁊ cū iustis nō scribant.**

Deleant de libro viuētiū]i.ex memoria tua in qua soli iusti semp viuētes continent. Liber vite est notitia dei qua predestinauit electos ad vitā. Nō ergo sic accipiendūʒ est tanq̄ in hoc libro aliquē scribat deus quē postea deleat:sʒ deleant ꝯm spem ⁊ opinionē illoꝝ dictū est:q2 ibi tanq̄ merito iustitie sue scriptos se putant.q.d.cōstet etiā ipsis:⁊ cognoscant in dānatione sua non ibi se esse scriptos:⁊ nunq̄ scriptos fuisse ostēdat:⁊ appareat qđ subsequēter exponit dicēs[⁊ cū iustis non scribātur]i.iustoꝝ ordini ꝯm eqtatē tuā nō apponant: q2 nec digni sunt. Audiuimus quid nobis cauēdū sit in malis nūc audiamus qđ imitandū sit in cħro. Illi tales fuerūt:⁊ sic perierunt. Tu benigne domine quid dicis de teipso:

Liber vite qđ est.

pau- 34 † **Ego sum pauper ⁊ dolens:salus † tua deus suscepit me.**

per ⁊ dolens ego sum et. † vultus tui. Mat. 5.

Ego sum pauper]i.humilis[⁊ dolēs]in passione pro oib'[salus tua de' suscepit me]de omni angustia in resurrectione:hoc idē dicit corpus. Beati enī pauperes spiritu:qm ipsorū est regnū celoꝝ:⁊ Beati q lugēt:qm ipsi cōsolabunt. Exēplo ergo dnī discam' pauperes esse ⁊ dolētes. Nec enī diserti sunt tales:sed salus dei suscipit eos vt iam non sint pauperes ⁊ dolētes:sed potius beati ⁊ letātes. Ad literā etiam cħrs pauper fuit:quia in paupertate natus/puer factus/mortuus/⁊ in alieno sepulchro posit'. Et q2 sic sum saluatus:ideo

Laudabo nomen dei cum cantico:† ⁊ magnificabo eum in laude. 35

† alia lrā non habet ⁊.

Laudabo]in me ⁊ in mēbris[nomē dei cum cātico]i.cuʒ iocūditate ⁊ delectatione:cū mētis letitia/⁊ vocis exultatiōe: q2 etsi oia desunt deus:tn̄ meū est[et]exultās in meipso[magnificabo eum in laude]i.magnifice laudabo:⁊ magnū predicabo ad alios vt per exēplum ꝓficiāt:ac deū similiter laudent ⁊ magnificent:he sunt diuitie mee:scʒ vt cū gaudio ⁊ hilaritate nō cessem deū meū laudare ⁊ magnificare.

Et placebit deo super vitulum nouelluʒ:cornua producentem ⁊ vngulas. 36

Et]laus illa[placebit deo]sup omne legale sacrificiū:⁊ hoc ostēdit per partē cū subiūgit[super vitulū nouellum:cornua ꝓducētē ⁊ vngulas]Talis enim querebat vitulus in sacrificio qui ⁊ nouellus esset:⁊ tā magnus vt cornua mitteret atqʒ vngulas fortes haberet.q.d.sacrificiū laudis dīne magis est deo gratū ⁊ placitū q̄ sacrificiū qđcūqʒ qđ offerebat in lege: laus.n.puri cordis plus placet q̄ mactatio pecudis.hoc ergo

Uitulus q̄lis q̄rebat i sacrificio

Uideant † pauperes ⁊ letentur:querite † deuʒ ⁊ viuet anima vestra. 37

† inopes. † dnm.

Uideant]oculo interne cōsiderationis ⁊ itelligāt ac credāt [pauperes]imitatores mei:scʒ q oblatio nō iā in facultatib' ⁊ rebus exterioribus posita est:sed in mēte vbi pauper diuiti equat[et]inde[letent ⁊ spe gaudeāt ac magis paupes sint vt ditari mereant. Et cōuertit se ad eos admonēdos dicens. O vos pauperes[querite deū]fide:deuotione:⁊ bona opatione idest esurite ⁊ sitite deuʒ tn̄ nihil aliud:⁊ sic[viuet anima vestra]ne moriat peccatis:q2 deus est vita anime ⁊ cibus mentis. Queritis panē vt viuat caro vestra:deuʒ querite/⁊ viuet aīa vestra:hic vita grē ⁊ tādem vita glorie. Querite inquā

Quoniaʒ exaudiuit pauperes dominus: ⁊ † vinctos suos non † despexit. 38

† cōpeditos. † spreuit

Quoniā dn̄s exaudiuit]i.exaudire semper cōsueuit[pauperes[aliter nō audiret:ita ⁊ vos audiet. Si ergo vis exaudiri paup esto:noli de te p̄sumere:nec aliud p̄ter deū tuū querere. Si peccator es nō ideo despes:q2[⁊ vinctos]vinculis peccatorum per que viderent repudiari a deo[suos]i.a se soluēdos[nō despexit]q2 disruptis diaboli nexibus eos regno suo asciuit. Illos vinctos nō despicit deus qui sui sunt.i.qui p penitentiam ⁊ satisfactionem eum requirunt. Uel[vinctos suos] idest vinculis mortalitatis ⁊ penalitatis seu p̄ceptionis:⁊ consilij artioris ac suis legibus astrictos[nō despexit]minus dicit ⁊ plus intelligit:quia plene liberauit. Quapropter

Laudēt illū celi ⁊ terra:mare ⁊ oia † reptilia i eis. 39

† repentia.

Laudent illum celi ⁊ terra:mare ⁊ omnia reptilia in eis]i. celestia/terrestria/⁊ omnia vertantur homini in materiā laudis:⁊ de omnibus laudet deum homo rōnalis creatura laudet deū:⁊ per hominē omnis creatura:quoniā ipse species ⁊ materie rerū sunt homini causa:vt ipse laudet auctorez ⁊ saluatorem suum. Omnis ergo creatura ad laudē dei inuitatur: q2 sunt homini materia diuine laudis qui deū laudat ex suis creaturis. Et sic hec laudant deum dum ex eis laudat creator eorum. Iste sunt vere diuitie pauperis:scʒ videre creata ⁊ inde laudare creatorem. Ideo etiam laudent.

Quoniam deus saluam faciet syon: ⁊ edificabūtur ciuitates iude. 40

Quoniā deus saluam faciet]nūc a culpa purgādo ⁊ post in eternū glorificādo[syon]i.ecclesiam deum speculantez modo per fidē:deinde contēplantem per speciē[et]tunc[edificabunt ciuitates iude]i.anime:sua peccata ꝯfitētes in qbus

deus babitat que nunc per ɔfessionē bumilitatis disponunt ⁊ aptant ad babitandū in syon vt foris remaneāt q confiteri erubescunt. Initium enim bonoꝝ est cōfessio peccatorum: ⁊ iustus in principio accusator est sui. Primū ergo debēt boles mala sua confiteri atq; moribus in melius cōmutari: ⁊ sic in ciuitatem dei edificabuntur: quia anime sanctorum per confessionem in templū sanctum tanq̄ viui lapides deferentur.

Bonorum initiū confessio ē peccatorum.

41 Et inbabitabūt ibi: ⁊ bereditate acquirent eam.

Et inbabitabūt] nunc cōstanti mēte [ibi] .i. in ea syon: sc; in ecclesia speculante deū per fidē [⁊ bereditate acquirent ea;] ⁊ perseuerabūt in ea: q: decedentibus primis alij quasi bereditarie succedēt eis: ⁊ etiā in futuro [inbabitabūt ibi] .i. in illa excelsa syon sc; in ecclesia cōtēplante deū per speciē quando ad illā beatā ciuitatē celestē bierusalē peruenient: ⁊ nō ad tempus sed [bereditate acqrent eam] vt possideāt illam in eternum. Et non vna sola generatio iustorum: sed per omnes successiones. Et hoc est quod subdit

† ob 42 Et semen seruorum eius † possidebit eam: ⁊ qui diligunt nomē eius † babitabunt in ea.

† tinebit. † inbabitabunt.

Et semen seruorū eius] .i. imitatores fidei: ⁊ boni opis [possidebit eam] .i. syon quasi iure bereditario bic: ⁊ in futuro. Et q: fides vel opus sine dilectione nō valet ɔtinuo adiecit quasi exponēdo qd̄ dixit [et] joēs [qui diligūt nomen eius] .i. qui sunt in charitate: ⁊ qui nō ex timore sed ex amore deo seruiūt: bi enim sunt semen seruoꝝ nō qui carne filij sunt [babitabūt in ea] bic ⁊ in futuro tanq̄ in bereditate sua nullus in ea bereditabit nisi p dilectionē: q: sola dilectio diuidit inter filios regni ⁊ pditionis. Qui ḡ nō diligūt: nec bic merito: nec ibi p̄mio in ea babitabūt: deꝰ est dilectio: ⁊ q manet in dilectiōe in deo manet: ⁊ deꝰ i eo. Hic est finis/bec ē bēditas. Oro.

Fides sine dilectione nō valet.

Benignissime domine exaudi nos in veritate salutis tue: vt eruti a squalore peccati mereamur in libro vite regni celestis conscribi. Per dominum.

Oratio viri iusti in tribulatione positi: vt liberetur a periculis ⁊ specialiter a persecutione inimicorum ip̄m maliciose ꝑsequētiū. Psal. LXIX.

Deus in adiutoriu; meum intēde: † domine ad adiuuandum me festina.

1 Falsa lrā nō bz residuum Psalmi.

Auctor psalmi ppbeta Dauid. ¶ Titulus bic est in finez .i. in christum nos dirigens. psalmꝰ iste attribuit dauid .i. cuilibet iusto babitus in rememoratione .i. agens de memoria buius rei eo q̄ saluū fecit eū dn̄s spe ⁊ certitudine. Memor eni saluationis ⁊ beneficioꝝ que deus mundo cōtulit: sicut in precedenti psalmo monstratum est securus petit liberari: l; multis malis vrgeat. q.d. etsi cōmutati sint in melius vnde in titulo precedentis psalmi agit: nō tn̄ in se s; in dn̄o qui saluat gloriēt. ¶ Materia. petitio viri iusti vt liberet a periculis ⁊ miserijs buius mūdi. ¶ Intētio. monere vt vrgētibus malis non diffidamus: s; dei adiutoriū inuocemus: ⁊ nō in nobis: sed in diuino auxilio ɔfidamus: ⁊ in dn̄o gloriemur. ¶ Snia in gn̄ali. Propheta in isto psalmo loquit in ꝑsona cuiuslibet iusti: ⁊ fidelis deprecātis vt liberet ab buius mūdi periculis ⁊ miserijs: specialiter a persecutione iniusti ⁊ iniqui ipsum maliciose persequētis. Quis enim ille psalmus attribuatur christo sine cuilibet iusto in tribulatione posito: cōmuniter tn̄ de iusto exponit in cuius ꝑsona bic loquit totus: ⁊ bic psalmus effectualiter ɔtinet supra in psalmo Expectās expectaui dn̄; ab illo loco .i. cōplaceat tibi dn̄e vsq; ad finē: qui ibidē partiz de christo ⁊ partim de mēbris eius exponit. ¶ Snia in speciali. in persona ergo oīum iustoꝝ aio [Deus] creator meus q soles iuuare in adiutoriū meum] misericorditer [intēde] ⁊ respice prestādo mibi auxiliū grē tue: q nec mala declinare nec bona agere valeo sine te: ⁊ q periculū est in mora [dn̄e] gubernator meus qui oīa potes [ad adiuuādum me festina] .i. cito ⁊ festināter adiuua. Primū inspice instātē necessitatē. Deinde accelera auxilij cōsolationē: q: si tardat misericordia crescūt pericula. Hic versiculus in pncipio boraꝝ pmittit vt p adiutoriū diuinū pualeamus cōtra diabolū qui magis insurgit qn̄ ad opus bonū accedimꝰ: ⁊ maxime cū orare debemꝰ: sed in boc cōfundimur orātes: q: deū nobis intendere volumus cum oramus: ⁊ nos nec deo nec nobis intendimus. Hic versiculus deprecatio vtilis est cōtra oēm aduersitatē ⁊ temptationē ac maloꝝ impugnationē: ⁊ nibilominus ad oēm virtuosam operationē ⁊ bonoꝝ impetrationem: nam ⁊ cum tribulamur ⁊ cu; operamur diuino adiutorio semper opus babemus: deinde orat etiā pro persecutoribus cū subiungit.

Confundātur ⁊ reuereant: qui querūt aia; meā. 2

Confundant] in seipsis de peccatis cognitione sue turpitudinis: qui prius peccata sua defendētes quasi gloriabant de eis [reuereant] .i. timeāt te iudice; ne pro culpa cōmissa puniant: reuereri enim est timere ne pro lesa iustitia pena sequatur [q querūt aia; meā] .i. vitā ad opprimendū ⁊ pdendū nō ad imitādū. Hec vox ppe ad martyres ptinet q ad b querebant vt occiderent. Et cū orāt pro suis inimicis ꝑfectionē nobis insinuāt charitatis. Ideo adbuc subditur.

Reuereri quid est.

Auertantur retrorsum ⁊ erubescant: qui † volūt mibi mala. 3

3 cogitant.

Auertant retrorsu;] sc; ab intētione sua: nō ꝓcedant sed sequant: nō suo ɔsilio viuāt: sed sctōꝝ [erubescāt] sc; persequi qd̄ intēdebāt ⁊ etiā de cōmissis pctīs [q volūt] .i. cogitāt [mibi mala] ⁊ si nō possunt: pctōr eni ⁊ penitens quo plus defert verecūdie de recordatione delicti eo liberiore a dn̄o ꝓmeretur grām. Nā boc pretulit publicanus q nec audebat oculos ad celū leuare: ideo iustificat magis dn̄i iudicio q̄ pbariseus quem deformauit presumptio: similiter

Auertantur statim erubescentes: qui dicunt mibi euge euge. 4

Auertant] a sua iniqtate [statim] indilate vt coꝝ conuersio nō moret: facile eni emendat culpa que cito corrigit [erubescētes] de malis suis [q dicūt mibi euge euge] adulatorie vel irrisorie: lingua eni adulantiū ⁊ vituperātiū nos ꝑsequit: ⁊ sicut aurū igne: sic bō vtraq; lingua ꝓbat. Duo qppe sunt bona euge: vnū adbortatoriū: alterū aggratulatoriū. Duo etiam sunt malo: vnū detractoriū: alterū adulatoriū: de quibus vltimis bic est dictū. Tribus versibus ꝓdictis tria gn̄a ꝑsecutoꝝ notant .i. malefactores: maliuoli: adulatores. Quoꝝ primum fit ope: alterū cogitatione. tertiū locutione. Reprobi eni; mala que possunt bonis inferre nō desistūt: ⁊ cū nō possunt malū qd̄ volūt agere nō cessant illud cogitādo tractare: ⁊ cu; nocere nō valēt aut nō audēt in aperto faciūt qd̄ possunt detrabēdo vel simulādo ⁊ adulādo ac falsis laudibus seducēdo. Et quādoq; plus nocet lingua adulatoris q̄ manus ꝑsecutoris: ⁊ ideo valde est cauēda ⁊ subito repellēda. Unde Gregorius adulatio si vel ad tempus patiēter suscipit auget ⁊ paulisper demulcet animum vt a rigore sue rectitudinis mollescat in delectationem sermonis: sed ne crescere debeat statim est sine mora ferienda. Pro bis tamen persecutoribus orat ecclesia vt conuertantur: ⁊ fiat quod subiungitur.

Persecutorum tria genera.

Grego.

Exultēt ⁊ letent in te oēs q querūt te: ⁊ dicāt semper magnificetur dn̄s qui diligūt salutare tuu;. 5

5 locundentur.

Exultent] ſm corpus bilares se ostendendo [⁊ letentur] ſm animam intus gaudendo [in te] ⁊ in tua bonitate nō in se nec in alio quocunq;: non de se gloriantes: sed in te a quo babent letari ⁊ exultare [omnes qui per lachrymas penitentie ac per cognitionem ⁊ amorem diligenter [querunt

nō dolēs:sed[te]qui misericors es τ prior eos quesisti[τ dicāt semꝑ]laudādo te:q꞉ nūꝙ̄ debēt cessare a tua laude[magnificeť dñs].i.laudibus extollať τ maximus ꝑdiceť:q꞉ peccatorē vocat ꝯfiteti ignoscit:inde iuste viuere facit τ tādē glorificat.hoc inꝙ̄ dicāt[qui diligūt salutare tuū]intelligētes se inde sanatos quasi ipsi de se nō saluent:q꞉ dñi est salus τ ab illo est salus eis nō a se:dicāt magnificatꝰ est dñs qui nos tā potenter saluauit.De se aūt dicat vnusqsq꞉ qd̄ subditur.

6 Ego vo egenus τ pauper suꝫ:deus adiuua me.

Ego vo egenꝰ]vel mēdicus.i.petēs:scꝫ mendicās meā salutē vel alioꝝ[et pauper sum].i.nihil habēs ex me:τ insufficiens per me ad eā inquirēdā.Egenus eni diciť qui aliquid habet τ aliud indiget.Pauper q̄ nihil hꝫ:de me quidē nihil ꝑsumo:nec tamē ideo diffido:nā deus adiuuat me vt possim quā desidero salutē possidere:vnde ad ipsuꝫ se cōuertēs ait.[deus adiuua me]ita affectū.Sic vtiq꞉ deū laudare nos decet vt cū illū ꝓut possumus magnificamus nosmetipsos infirmos τ inutiles iudicemus.Ille eni abundans:nos egenti:ille diues:nos pauperes.Quando hec recognoscimus τ de nobis diffidentes in ipso solo cōfidimus:tunc nos tanꝙ̄ pauperes τ egenos adiuuat deus.Adiuua inꝙ̄:quia

7 Adiutor † meus τ liberator meus es tu † domine ne:† moreris.

Adiutor meus]in bonis τ vt vincā[τ liberator meus]a malis τ ne cedā[es tu]τ nō alius:q꞉ nō alia spes mihi est: τ ideo hoc tm̄ mihi restat petere[dñe ne moreris]τ differas mihi succurrere:sed fac qd̄ facturus es me adiuuādo ac liberādo:necnō in gloriā tuā ducēdo.Tardū eni videť qd̄ magno desiderio queriť:ꝫploremꝰ τ nos dñi dei nr̄i adiutoriū τ liberationē τ gl'iaꝫ:atq꞉ ex toto corde dicamꝰ illi dñe ne moreris.Oio

Nexhausti adiutoꝝ deus eterne ad adiuuandum familie tue supplici festinus occurre:vt euictis malorū opprobrijs tuis semper auxilijs muniamur. Per dominum nostrum.

Oratio ecclesie τ cuiuslibet fidelis in magna tribulatione existētis:q̄tenꝰ libereť de multitudie tribulationū vt possit laudare deū. Psal'.LXX.

N te dñe sꝑaui nō ꝯfundar i eternū: in† iustitia tua † libera me τ † eripe me.

Auctor psalmi ꝓpheta Dauid.¶ Titulus talis est psal'.Dauid filioꝝ Jonadab τ ꝑmoꝝ captiuoꝝ. Jonadab iterꝑtať spōtaneꝰ:τ signat chr̄m pr̄i obediētē.Psalmꝰ ergo iste est Dauid ꝓphe ad vtilitatē filioꝝ ionadab.i.obediētie seu imitatoꝝ chr̄i τ primoꝝ captiuoꝝ qui nūc filij chr̄i τ liberi prius filij Adā a diabolo captiui sunt ducti:istis enim vt perseuerent hic psalmus cantatur:in quo gratuita dei gr̄a qua nos nō ꝑꝑ nos:ſꝫ ꝑꝑ se liberat cōmendať.¶ Materia.excitatio filioꝝ eccl'ie ad spem τ cōmendationē gratie diuine:τ descriptio multoꝝ dei beneficiorum circa sperantē in eū.¶ Intentio.monere ne falso de nobis presumamus:sed in deo solo ꝯfidamus. ¶ Sn̄ia in generali.Propheta in isto psalmo qui attribuiť chr̄o τ cuilibet iusto speranti in deo loquiť partim de chr̄o τ partim de mēbris eius:maxime tamen loquiť in persona cuiuslibet iusti τ fidelis in magna tribulatione existēs qui totā speꝫ in deo ponens.Cōsequēter in hoc psalmo sicut τ in precedēti petit a periculis īminētibꝰ velociter liberari vt possit deū deuote laudare:τ ei fidel'r regratiari. ¶ Sn̄ia i speciali. Generalis itaq꞉ iustus clamat ad dñm.d.[In te dñe]solo tanꝙ̄ in adiutore potēti nō in me vel alio quocūq꞉[speraui]τ totā spem meā posui τ ideo[nō cōfundar in eternū].i.finaliter τ in futuro:τ si ad tēpus de peccatis cōfundar:τ in presenti ne cōfundi valeam[in iustitia tua]que mihi est a te nō mea quā nō statuo:

q꞉ nulla vel s̄m q̄ iustitia tua exigit:q꞉ sicut iustū est nō parcere impenitētibus:ita iustū est parcere penitēti/τ oranti/τ retribuere ꝑmanēti[libera me]a pctis[τ eripe me]a penis. Duo eni sunt que in seruitutē nos redigūt:pctm̄.s.τ pena peccati:τ ab vtroq꞉ petit liberari τ eripi.Et si sum ego indignus

Inclina ad me aurem tuam: τ † saluum me fac.

τ † saluum me.

Inclina]tu excelsus[ad me]humilē τ iacentē[aurē tuam] idest cōdescēde mihi per tuā clemētiā:q꞉ merita mea digna nō sunt vt ad tuā altitudinē perueniāt.Nō eni possumus accedere ad deū nisi ipse velit accedere ad nos:τ hec est cōfessio humilitatis.Qui enim dicit inclina ad me ꝯfiteť:q꞉ iacet velut eger prostratus modico stanti[τ salua me]ab omni malo intus τ extra total'r τ ꝑfecte.Et subiungit quomodo.

Accedere ad deū nō possumus nisi ad nos accedat.

† Esto mihi in deum protectorem τ in locuꝫ munitum:vt saluum me facias.

3 † mihi esto.

Esto mihi in deū ꝓtectorē]vt me ꝓtegas cōtra iacula inimicorū ne ad me perueniāt:vel saltē ne me ledāt:ego eni ꝓtegere me nequeo[τ in locū munitū]scꝫ refugij ad quē qui refugit tutus est:vnde subdit[vt saluū me facias]in alio eni saluus esse nō potero:nā absq꞉ te nec ꝓtectio nec refugium nec munitio nec salus a quo ꝙ̄ prestari pōt:vbi tentationē eē cōspiciēs quesiuit locū quo fugeret:sed sine deo munitum inuenire nō potuit:ex qua re τ ipsum sibi locuꝫ fieri petijt ꝓpter quē locū quesiuit.Uel[in locū munituꝫ]in futuro vbi plene securi τ salui erimꝰ:q꞉ nos aggredi nullus valebit inimicus.

Qm̄ firmamentum meū: τ refugiuꝫ meū es tu. 4

Quoniā firmamentū meū]τ fortitudo mea in pugna vt ꝑ te sim fortis cōtra oēs tētationes:τ si multe sunt τ turbāt me [refugiū meū]in fuga[es tu]saluās me sicut locus refugij saluat fugiētes ad se.Ex te eni τ per te sum firmus:τ sicubi fuero infirmatus in me refugiā ad te. Quātūlibet eniꝫ ex gratia dei si quis firmus:tn̄ adhuc formidādū est ex corruptiōe carnis:deinde magis determinat a q̄bus eripi desiderat dicēs.

Deus meꝰ † eripe me de manu peccatoris † τ de manu † contra legem † agentis τ iniqui.

5 † erue
† non hꝫ
† non hꝫ
† prete-reuntis.

Deus meus eripe me de manu peccatoris].i.de potestate diaboli ne me vi vel insidijs ducat ad peccatū vel suppliciū qui sp̄aliter diciť peccator:q꞉ ipse est omnis peccati ꝑsuasor. Et nō solum de manu inuisibilis inimici sed[τ de manu].i. de potestate[cōtra legē agentis].i.transgressoris[τ iniqui].i. simpliciter sine lege peccātis. Hic notať omne genus pctōrum:scilicet aut legis transgressor si accepit legē vt iudeus τ falsus christianus:aut tm̄modo iniquus sine lege si legē non accepit vt paganus:inter vtrūq꞉ gemit corpus christi: τ ab vtroq꞉ affligitur nec se vindicat:sed patienter tolerat τ orat. Ideo autem me debes eripere

Peccatoꝝ oē genus.

Quoniam tu es patientia mea domine:domine spes mea a iuuentute mea. 6

Quoniam tu es patientia mea dñe].i.causa τ fructus patiētie mee:ꝓpter te enim grauiter affligor:ꝓpter te equanimiter patior:nec solū patientia mea:sed es o dñe τ[spes].i.certitudo[mea a iuuētute mea].i.a tēpore virtutis τ fortitudinis mee:nō enim dicit iuuētutem quantū ad etatē:sed quantum ad animi virtutē:τ iuuentute inquit ex quo me aduersus diabolum armasti cepi in te sperare vt munitus fide/spe/τ charitate:ceterisq꞉ spiritalibus armis cōtra aduersarios tam inuisibiles ꝙ̄ visibiles dimicarem:nec solum a iuuentute: sed etiam ab infantia mihi profuisti:quia

In te confirmatus sum ex vtero:de vētre matris mee tu es protector meus. 7

In te ꝯfirmatus suꝫ ex vtero].i.eccl'ie dū rudimēto fidei cōceptus suꝫ:vteꝝ eccl'ie parationē illam dicit qua instruiť hō

tum credere incipit ꝛ ante in eo vtero spiritaliter formaẽ vt deinde in lucem vere cognitionis pariaẽ. In vtero eni ecclesie rudimẽto fidei ↄcipimur: post ex aqua ꝛ spũsctõ regeneramur: vñ subdit: ꝛ vt natus exiui[de vẽtre mr̃is mee]eccle sie.i.ex quo sui renatus de baptismate[tu]etiam[es ꝓtector meus]a malis iminentibus qui me saluum duxisti ad tẽpus in quo in te discerẽ sperare. Et ꝓpter hec gratie tue bñficia.

† decã. 8 In te † cantatio mea semper: tanq̃ prodigium factus sum multis: † ꝛ tu adiutor fortis.
† sed

In te]ꝛ de te est[cantatio mea].i.laus oris ꝛ exultatio cordis: ꝛ hoc semp̱ ꝛ assidue.i.omni tẽpore ꝛ in ꝓsperis ꝛ in aduersis laudabo te: quia iugiter habeo in te materiã laudis ꝓpter beneficia tua ↄtinua: ꝛ ꝓpter hoc tanq̃[prodigiũ]ꝛ portentũ[factus sum multis]mirãtibus de me sicut solent hoies mirari de ꝓdigio vel portẽto. Multi enim amatores seculi putãt me insanũ ꝛ prodigiosum cũ vidẽt me inuisibilia que ipsi cõtẽnunt laudare ꝛ appetere: visibilia quo que ipsi appetunt me cõtẽnẽdo vitare: ꝛ tu cõtra omnia opprobria factus es mihi[adiutor fortis]tu enim ministras spiritalem fortitudinem ad cõtẽnendam hominũ insultationẽ. Et ideo

Hym. 9 Repleatur os meum laude vt † cantem gloriam tuam: tota die † magnitudinem tuam.
no dicã
† magnificentiã.

Repleatur os meũ laude]ꝛ tanq̃ impletus nõ cesset a laude tua ꝓpter tua bñficia: q2 cũ nõ essem fecisti: cũ essem salutẽ dedisti: cũ peccassem ignouisti: cũ conuersus essem adiuuisti: cũ perseuerassem coronasti[vt cantẽ gloriã tuã].i.vt exultando annuntiem q̃ gloriosus sis[ꝛ tota die].i.sine intermissione ꝛ indesinẽter tã in ꝓsperis quib᷒ cõsolaris: q̃ in aduersis qbus corrigis cantẽ[magnitudinẽ tuã].i.q̃ magnus sis in operibus ꝛ beneficijs tuis: sicut quando os repletum aliquid extra redundat: ita petit vt sua laudatio ad proximum deriuetur vt exemplo suo proximus laudet. Et sicut in iuuentute non deseris me sperantem in te: sic

10 Ne proijcias me in tempore senectutis: cum deficiet virtus mea ne derelinquas me.

Ne ꝓijcias me]extra tuã ꝓtectionẽ[in tẽpore senectutis] quãdo senior virtutis decrescit ꝛ fessa virtus iuuari plus indiget: vnde quid per senectutẽ accipiat determinat.d.[cũ deficiet virtus mea ne derelinquas me]subtrahẽdo mihi auxilium: q2 tũc minus potẽs sum ad resistẽdũ. Defectũ ergo virtutis nominat senectutẽ: sicut superi᷒ iuuẽtutis noie designauit virtutẽ. Ac si dicat ne ꝓijcias me a te: nõ ꝑmittas me peccare ex infirmitate: q̄ si per fragilitatem peccare contigerit ne derelinquas me ex toto vt deficiens viribus perseuerem in peccato. Et opus est vt non derelinquas.

Virtutis defectus senectus.

11 Quia dixerunt inimici mei mihi: ꝛ qui custodiebant animã meam consilium fecerunt in vnum.

Quia dixerũt inimici mei mihi]mala ꝛ exprobrãtes mihi in faciem discõfortauerunt me[ꝛ qui custodiebant animam meã].i.obseruabãt vitã meã insidiose ꝛ studio decipiẽdi nõ vt imitarenẽ: s3 vt ꝑderẽt eã.i.qui insidiabanẽ vite mee[cõsiliũ].i.cõspirationẽ[fecerũt in vnũ].i.in eandẽ volũtatẽ nocendi ꝛ concorditer contra me ꝛ de me perdendo. Grauior est fascis qui non diuiditur.

12 Dicentes deus dereliquit eũ: persequimini ꝛ cõprehendite eum: quia non est qui † eripiat †.
† eruat.
† eum

Dicentes]cõmuni ↄsilio vel apud se in corde suo[deus].i. quẽ sibi deũ facit[dereliquit eũ]subtrahẽdo ab eo suũ auxiliũ: quẽ vidẽt calamitatib᷒ fatigatũ putãt a deo desertum: ꝛ ideo audacter[persequimini eũ]vt tardũ[ꝛ cõprehẽdite eũ] vt inualidũ ꝛ secure potestis facere[q2 nõ est q eripiat]de manu nr̃a cõprehẽsũ. Quo cõtra postulat.d. Ipsi ita: sed O

† Deus † ne † elongeris a me: deus meus in † auxilium meum respice.

13 † dñe
† meus
† elõges
† adiutoriũ.

Deus ne elõgeris a me]subtrahẽdo auxilium defensionis tue: sed ꝓpe esto[deus meus in auxiliũ meũ respice]cohibẽdo hostes a nimia crudelitate ne grauioribus exponar: quia scio me affligẽdũ. Ita tñ nõ elongaẽ ab eis: imo ꝓpe est qui tribulato sũt corde: ꝓpe est vt audiat: ꝓpe est vt misericorditer respiciat: ꝓpe est vt auxilieẽ: possunt etiã hec accipi ex ꝑsona chr̃i ab illo loco[ne ꝓijcias me in tẽpore senectutis ꝛc̃.] Senectus in chr̃o fuit dum infirmatus est in cruce ꝛ irrisus que ex vetustate nostra assumpsit: vñ fuit in eo vetustas pene nõ culpe: ꝛ deficit virtus sua scilicet humanitatis qui inter manus inimicorum factus est infirmus: ꝛ quasi nihil posset comprehẽsus: qui talia omnia habuit ex persona nostra. Deinde sequitur oratio pro malis.

Confundantur ꝛ deficiant † detrahentes anime mee † operiantur ↄfusione ꝛ † pudore qui † querunt mala mihi.

14 † cõ...
† idua...
† vere...
† cogi...

Confundanẽ]mali.i.cognoscant peccata sua[ꝛ deficiant]a peruersis virib᷒: hoc illis expedit vt peccata sua recognoscãt: vnde cõfundanẽ ꝛ deficiãt in se qui male de se ꝛ sua iustitia seu viribus presumebãt[detrahẽtes anime mee]praua suadẽdo vel vite mee aduersando[operianẽ]multa[confusione] interius quo ad se de mala ↄsciẽtia pctõꝝ[ꝛ pudore]exterius quo ad alios ꝓpter modestiam[q querunt mala mihi]procurando in opere ꝛ vexando iniuriose: vel qui querunt si mala sint que mihi apponant.

Ego autem semper † sperabo: ꝛ adijciam super omnem laudem tuam.

15 † in...

Ego autẽ semp̱ sperabo]de tuo auxilio nec deficiã a spe cõtra hoc qd̃ illi de me desperãt. Quicqd illi faciãt quãtũcũq3 ꝑsequanẽ ego non frangor vlla aduersitate: sed semp̱ firmã spem habebo in te[ꝛ adijciã super omnẽ laudẽ tuã]preteritam ꝛ ante habitaꝫ super omnes laudes priores quas tibi feci semper adijciam alias nouas s̃m auxilium quod mihi prestabis. Uel[adijciam super omneꝫ laudem tuam]te laudando ꝛ adhuc magis laudabilem ꝛ maiorem omni laude predicando. Et non tñ laudabo in me: sed etiã ad ꝓximũ: quia

Os meum † annuntiabit iustitiam tuam: tota die † salutare tuum.

16 † pronuntiabit.
† salutarem tuam.

Os meũ annuntiabit]ꝑdicãdo alijs[iustitiã tuam]q2 sine personarũ acceptione vnicuiq3 s̃m op2 sua reddis[tota die] idest assidue. Uel[tota die]qui dicit̃ dies cum sua nocte.i.in prosperis ꝛ aduersis annũtiabit[salutare tuũ].i.salutẽ ꝛ redẽptionẽ quam mũdo fecisti: q2 nec ꝓspera nec aduersa me retrahẽt a laude tua. Uel[iustitiã tuã]qua iustificaẽ impius[ꝛ salutare]quo saluaẽ dãnatus: quia hec predicare est laus que superat omnem laudem. Et propter hoc annunciaui.

Qm̃ nõ cognoui † litteraturã: introibo in potẽtiã domini: dñe memorabor iustitie tue solius.

17 † negociationes.

Quoniam nõ cognoui]approbatione.i.nõ approbaui[litteraturã]de qua Paulus dicit. Littera occidit: spũs aũt viuificat. Quidã enim nõ de gratia: sed de lege gloriabanẽ eo q legẽ accepissent: lex aũt sine gratia sola lr̃a est. In ipsa gratia gloriãs: lr̃aturã nõ cognoui.i.nõ approbaui quẽq̃ ex opibus legis iustificari: sed hoies de lr̃a legis ꝑsumentes: ꝛ a gr̃a resiliẽtes toto corde reprobaui. Et hi sunt negociatores qui opera sua extollũt de actibus presumẽtes: ꝛ ex opibus suis iustitiã querẽtes. Et ideo[introibo in potẽtias dñi].i.ad cognoscẽdum eius virtutes ꝛ magnificẽtias per ipsius inspirationes: spiritalis eni homo dum nõ adheret lr̃e mereẽ per intellectũ ad interiora spũs introire vt potẽtias dñi sciat.i.gr̃am ꝛ virtutes qbus

2. cor.

tutes qbus iam nō infirmatus p carnē mandata diuī poten-ter impleat: o dñe]tuuc[memorabor iustitie tue solius]ni bil de mea allegabo que nulla est: qz nullā meā agnosco: nil bil proprius sum ex me: sed tu solus es q iustificas: iustitia tua sola me liberat: mea sola nō est nisi peccā. Nō gloriabor de vi ribus meis: ne in litteratura maneā: sed de tua gra q quā lit-teram operādo adimpleā. Et ideo memorabor. q.d.

18 Deus docuisti me † a iuuentute mea: & vsqz nūc † pronuntiabo mirabilia tua.

Deus docuisti me]p inspirationē & grē tue experiētiā[a iu uentute mea] .i. ab ipso initio fidei qua me innouasti[& vsqz nunc] .i. etiā post fidē: qz nec nunc p me quicqz possum: naz & ante fidē: & post eā necessari⁹. Docuisti inqz me q tue solius iustitie memorari debeo: qz docuisti qd eram: qd dederis vt memor sim iustitie tue solius. Cōsiderās enim vitā meā pre teritā video qd mihi debebat: & qd acceperim pro eo qd mi bi debebat: debebat pena reddita est gratia: debebat gehen na: data est vita eterna. Et quo ergo puersus sum didici me rita mea nulla pcessisse: sed gratiā tuam mihi gratis venisse. Et ego taliter eruditus nolens esse īgratus[pronuntiabo mi rabilia tua]idest ea que tu mirabiliter operatus es circa me vel circa totum genus humanum aliis predicado.

19 Et vsqz in senectā & seniū: de⁹ ne derelinqs me.

Et]nunc o dñe sicut cepisti: ita perficiēdo[vsqz in senectaz & seniū]meū .i. vsqz ad vltima mea[ne derelinquas me]sed vsqz ad diem meū vltimū: gratia tua pseueret mecū. Addunt sit fortē no deseras debile qn maxime opus est. q.d. omni tē pore sis mihi presens per gratiā me semp adiuuādo: qz nisi vsqz ad vltimū meū gratia tua mecū sit nihil ero. Tēpore apostolorz & martyrū erat iuuenis ecclesia: fortis in virtute: patiēs in tribulatione. Jam qz charitas refrigescit: virt⁹ defi cit: quasi in senectutē venire cepit: postulat q christi ecclesia vt sicut a iuuētute p oīpotētis dei gratias regit sic vsqz in fi nem seculi p eandē gratias gubernet. Tēpore antechristi ca det in senium qn eius virt⁹ adeo diminuta est vt si fieri pos sit seducātur etiā electi. Et oro ne derelinquas

20 Donec annuntiem brachium tuum: generationi omni † que ventura est.

Donec annuntiē brachiū tuū] .i. christū filiū tuū: qui iō bra chium dñi dicit: qz ipse est virtus & fortitudo dei p quē oīa facta sunt: & a quo diaboli virtus superat. Uel[brachiū tuū] idest magnitudinē virtutis tue[generationi omni]p succes siones[que ventura est]vsqz ad finē seculi .i. oībus gnationi bus sequētib⁹ vsqz in finē vt credētes in dñm Jesum christum fortes pmaneāt atqz ita virtute p fidē diaboli: & vitia po tēter vincāt donec annūtiē nō vires aut iustitias meas: sz

21 Potentiā tuā & iustitiā tuā: de⁹ vsqz in altissima (que fecisti) magnalia: de⁹ quis similis sit tibi.

Potētias tuā]liberandi qua nos liberas[& iustitiā tuam] puniēdi qua peccantes punis extēdens illam annuntiatione meā[vsqz in altissima magnalia que fecisti]& facies .s. myste ria christi que sunt altissima & maxima: vnde admirādo ex clamat: & cū hoc ita sit. O[deus quis similis sit tibi] .i. in ma gnalib⁹ faciēdis: vel in natura seu potētia. q.d. nullus: qz ni hil sibi simile. Est tñ alia similitudo bona qua hō iustus q di ligit inimicos: & benefacit eis filius est deo: ad cui⁹ similitudinē factus est. Hec est similitudo obedientie nō supbie: imitationis nō eqparationis. Mihi aūt volenti puerse tibi similari.

22 Quātas ostendisti mihi tribulationes multas & malas: & conuersus viuificasti me: & de abyssis terre: iterum reduxisti me.

Quantas ostēdisti mihi]per experientiā .i. iuste immisisti ad uersitatē[tribulationes]& passiones[multas]quātitate & di uersitate[& malas]qualitate & acerbitate. Quis enim bois vel ecclesie miserias enumerabit: Ecce iustitia in peccatib⁹: sed hec disciplina admonitio fuit nō desertio: vnde sequit[& tamē post iram tu[cōuersus]misericorditer ad clemētiaz & me cōuertēs[viuificasti me]p tuā gratiā: & in eternā cōsola tionē. Ecce clemētia in conuersis: vñ subdit[& de abyssis ter re] .i. de pfunditate & submersione peccati[iterū] .i. sepe[re duxisti me]ab illis liberādo. Dicit itez: qz nō semel reducit nos de⁹ a peccatis: sed mō p baptismū: modo p pniaz: modo per cōuersionē: & sic multis & diuersis modis reducimur ad salutem. Nos iteramus culpaz: plus dominus iterat ergo no bis suam misericordiā. Mihi ito sic reducto

23 Multiplicasti † magnificentiam tuam: & conuer sus consolatus es me †.

Multiplicasti]qz p diuersa subuenit deus[magnificētiā] vel iustitiā[tuā]scz flagella a qb⁹ nec filijs parcis. Uel[mul tiplicasti magnificētiā tuā] .i. multis modis magna & multi plicia virtutū dona cōtulisti[& cōuersus]ab ira qua punisti me: & ab omni indignatiōe[cōsolatus es me]in omni & ab oī tribulatiōe: & hoc p iternā dulcedinē: p scripture īspectionē: p premij repromissionē: qz etsi distincte castiget tristes: tñ esse nō sinit. Et q cōsolatus es me ab effectu & fructu ostēdēdo

24 † Nam & ego confitebor tibi in vasis psalmi veri tatem tuam † deus: psallam tibi in cythara san ctus israel.

Nam & ego]pptera[cōfitebor tibi]confessione laudis .i. laudabo te[in vasis psalmi veritatē tuā]o[deus]hoc est fm spiritū: & in viuificatiōe spūs: a supiori enim sonat psalterius: qō est qn qōdā vas spiritale]in quo psalmi cōtinent]in quo etiā dñi veritas ad ipsius honorē predicat: & iō p ipm spūs significat. q.d. psallam tibi spiritu. Et qz deuotiōe cordis co mitari debet maceratio carnis[psallā tibi in cythara] .i. fm corpus & in mortificatiōe carnis: cythara enim ab īferiori so nitū reddit: & iō carnē signat. q.d. faciā cōsonare spiritus & carnē: tibi inqz qui es de⁹[sanctus]ipsius[israel] .i. q sanctifi cas eos qui sunt spiritualiter israel .i. videntes deum. Et hoc faciam exultando. Unde subdit. Et ideo

25 Exultabunt labia mea cum† cantauero tibi: & ani ma mea quam redemisti.

Exultabūt labia mea]īteriora & bois ēteriora: scz labia aīe mee[cū cātauero tibi] .i. cū laudabo te in pdicatiōe[& anima mea]exultabit[quā redemisti]a piculis & in futuro redimes a penis que ipsis iternis labijs exultat qbus tacite ad deum clamat. Uel[exultabunt labia mea]exteriora: qz magna de uotio mentis qnqz p delectationē redūdat ad sensus corpo ris[& aia mea quā redemisti]sic exultabit. q.d. voce labiorz & mēte laudabo te: qz dñō cātat nō solū exteriorib⁹ labijs: sz ītus in aia exultat: sic enim deū laudare decet vt mens cū vo ce cōcordet. Nec solū anima mea ad deum exultabit

26 † Sed † & lingua mea tota die meditabitur iusti tiam tuam: cum confusi & † reueriti fuerint qui querunt mala mihi.

Sed & lingua mea]scz corporis[tota die] .i. cōtinue & idest menter[meditabit] .i. ex meditatiōe cordis cōfitebit: & medi tatā loquit[iustitiā tuā] .i. qualr aia mea p te redēpta sit & iu stificata nullis meis pcedētib⁹ meritis: sed sola tua gratuita mīa: & hoc[cū cōfusi]erubescēdo[& reueriti fuerint]timēdo [qui querūt mala mihi]me corporalr vel spūaliter psequen do. Duobus aūt modis cōfundentur & erubescēt: aut cum B conuersi fuerint ad christum: aut in futuro cum venerit chri stus. Et tunc lingua meditari potius qz loqui dicitur: quoniā

Marginalia: lex 18 — lamdum / iabo — dñe 19 — Iñ super / uenture — Talia lra nō bz sit — 23 † iu stitiam. † et de abyssis terre ite rū redu xisti me. — 24 † etenim † non bz — 25 † psallā. — 26 † ad huc aūt. † non bz & lingua mea. † erubue rint.

in illa beata vita bonum voluntates ⁊ cogitationes omnibus inuicem apparebunt.

Oratio.

Excelsi solus regnator immēse qui sperātes in te damnari eternis cōfusionibus non pateris: reple quesumus labia nostra laude tua: ⁊ his nos semper meditationibus bonoꝝ insinuator exerce. Per dñm.

¶ Psalmus de Christi regno ac iudiciaria potestate ⁊ iudicio: necnō de ipsius regni ⁊ regis ei⁹ cōmēdatiōe ⁊ oī subiectione. Psal. LXXI.

DEus iudicium tuum regi da: ⁊ iustitiam tuam filio regis.

Auctor psalmi ꝑpheta dauid. ¶ Titulus hic est ꝑs in salomonē: h̄ est iste ꝑs tendit ⁊ dirigit̄ in salomonē ⁊ pacificū. s. chr̄m qui est verus salomon. i. pacificus q̄ fecit vtraq̄ vnū: ⁊ pacē posuit inter deū ⁊ genus humanū. ¶ Materia. christus s̄m vtrāq̄ nām diuinā. s. ⁊ humanā: ⁊ aduētus eius ad regnū ecclesie. ¶ Intētio. monere vt chr̄m verū regē credamus: ⁊ ipsi humiliter subijciamur. ¶ Snia in gnāli. Propheta in isto psalmo chr̄m (de cuius tribulatiōe supra dcm̄ est) s̄m vtrāq̄ nām cōmēdās loquit̄ de ei⁹ regno iudiciaria potestate: ⁊ iudicio de ipsius regni: ⁊ regia eius magnificentia ⁊ ꝑconio dicēs ab oīb⁹ regib⁹ eū adorādū: ⁊ humanū genus ꝑ eū redimēdū: ipsumq̄ ab oīb⁹ benedicēdū. Que cōmēdatio ad h̄ intēdit vt itellecta regni eius eminētia demoniace dn̄ationi colla subtrahētes sub titulū christi fugiamus quatenus in p̄nti cōseq iustitiā: in futuro xp̄o iudicari mereamur ad gloriam. ¶ Snia in spāli. Propheta q̄ ad patrē loquēs de chr̄o orādo ꝑphetat ⁊ ait. o [Deus] pater [da iudiciū tuū] i. iudiciariā p̄tātē sup hoīes [regi] i. chr̄o filio tuo qui est rex regū: vt sicut tu habes iudicare: ita habeat ⁊ ille. Petit dari chr̄o homini qđ semp habuit ipse dn̄s. q. d. fac qđ ꝑuideo futurū. Pater eniꝫ nō iudicat quēq̄: sꝫ omne iudiciū dedit filio: non quin tota trinitas simul iudicet: sed q: solius filij ꝑsona s̄m humanitatē ab oībus in iudicio videbit̄ [⁊ iusticiā tuā] i. potestatis predicte executionē eideꝫ [filio regis] i. tu qui es rex ⁊ veritate tuos regis. Da inquā iudicium.

† tua 2 **Judicare populum tuū in † iustitia: ⁊ pauperes tuos in iudicio.**

¶ Judicare] i. ad iudicādū ⁊ vt actu iudicēt [populū tuū] i. christianū qui ⁊ ei⁹ est [in iustitia] ⁊ iuste: scꝫ vt discernat eū a nō suis: ⁊ reddat vnicuiq̄ s̄ꝫ merita sua [⁊ pauperes tuos] spiritu q̄ sunt populus dei. s. humiles [in iudicio] iusto: vt pro abiectiōe quā sustinēt in p̄nti recipiāt exaltationē ⁊ honorē in futuro. Et bene addit̄ tuos. Paup eniꝫ si superbiat nō est paup dei: diues si paupertatē diligit nō est diues seculi. Nec solū da ei iudiciū: sꝫ ⁊ prius fac illū ꝑ p̄dicatores tuos diuulgari ꝑ totū mūdū vt presciat̄ iudicaturus. Et h̄ est qđ subdit

Paup superb⁹ nō ē paup dei.

3 **Suscipiāt mōtes pacē populo: ⁊ colles iustitiā.**

¶ Suscipiāt mōtes] i. maiores eminētes excellēti sanctitate qui idonei sunt ⁊ alios docere [pacē] predicādā ⁊ nuntiādā idest verbū recōciliationis. i. verbū euāgelij ad hoc vt nuntient [populo: ⁊ colles] i. minores suscipiāt [iustitiam] i. obedientiā vt obediāt doctrine x̄p̄tatis: que obediētia est in hoībus ⁊ in omni rōnali creatura ois iustitie origo atq̄ ꝑfectio. Primū postulat: deinde affirmat: q: reuera iudiciū chr̄s habebit. Unde post optationem virtute prophetie dicit ea que aduentu domini sunt prestanda. Nam

4 **Judicabit paupes populi: ⁊ saluos faciet filios pauperum: ⁊ humiliabit calumniatorem.**

¶ Judicabit] filius rex [pauperes populi] i. veros. i. spiritales pauperes q̄ pro acquirēda beatitudine pauperes fiunt in populo discernet ⁊ segregabit ab alijs sic ipse discipulis suis ait. Ego vos elegi de mundo [⁊ saluos faciet] ⁊ hoc dādo gratiam: ⁊ in futuro dādo gloriā [filios pauperū] i. eos q̄ sub illis ꝑficiūt: vel imitatores chr̄i ⁊ discipuloꝝ eius q̄ pauperes fuerūt: quos oēs sic iudicabit dn̄s vt saluos faciat [⁊ humiliabit calūniatorē] scꝫ diabolū q̄ est iniustus accusator fratrum nostroꝝ: ⁊ inocētes nitit̄ trahere in culpam humiliauit eū dominus in cruce: humiliat quotidie in membris suis per penitētiam ipsoꝝ: humiliabit in iudicio futuro.

Joā. 15. c.

5 **Et permanebit † cum sole ⁊ ante lunam: † in generatione ⁊ generationem.**

† soli † ei gnōnes gnōnum.

¶ Et] humiliato calūniatore [ꝑmanebit] ipse splēdor ⁊ radi⁹ scꝫ filius [cū sole] i. cū patre ⁊ claritate paterna: sedēs ad dexterā p̄ris ⁊ regnās cū eo i eternū [⁊ ante lunā] existēs. i. ante oēm decursū mortaliū: que sicut luna decessione ⁊ accessione trāseunt. Hoc dicit ne ex tpe videat̄ cepisse [in gnōne ⁊ generationē] i. semp. Uel [ꝑmanebit] in ecclesia [cū sole] i. q̄diu tēpora voluunt̄ q̄ iuxta cursum solis distinguunt̄: ꝯ illos qui dicūt ecclesiā aliqñ defuturā [⁊ ante lunā] extitis. i. anteq̄ eēt ecclesia cōstituta que ꝑ lunā significat̄ ꝑꝑ crescēdi ⁊ decrescēdi vicissitudines: ⁊ hoc [in gnōne ⁊ gnōnē] i. ꝑ oēs gnōnes sibi succedētes. Deinde incarnationē diuinitatis annuntians ostendit quomodo hoc regnū icipiet. Christus eniꝫ rex iudicaturus prius in humilitate veniet: quia

† 6 **Descendet sicut pluuia in vellus: ⁊ sicut † stillicidia stillantia super terram.**

† gutte stillātes.

¶ Descēdet] scꝫ christus i vterū virginis [sicut pluuia in vellus] i. sicut pluuia leuiter ⁊ sine strepitu abundāter descēdit in lanā: sic deus occulta virtute suauiter ⁊ impceptibiliter: sꝫ totaliter descēdet in virginē. Lana etiā accipiēdo ⁊ reddendo aquā nō rumpit̄ sed integra manet: sic ⁊ virgo dum ꝯcepit ⁊ peperit integra ꝑmansit. Et q: de plenitudine ei⁹ nos oēs accepimus apte subiunctū est [⁊ sicut stillicidia stillātia super terram] idest sicut gutte particulariter stillantes in modum roris summa leuitate cadūt sup terrā ⁊ eā secūdant: sic deus leuiter in aridā terrā cordis nostri descēdēs eā gratiarū suarū stillicidijs secūdauit: ⁊ ecclesiam diuisionib⁹ gratiaꝝ ꝑfudit: vbi alludit facto Gedeonis. Gratia eniꝫ Christi descēdit prius sup populum iudeoꝝ sicca area totius orbis: sicut pluuia p̄us descēdit in vellus Gedeonis: postea descēdit sup terram. i. super gētes sicco vellere iudeorum. Deinde ostendit que vtilitas in aduentu christi erit dicens.

Lana accipiēdo ⁊ reddēdo aquā nō rumpit̄.

7 **Orietur in diebus eius iustitia ⁊ abundantia pacis: donec † auferatur luna.**

† tollat̄.

¶ Oriet̄ in dieb⁹ eius] i. regis scꝫ tpe gratie [iustitia] que est ex fide ⁊ qua iustus ex fide viuit. i. gratia fidei qua iustificantur electi: q: peccatores facti sunt iusti [⁊ abundātia pacis] q: pax inter deū ⁊ hoīeꝫ facta est ⁊ discordes facti sunt pacifici: bene aūt dicit̄ ⁊ abūdātia pacis: q: ꝑ totū mundū erit abundans recōciliatio: ⁊ de omni pte erūt hoīes recōciliati deo ⁊ inter se: itantū vt nō solū diligant̄ inimici in deo: sed ēt inimici ꝑpter deū. Hec aūt pax ꝑseuerabit in sanctis [donec auferat̄ luna] ⁊ efficiat̄ vt nō sit. i. donec morte destructa iam nō sit defect⁹ mortalitatis que ꝑ lunaꝫ significat̄: ⁊ p̄ns ecclesia immortalis ⁊ impassibilis efficiatur. Donec nō notat terminum vel desinētiam pacis: sed ꝯtinuationē pacis: que cū ante eēt semiplena postea erit omnino plena. Deinde ostendit amplitudinem regni cum subiungit.

8 **Et dominabitur a mari vsq̄ ad mare: ⁊ a flumine vsq̄ ad terminos orbis † terrarum.**

† terre.

¶ Et dominabitur a mari vsq̄ ad mare] i. a quolibet fine ⁊ termino terre vsq̄ ad quēlibet finē ⁊ terminū eiusdē ⁊ circūquaq̄ sup oēm terrā a mari circūdatā: q: in oībus terris

aliqui

aliqui receperunt fidem christi[et a flumine]iordane in quo baptisabit incipiēs extēdet et dñabit[vsqz ad terminos or/ bis terrarū]circūquaqz in circuitu totius orbis: cū euāgeliū in oēs ptes mundi pdicabit: et ecclesia vbiqz diffundet. Per flumē iordanē in quo chrs baptisatus est accipimus baptis/ mū q inde p totū mundū manauit: et p quē p totū mūdū dila tat et vbiqz dñat: paucis vbis magna hic docet sacramenta. Deinde qd vlter dixerat per partes explicat dicens.

pro/ 9 **Coram illo † procident ethyopes: et inimici eius terram lingent.** ciet.

Coram illo pcidēt]fidē ei⁹ deuote recipiēdo et eū humili ter adorādo[ethyopes].i.peccatis denigrati et tenebrosi: scilz gētes que dealbabunt cādore virtutū. Per ethyopes signifi cauit oēs gētes tanq̃ a pte totū eā eligēs gētē quā potissimū noiaret que in finib⁹ et in vltimis terre et teterrima est[et ini/ mici eius]veritati prius resistētes ac ei et diuinis eloquiis 2/ dicētes[terrā lingēt].i.hoies amabūt et suaues habebūt q̃b⁹ auctorib⁹ ad deū cōuertent: vt qū iudei, heretici, et pagani in apostolo; doctrina delectant. Sunt eniz apostoli sal terre. Uel ad litterā terrā[lingent].i.adorabūt eū psternētes se ad terrā et osculātes eā tanq̃ puluerē eius lingerent.

10 **Reges tharsis et insule munera offerēt: reges ara bum et saba dona adducent.**

Tharsis inter/ pretat. Reges tharsis].i.qui mūdi gaudia abiciūt. Tharsis enim interpretat exploratio gaudij que plimū nocet humane men ti: et iō qui hāc abiciūt hī reges tharsis dici pñt[et]ipsi[insu le].s.maris.i.q vitia mundi circūfluētia a se excludūt: et mul tis tēpestatib⁹ nequaq̃ demergunt: lz pcellis eius circūquaqz tundant[munera].i.seipsos[offerent]qz se bene regēdo de uote dño seruiūt: et bona que operant ei ascribūt[reges ara bū et saba].i.qui terrenas delectatiōes reprimūt. De eniz pa trie diuersis odorib⁹ aromatū nares mulcēt: et significāt eos qui terrena delectatiōe molliter se tractāt: sed iaz sunt reges arabū: et saba q hic blandimēta p disciplinā subiciunt[dona adducēt].i.alios in societatē ecclesie odore virtutū secū tra/ bunt. Uel ad litterā pōt exponi de magis q venerūt adora/ re chrm cū munerib⁹ qui fuerūt de his prouincijs cū quibus venerunt insule.i.etiā extremi scilicet multi alij.

alia 11 **Et adorabunt eum omnes reges † terre: omnes gentes seruient ei.** āno hz terre.

Et]vt nō p singula: sz vlter dicā[adorabūt eū oēs reges] qui prius solebāt adorari.i.aliqui de oibus regib⁹ seu omni genere regū: et qui nō modo: saltē adorabunt in iudicio: et oēs gentes]que prius solebāt seruire terrenis dominis et rebus.i. aliqne de oib⁹ gentib⁹[seruient]fide et ope[ei]nro vicz cele/ sti regi: qz nō est gens que l parte populi sui nō adoret aucto rem. Deinde agit de opibus eius ostēdēdo cur ei tantus ho/ nor.q.d. et merito venerabuntur christum regem.

libe 12 **Quia † liberabit † pauperem a potente: et paupe rem cui non erat adiutor.** rauit. egenū

Quia liberabit pauperē]spiritu[a potēte]de se psumēte.i. populū fidelē de se nō presumētē a ptāte diaboli quē nō sua virtus sed peccata hoīu; potentē et fortē fecerūt. Triplex q/ dem est potētia diaboli.s.nāē: et hāc hz a deo. Exercitiū et hāc hz a se. Effectus et hāc hz a nobis. Et deteriat quē pauperē di cēs[et pauperē]tam desolatū et miserū[cui nō erat adiutor] qz nec homo iustus: nec angelus: nec lex: nec liberū arbitriū poterat eum liberare: nisi tm leo de tribu iuda: scilicet chri/ stus. Deinde ostendit quomodo liberabit: quia

Diaboli potentia triplex est.

ipse 13 **Parcet † pauperi et inopi: et animas pauperum saluas faciet.** inopi et pauperi

Parcet pauperi et inopi].i.nō de se: sed de gratia cōfidenti. Pauper est q nihil hz: inops qui alterius ope idiget: huc pau perē et inopē virtutib⁹ et bonis opib⁹ vacuū: et gratia dei indi gentē nō dānabit rex pius iuxta pprium meritū: sed parcit re laxādo penā dimittēdo culpā[et]sic[aīas pauperū].i.humi liū[saluas faciet]dādo eis gratiā declinādi a malo et facien di bonū. Uel[animas pauperū saluas faciet]in futuro: et non tm parcet eis in pñti. Deinde ostēdit quō saluos faciet.d.

14 **Ex vsuris et iniquitate redimet animas eorū: et honorabile nomen † eorum coram † illo.** † eius † ipsis

Ex vsuris].i.eternis penis futuris[et iniqtate].i.ipso pecca to pro quo et pene debebant[redimet]precio sanguinis sui [animas eo;].s.pauperū. Ordo est iniqtate et vsuris.s.a cul pa et pena. Pecunia qdē diaboli est iniqtas quā nos ab ipso suscepimus: sup hanc pecuniā exigit a nobis vsuras.i.penas quas nō suscepimus et soluimus. Ab his vsuris et iniquitate redimunt anime pauperū sanguie illo q effusus est in remis sione peccato;[et honorabile]est et erit[nomē eorū]quo a christo dicuntur christiani[coram illo]: et si corā malis habea tur despicabile. Sequitur cōmēdatio ipsius regis. Quia etsi morte sua redimat pauperem: tamen

Iniqtas et pecunia diaboli.

15 **Et viuet et dabitur ei de auro arabie: et † adora bunt de ipso semper: tota die benedicent ei.** † orabūt

Et]post mortē[viuet]eternaliter sine fine[et dabitur ei de auro arabie].i.sapiētes gentiū et mūdi in chrm credēt: vel of ferent ei mētes puritate tanq̃ aurum arabicū splēdore pul cherrimo rutilantes[et adorabūt]et summa veneratione co lent eū semp et quotidie et hoc[de ipso]hñtes vt adorēt: qz h q eū adorabūt de eius munere pcedet: de ipso habēt si q be ne orant: ab ipso trahūt qcqd boni possidēt: et iō merito[tota die].i.toto tpe et assidue[benedicēt ei]bona vita et laudabūt eū gratias de suis beneficijs referēdo et bona sua nō sibi: sed dño ascribendo. Et sequit alia cā vt benedici debeat: qz ipse

16 **† Erit firmamētum in terra in summis montiū: superextolletur super libanū fructus eius: et flo rebunt de ciuitate sicut fenum terre.** † et

Erit firmamētū in summis montiū].i.in auctorib⁹ scriptu rarū: scz pphetis et apostolis quos firmat implēdo predicta ab eis: qz oia in illo sunt firmata: et in illo sunt vel erūt adim pleta: et hoc[in terra]qz pp̄ter eos qui in terra sunt oia scri pta sunt et ipleta. Uel[erit firmamētū in summis montiū].i. in apostolis et alijs sanctis: qz per eū erunt firmi: et hoc[in ter ra]ista et in hac vita que tentationib⁹ est plena[superextolletur sup libanū].i.super oēm altitudinē et candorē seu dignitatez seculi[fructus eius].i.boni et dilectores christi: qz oia secula ria contēnunt[et]ipsi sancti existētes[de ciuitate]scz dei.i.de ecclesia que bene di ciuitas: qz est christianorū vnitas[flore bunt]virtutib⁹ ac bonis operib⁹ et exēplis in pñti. Uel[flo rebunt]gratissime in futuro[sicut fenū].i.herba[terre]viret et floret ac grata est in estate: nō enim etas senit: sed viriditas sanctis cōparatur. Et propter hec omnia beneficia.

17 **Sit † nomen eius benedictum in secula: ante so lem permanet nomen eius.** † ergo

Sit nomē eius benedictum in secula].i.fama et gloria nois eius quātū ad hoies accipiat icremētū: et semp magis ac ma gis diuulget et magnificet h et in eternū. Merito aūt benedi cendū est: qm etiā[ante solez].i.ante oia tēpora p solē cuius motu mēsurant significata: et ante oēm creaturā.i.internum [pmanet nomē eius benedictū]qz ab eterno est nomē chri sm diuinitatē: h dicit ne putes tēporalē dei filiū nō dicit no men illam vocē que transit: sed res nois et substātia diuina h intelligit que p nomē significatur. Et est 2sequēs vt qui deū benedicit benedicatur a deo. Unde recte subiungitur.

18 **Et benedicentur in ipso omnes tribus terre: oēs gentes magnificabunt eum.**

¶ Et benedicenṫ in ipso omnes tribus]idest omnes gētes sicut habrae promissum est: vnde ne duodecim tribus tm̄ accipias addit[oēs gētes].i.oēs benedicit[magnificabūt eum] nō ipsi faciēdo: vt magnus sit qui p seipm magnus est: sz laudādo ꝛ magnū cōfitēdo: diuerse trib⁹ in ecclesia electas aias fm diuersa merita designāt: pp qđ ꝛ in domo patris mansiones multe sunt: ac si dicat nō solū ipse benedict⁹ erit: sed oēs sui p eū. Unī merito oēs magnificabūt eū tanq̄ saluatorē ꝛ dn̄m oium: pp qđ ipse pphera ex pte sua deū bn̄dicit: vt qđ alios facere hortaṫ ipse faciat. q.d. qꝛ in eo ois benediceṫ: iō

19 **Benedictus dominus deus israel: qui facit mirabilia solus.**

¶ Benedictus]sit[dn̄s deus israel] videntiū se p fidē ꝛ a creatura sua exaltatus. i. quē spūaliter p deo colit populus israel idest ppl's chrīanus spūaliter vidēs deū[qui facit mirabilia solus] auctē ꝛ ptāte: qꝛ qcūqꝫ alius facit nō ipse p se: sed dn̄s in illo seu p illū facit: lz enim sancti dicanṫ facere merito vel ministerio: tn̄ hoc facit deus ad iuocationē ipsoꝝ. Unde nemo de his cū facit glorieṫ: qꝛ nō ipse sed dn̄s hec operatur.

† glo rie eius. † i secu lū seculi. † gloria.

20 **Et benedictū nomen † maiestatis eius in eternū †: ꝛ replebiṫ † maiestate eius ois terra, fiat fiat.**

¶ Et benedictū]sit[nomē maiestatis ei⁹].i. gloria diuinitatis omni noie maior[in eternū].s. in hoc seculo ꝛ in futuro: qꝛ angeli ꝛ hoies sancti eternaliter laudabunt eū[ꝛ replebiṫ]hac [maiestate eius].i. ipsius clarificatiōe[ois terra] ꝛ tota ecclesia qđ fuit in missione spūssancti iplētū: g tunc repleuit orbē terrarū: ꝛ etiā in miraculis p sanctos factis que sunt declaratiua diuine maiestatis. Et ex his oib⁹ bn̄dict⁹ sit de⁹[fiat fiat] q.d. qđ iussisti dn̄e: ita fiat fiat: qꝛ valde desiderat: iō ingeminat. Optādis enim est semel dicere: sed nimiū desiderātis est repetere: duplicaṫ ēt ad ostendēdū huius pphetie de christo certitudinē: vel vt cōpleaṫ in iudeis ꝛ in gētib⁹. Oratio.

Nomen tuum omnipotens ante omnia secula benedictum inuocantes oramus: vt humiliato calumniatore pacem populo tuo, iustitiamqꝫ largiri digneris. Per dominum.

¶ **Psalmus de instructione quare mali ꝛ iniqui tēporaliter hic ꝓsperanṫ: boni x̄po ꝛ iusti ecōuerso multipliciter tribulanṫ.** Psal.LXXII.

† recti corde.

1 **Quam bonus israel deus: † his qui recto sunt corde.**

Auctor psalmi pphera dauid. ¶ Titulus talis ē defecerūt laudes vel hymni dauid filij Jesse psal. asaph. Et est sensus: hic agitur de hoc ꝙ defecerūt laudes vel hymni nō filij dei: sed filij iesse. i. carnis populi iudaici p dauid q ei preerat significati: ꝛ attribuiṫ h psalmus asaph. i. synagoge ꝛ cōgregationi fideli, in cuius ꝑsona dauid h loquitur. Postq̄ eniz venit qđ ꝑcedēs psalmus ꝑdixit. s. in aduētu christi defecerūt laudes iudaici populi deficiētib⁹ tēporalib⁹ bonis pro qb⁹ deū laudare ꝯsueuitq̄ iō defecerūt vt vera bona quererenṫ. ¶ Materia. istructio nr̄a quare ꝓspera frequēti⁹ bonis nō eueniūt in hoc mūdo: sed malis. ¶ Intētio. monere vt nō terrena sed eterna pre oculis habeamus: ꝛ nō de ꝓsperitate maloꝝ aut aduersitate bonoꝝ ꝯtra deū murmuremus q in oib⁹ bonus est ꝛ iustus. ¶ Snia in gn̄ali. Propheta in isto psalmo nitiṫ ostendere ꝙ dei ꝓuidētia suauiter ꝛ rōnabilr disponit oia lz infirmis ꝛ adhuc carnalib⁹ aliqn̄ ꝯtrium videaṫ: eo ꝙ vident frequēter malos ꝛ iniquos tēporaliter ꝓsperari, ac bonos ꝛ iustos multiplr tribulari. In talium ergo ifirmoꝝ cordibus hymni deficiūt: sed postq̄ itelligūt cām cur hoc fiat subito se corrigūt ꝛ castigāt. Unī est hic vox synagoge correcte: ꝛ alios silr nitentis corrigere: ꝛ ad hoc ponunṫ hic vndecim psalmi per ordinē vt iudei mitescerēt p frequētē ammonitionē: put melius post finē hoꝝ psalmoꝝ di. vnde ratio ordinis eorūdem habeṫ. ¶ Snia in spāli. Asaph ergo erroris sui recordās ꝛ inde penitēs: ꝛ se castigās cū ammiratiōe dicit[Q̄ bonus] idest valde bonus suauis ꝛ iocundus est[israel] scz fidelium [deus] ꝛ hoc[his qui recto sunt corde] q nō hn̄t cor ad terrena curuatū: sed recte tendūt in deū nō ad finē alium vt p oia placeat eis deus q in oib⁹ est iustus. Mire qdē ꝛ ineffabiliter bonus est deus: sed tn̄ sūma eius bonitas nō oib⁹ nota est nisi tm̄modo rectis corde. i. q nec extolluntṫ ꝓsperis, nec franguntṫ aduersis: ꝛ in vtroqꝫ bonū ꝛ rectū itelligunt deū. Sed ecōtra vi ꝓsperis q nō sentiūt dulcedinē diuine bonitatis.

Bonitas dei summa nō oib⁹ nota est.

z † cōmoti † paulominus.

2 **Mei autem pene † moti sunt pedes: † pene effusi sunt gressus mei.**

¶ Mei aūt pene].i. fere sed nō oino[moti sunt] ꝛ ad errādū iclinati[pedes mei].i. animi affectiōes[pene effusi sunt] ꝛ ad lapsum ꝑcipitati[gressus mei].i. opa ꝛ actus. Ac si dicat vere bonus est de⁹ vt nūc ꝑcipio: sed anteq̄ essem correctus ꝛ cor rectū haberez cadere cepi: ꝛ pene recessi a deo, ꝛ fm voluntatē, ꝛ fm actū: sed nōdū cecidi: qꝛ cito redij ceperā errare dubitādo nō negādo. Iō eniz dicit pene ꝛ nō oino qa resipuit: nā si nō resipuisset, a deo penit⁹ recessisset. Sed q̄re h:

† peccatorib⁹ † intuēs.

3 **Quia zelaui † sup iniquos: pacē peccatoꝝ † vidēs.**

¶ Quia zelaui].i. inuidiā ꝛ indignationē habui[sup].i. cōtra [iniquos] vel[sup iniquos] intēdēs[zelaui].i. inuidi eis ꝛ grauiter tuli ac dolui[pacē] ꝛ ꝓsperitatē tēporalē[peccatorū] ꝛ iniquoꝝ[vidēs] ꝛ cām nō intelligēs: vidi illos pacez habere diuitijs florere qui deū contēnebāt: ego x̄o q cultor dei eraz his oib⁹ carebā: hec pax vꝫ: sed oculos eludit ꝛ nō intelligiṫ: est enim fluxa ꝛ caduca: est pax tpis nō pectoris nec eternitatis. Sed ecce iam video: quare hāc pacē hn̄t peccatores.

† declinatio mortis † flagello.

4 **Quia non est † respectus morti eorum: ꝛ firmamentum in † plaga eorum.**

¶ Quia nō est respectus]misericordie dei[morti eorū]eterne que circa eos manet. i. nō est in eis respectus diuine misericorde: vt liberenṫ a peccatis ꝛ eterna morte: ideo hac tēporali pace hic fruunṫ quatenus in futuro dānatiōe ꝑpetua puniantṫ. Uel in eis[nō est respectus morti eoꝝ] qꝛ ipsi nō recogitāt de morte sua[et] nō est[firmamētū].i. aliqđ penitētie ꝛ salutis medicamētū vel cōsolidatio[in plaga].i. in culpa[eorum] qꝛ nō respicit deus: nec misereṫ vt sanet ꝛ ꝯsolidet plagas ꝛ peccata eoꝝ. Uel[ꝛ firmamētū i plaga eoꝝ].i. firmuz est flagellum eoꝝ nō tēporale sed eternū. Et illo modo

† laboribus.

5 **In † labore hominum non sunt: ꝛ cum hominibus non flagellabuntur.**

¶ In labore] ꝛ afflictione[hoīum] scz sanctoꝝ ꝛ iustoꝝ rōne viuentiū[nō sunt] nec tribulanṫ: vel ociosi nō laborāt sicut ceteri hoies pro p̄ntibus vel futuris: sed fruunṫ quiete tēporali[ꝛ cū hoibus] iustis ꝛ dei filijs[nō flagellabunṫ] flagello filioꝝ ꝛ tribulationib⁹ ad correctionē in hoc seculo: sed cū demonibus ad dānationē in iferno. Ideo eniz modo cū sanctis nō flagellanṫ: qꝛ eternū eis supplicīū preparaṫ: nō sunt ex filijs dei quos flagellat misericors pater vt recipiat. Nunq̄ aūt hic omnipotēs deus magis irasciṫ peccatori q̄ cū in hac vita pmittit eum prosperari. Unde dicit Gregorius: ꝙ continuus successus tēporalium certum est eterne reprobationis indicium. Et qa sic eis modo prospere cedit

Grego.

† obduit. † circūamicti.

6 **Ideo † tenuit eos superbia: † operti sunt iniquitate ꝛ impietate sua.**

¶ Ideo

¶ Ideo tenuit] q̄si q̄buſdā manib⁹ alligauit ⁊ ſubdidit[eos] tanq̄ vinctos captiuos ⁊ ſeruos ne euadant[ſupbia] ⁊ vana leticia:q2 talis pſperitas frequēter eſt occaſio ſuperbiendi. Quia enim flagella nō ſentiūt:ideo elate viuunt:nā ſi flagellarent̄ fortaſſis humiliarent̄:peius aūt ⁊ periculoſius eſt ſuperbia teneri q̄ quolibet modo ſupbire. Et tanq̄ ſubmerſi [operti ſunt] vndiq3 ⁊ ex toto pleni[iniquitate] quātū ad pximum[⁊ ipietate ſua] quantum ad deum:que vnde proceſſerit oſtenditur cum ſubinfertur.

7 Prodijt quaſi ex adipe iniquitas eorum:tranſierunt in † affectum cordis.

¶ Prodijt] ⁊ exijt[quaſi ex adipe].i.ex abundātia ⁊ ſupfluitate.i.ex copia diuitiarū:ex tumore ſupbie:ex volūtate ⁊ delectatione nō ex macie.i.ex coactione ⁊ neceſſitate[iniqtas eorum] ſunt eni3 mali ex volūtate nō neceſſitate[trāſierūt] de vitio in vitium ruētes[in affectū] ⁊ deſideriū[cordis] iplendum.i.vſq3 ad prauas volūtates ſuas nō dn̄i adimplendas. vel[trāſierūt] metas nāe ⁊ viam rectā tendētes ⁊ euntes[in affectū cordis].i.in deſideria ſua faciētes qd placet:⁊ quicqd cōcupiſcētia ſuggerit. Et hoc nō ipremeditate fecerūt:quia

8 Cogitauerunt ⁊ locuti ſunt † nequitiam:iniquitatem in † excelſo locuti ſunt.

¶ Cogitauerūt] prius:deinde itra ſe ⁊ ex mora deliberauerūt qd eſt grauius q̄ ſi peccaſſent ex improuiſo[et] poſtea extra effundēdo[locuti ſunt] ad alios docēdos ⁊ eis pſuadēdo[nequitiā] ſuā:q2 ex abundātia cordis os loquit̄:⁊ hoc non in abſcondito:ſed in publico:vnde ſubdit[iniquitatē in excelſo locuti ſunt] nō cū timore:ſed cū audacia ⁊ ſupbia in alto ⁊ manifeſto clare ⁊ apte palā ⁊ cunctis audiētib⁹:vel[i excelſo].i. ɔtra excelſu3.ſ.deū[locuti ſunt] blaſphemātes. Unde nō ſolum ɔtra hoīes locuti ſunt malum:ſed etiā in deū. Nam

9 Poſuerunt in celum os ſuum:⁊ lingua eorū tranſiuit † in terra.

¶ Poſuerūt in celū os ſuum] ſupba ɔtra deū loquēdo:⁊ deū habitatorē celi blaſphemādo dicētes deu3 vel neſcire mala ſua/vel nō punire[⁊ lingua eorū tranſiuit] ⁊ deambulauit[in terra] male loquēdo ɔtra proximū prius in celu3: deinde in terrā linguā trāſtulerūt:q2 prius cōtra dn̄m:poſtea ɔo ɔtra eccleſia3 locuti ſunt:vel[lingua eorū trāſiuit in terra] ɔtēpto celeſti domino ſeipſos in hac vita laudādo ⁊ magnificando: vel locutio eorum facta eſt terrena de terrenis loquendo ⁊ felicitatem in eis aſſerendo.

10 Ideo † conuertetur populus meus † hic:† ⁊ dies pleni inuenientur in eis.

¶ Ideo] hoc cōſiderato ⁊ ppenſo q̄ hec mala ex pſperis eueniunt[populus meus] i. firmus qui a veritate deuiauit[ɔuertetur] ex cōſideratiōe taliū ad veritatē ad deū[hic].i.in hoc ſeculo dum tēpus eſt acceptabile cōuertēdi:⁊ dies ſalutis de quib⁹ ptinus addit[⁊ dies pleni] ad indulgētiā : ad mīam ⁊ ad gratiā[inuenientur in eis] ita cōuerſis:ſed iniqui nec ad diuidiū accedūt/vel in cōuerſis hic ad deū : inuenient̄ in futuro dies pleni beatitudine/pleni eternitate. Deinde exponit qualiter p̄mū errauerūt:⁊ q̄o poſtea cōuerſi ſunt.d.

11 Et dixerunt quomodo † ſcit deus : ⁊ ſi eſt ſcientia in † excelſo.

¶ Et dixerūt] ſc3 cogitādo intra ſe prius q̄ ɔuerterētur[q̄o ſcit deus].i.q̄o dicitur ſcire/vel q̄o poſſumus ſcire q̄ ipſe ſciat que hic fiunt ſc3 q̄ boni:ita tribulātur ⁊ mali proſperātur[⁊ ſi eſt ſcientia] rerū humanarū[in excelſo] ſc3 in deo.i.ſi eſt q̄ ipſe ſciat q̄o.ſ.patitur.q.d.ſi ad hoc ſe extenderet dei puidētia q̄o pmitteret fieri talia. Talis erat error eorū:putabant enim deum res humanas/aut neſcire/aut nō curare cum tribularētur boni ⁊ florerēt mali. Unde ⁊ dicunt:

12 Ecce ipſi peccatores ⁊ abundantes in ſeculo:obtinuerunt diuitias.

¶ Ecce] enim[ipſi peccatores] ſcelerū patratores[⁊ abūdantes in ſeculo].i.in malis huius ſeculi:vel ambitioſi ſecularium dignitatū[obtinuerūt diuitias] multas:vnde habētur delitie corporales.q.d.ideo erā nō peccator:⁊ ſeruiui deo vt habe rem diuitias:ſed ecōtra fieri video.nā mali diuites ſunt ⁊ florent diuitijs qui tn̄ deo nō ſeruiūt:boni q deo ſeruiūt ecōtra egent. Unde mirū eſt ſi deus hec ſcit q̄ et ea permittit.

13 Et dixi † ergo ſine cauſa iuſtificaui cor meum : ⁊ laui inter innocentes manus meas.

¶ Et] ideo ego quoq3 iunctus illis ante cōuerſionē:ſimiliter[dixi ergo] q2 ſeruio deo ⁊ hoc nō habeo:illi ɔo nō ſeruiūt ⁊ habēt[ſine cauſa].i.fruſtra ⁊ abſq3 remuneratiōe[iuſtificaui] ⁊ purgaui[cor meū] a praua cogitatiōe:⁊ mūdus ſum a peccato cogitationis[et] ſine cauſa[laui].i.mundaui a praua operatione[inter inocētes].i.cum innocētibus[manus meas].i. actiones:vt mundus eſſem a peccato operis:vbi eſt eni mercés pure cōſcientie/ibi premium inocētis vite. Ego bene viuo ⁊ egeo:ille peccat ⁊ abundat.

14 Et fui flagellatus tota die : ⁊ † caſtigatio mea in † matutinis.

Auctor psalmi propheta Dauid. ¶ Titulus est. In finez pro torcularibus quinta sabbati psalmus ipsi Asaph. Et est sensus: psalmus ille dirigens nos in finem: idest christum cantatur ipsi Asaph: idest dominice congregationi ⁊ cantatur ipso Asaph. Asaph enim sibiipsi loquitur. psalmus dico agēs pro torcularibus: idest de ecclesijs in quibus est pressura tribulationum: ⁊ habitus quinta sabbati: idest loquēs de baptiçatis ⁊ baptiçandis aqua baptismi quod figuratum est per opus quinte sabbati quando creauit deus ex aquis pisces ⁊ aues. Sicut enim vinum ⁊ oleum pressura torcularis eliquata reconduntur ⁊ acinum ⁊ amurca proijciuntur: ita accedente tētatione iustus iustior fit ⁊ sordidus magis sordescit. Similiter ⁊ de renatis ex aqua baptismi alij sunt pisces. i. carnales: alij aues. i. spirituales. Cantatur ergo pro torcularibus ⁊ quinta sabbati. i. de pssura discernente renatos ex aqua baptismi. ¶ Materia. laus ⁊ beneficia dei ac igratitudo populi israelitici: pressura quoq; fidelium ac probatio bonorum ⁊ reprobatio malorum. ¶ Intentio. monere fideles vt multis modis deum propter beneficia exhibita magnificent ⁊ ingrati non existant: contēptisq; his terrenis ad celestia mēte ascendant. ¶ Sententia in generali. Propheta in isto psalmo in persona Asaph. i. fidelis cōgregationis loquitur sibiipsi: scilicet dominice congregationi iam credenti ⁊ incitans bonos ad dei laudem admonet: vt ad quod peruenerūt in hoc permaneāt vsq; in finem: ⁊ vt mali ad suum se referant finez amore premij vel timore iudicij: ostendens vnde gaudendū sit: quidue timendum: quid appetendum: ⁊ quid cauendum. ¶ Sententia in speciali. Asaph ergo quasi pposita sibi imagine cuiusdam solēnitatis electos ad celebritatem incitat dicens. O cōgregatio dei [Exultate deo] voce oris clamando quicquid de illo verbis explicare potestis [adiutori nostro] in bonis agendis ⁊ malis tolerandis. Exultent alij mundo, vos deo: alij vētri deo suo: vos deo vestro: alij deceptori suo: vos adiutori vestro: [iubilate] gaudio cordis qd non potestis explicare verbis. Iubilus enim est gaudium animi qd nec oino pōt exprimi nec taceri [deo iacob] quia ⁊ vos ptinetis ad iacob: imo vos estis iacob: scz minor populus cui seruit maior. Et

† accipite. † Sumite psalmum ⁊ date tympanum: psalteriū iocundum cum cythara.

¶ Sumite psalmū] idest spiritualia que de superiori ⁊ a deo sunt: sicut psalterium a superiori sonat [⁊ date tympanuz] i. carnalia per coriuz tympani designata que a vobis sunt. q. d. accipite mandata celestia ⁊ date opera implendo eaq; [psalterium] quod ponitur hic pro psalmo [iocundum est cum cythara] que ponit pro tympano. i. verbo. de operibus respondere est delectabile. psalmi sunt iste materiales voces qbus per singulos versus tanq; per diuersas cordas sonat nobis a supiori dulciter spiritussanctus: ⁊ modo quasi in acutis vocibus modo in remissis informat in maiorib⁹ ⁊ minoribus preceptis. Tympanum vero quod fit de corio ad carnem pertinet. In hoc ergo admoniti sumus vt predicationi verbi dei corporalibus respondeamus operibus.

† Bucinate in neomenia tuba: in insigni die solēnitatis vestre. — 3 † tuba canite in initio mensis tube.

¶ Bucinate] idest resonate [tuba in neomenia] idest in nouilunio: scilicet [in insigni] ⁊ preclaro [die solēnitatis vestre] scilicet festi tubaruz quod est prima die mēsis septembris. hec loquitur Asaph spiritualiter christianis. q. d. Sumite ⁊ date ac bucinate ⁊ ne terreamini: sed quod iudei faciebant hystorialiter vos facite spiritualiter in inouatione vestra: in mente ⁊ anima annuntiate ⁊ predicate alijs clarius: ⁊ cōfidenter nouam vitam quam noua luna significat: ⁊ hoc tempore gratie quod est insignis dies solēnitatis nostre qua nobis a vitijs semper feriandum est: de qua die alibi dicitur. Hec est dies quā fecit dns: exultem⁹ ⁊ letemur in ea. Ideo sic est faciēdū. — Ps.117.

Quia preceptū † in israel est: ⁊ iudiciū deo iacob. — 4 † ipsi

¶ Quia] hoc [preceptum] est a deo [in israel] i. in iudeis ⁊ ad litteram ⁊ spiritualiter inde a deo iudicandi si non feceritis. Unde sequitur [⁊ iudicium] cum precepto est [deo iacob] cōtra negligētes. i. qr iudex futurus est qui hoc precipit ⁊ faciet vindictam de precepti ob missione. vbi preceptum ibi ⁊ iudicium. Qui enim in lege peccauerunt per legez iudicabuntur. Unde dicitur: hoc fac ⁊ viues. q. d. si non feceris morieris iam iudicatus. Et — Luc.10.

Testimonium in ioseph posuit illud: † cuz exiret de terra egypti: linguaz quā nō nouerat audiuit. — 5 † dum

¶ Testimonium] idest preceptuz sub attestatione. Uel [Testimonium] rei future [in ioseph] i. in ipso populo israel quē vocat ioseph pper primogenituram ad ipsuz translatā. vel eo q ille populus occasione sui venit in egyptum ⁊ multiplicatus est per eum [posuit illud] preceptum ⁊ subdit quando [quia cum exiret] idem populus [de terra egypti] per mare rubrum: tunc in deserto [linguā quā non nouerat audiuit] i. legē p Moysen datā in qua ⁊ hec ⁊ alia pcepta accepit. Uel [Testimoniū] i. pceptū [illud posuit in Ioseph] i. in gētibus adauctis p fidē. Ioseph eni interpretat augmentū: qr cū exiret] ille populus gentium per fidem ⁊ baptismum [de terra egypti] idest de tenebris infidelitatis ⁊ ignorantie: tunc in ecclesia [linguam quam non nouerat audiuit] idest precepta euāgelij que prius ignorabat accepit. Sic ⁊ nos si volumus linguam incognitam noscere: scilicet sacram scripturam intelligere: oportet vt exeamus de egypto. i. de tenebris pctōrū: ⁊ tunc audiemus verba que non audieramus: ⁊ percipiemus mysteria que nō noueramus. Et tunc dominus

† Diuertit ab oneribus dorsuz eius: manus eius in cophino seruierunt. — 6 † auertit.

¶ Diuertit] ⁊ liberauit [dorsum eius] scilicet populi iudaici [ab oneribus] quibus exercebat eos Pharao in luto ⁊ latere: quia [manus eius in cophino seruierunt] idest in instrumēto seu vase quo populus lutum ⁊ terram portabat vnde lateres faciebat: quasi diceret: liberauit eos a vili seruitute educēdo de egypto. sic dominus [Diuertit] a sarcina peccatorum [dorsum] ⁊ rationem gentium: quia [manus eius in cophino seruierunt] i. in seruili opere: scilicet in terrenis ⁊ lutosis operibus ⁊ in immundicijs peccatorum. peccata enim seruilia opera sunt. iuxta illud. Qui facit peccatū: seruus est peccati. Deinde mutata persona inducit deum loquentem. Sed — Joā.8.

In tribulatione inuocasti me ⁊ † liberaui te: exaudiui te in abscōdito tempestatis: pbaui te † apud aquam contradictionis. — 7 † erui. † in aq̄

¶ In tribulatione] dum premebaris labore ⁊ dura seruitute] inuocasti me] pro liberatione [⁊ liberaui te] in signis ⁊ prodigijs te educendo [exaudiui te in abscondito tempestatis] idest in tempestate abscondita quando nec aperte gemere

vel conqueri audebas metu egyptiorum:nunc amplius te ag-grauantium[probaui te apud aquam contradictionis]idest examinaui te vtrum esses gratus et fidelis vbi de mea potentia et bonitate desperans iurgatus es et dixisti. Nunquid poteris de petra aquam educere? Uel loquitur christiano sic. [In tribulatione]dum premereris sarcina peccatorum[inuocasti me]adiutorem[et liberaui te]exonerando[exaudiui te in abscondito tépestatis]idest in tépestate cordis et in bello suggestionis cum angeretur conscientia tua in lucta vitiorum:atqz virtutum tibi tribulato affui et te liberaui[probaui te apud aquam contradictionis]idest apud populum contradicentem. Gradiens enim viam domini multos habet contradictores et dehortatores/insultatores/et detractatores:has aquas passus est dominus et in eis nos pbat:sed ipse eas transiuit vt nos faceret eas nó timere. Hactenus egit de oleo torcularis.i.de bonis. Deinde agit de amurca.i.de reprobis.q.d. Quia tot beneficia feci

† loqr 8 † testificabor tibi. † nec

Audi populus meus: et † contestabor te:israel si audieris me non erit in te deus recés † neqz adorabis deum alienum.

¶ Audi]idest intellige[populus meus]cui specialem legem dedi et specialia bona iam tradidi[et contestabor te]idest testis ero veritatis et eorum que sum dicturus. Quodcúqz aút populo suo dixit etiam nobis loquitur:deinde quid velit eú intelligere subdit:o[israel si audieris me]et monita mea mihi obediendo[non erit in te]idest in corde tuo[deus recens] idest nouiter et ad tempus factus:deus enim noster est sempiternus. Quod quisqz cupit et veneratur hoc illi deus est:sicut idolum vel aurum seu quelibet creatura:ac libido et concupiscentia:habet enim quisqz tot deos recentes quot vitia et peccata:et semper deum recentem habet qui modo gule:modo luxurie:modo iracundie:modo superbie:et alijs huiusmodi vitijs seruit.[neqz adorabis deú alienum]et extraneum a me:studium et seruitium tuum impendendo vitijs vel cuilibet creature qd potius impendere debuisti tuo creatori.

† sum 9 † adimplebo.

Ego enim sum dominus deus † tuus qui eduxi te de terra egypti:dilata os tuú et † iplebo illud.

¶ Ego enim]nó alienus[sum dominus]et rector[deus]et creator[tuus]ille idez[qui eduxi te de terra egypti]per mare rubrum. Unde constat:quia non sum recens et ita benefeci tibi in preterito et paratus sum benefacere in futuro:vnde subdit [dilata]desiderio[os tuum]scilicet cordis ad desideranduz et petendum vtilia[et implebo illud]tuum desiderium et votum in bonis perficiendo. Non simus ergo ingrati deo nostro:non obliuiscamur in nobis deum manenté ne faciamus nobis recentem qui eduxit nos per baptismum de tenebris ignorantie:ac vitijs et operibus diabolicis:dilatemus os cordis desiderando:et os corporis verba veritatis pronuntiádo: et dñs implebit illud desideriú anime tribuendo:et illud maiorem loquendi gratiam tribuendo. Sic monuit.

† ob 10 audiuit † attédit

Et non † audiuit populus meus vocem meaz: et israel non † intendit mihi.

¶ Et non audiuit populus meus]cui legem dedi et magna feci[vocem meam]et monitionem:et ostendit quis eius vocem non audiuit dicens[et israel non intendit]et obediuit[mihi] ingratus tot beneficijs meis vt culpa cresceret:et digna vltio sequeretur. Multi sunt qui vocem domini audire contémnút: stat ad ostiú et pulsat:dicés. Aperi homo:recognosce vocem domini dei tui:volo vt aperias et ingrediar:et nó vis aperire. Nequissimus seruus est qui dominuz suú hospitari nó vult.

† affe 11 ctiones. † affectionibus.

Et dimisi eos sm † desideria cordis eorum: ibút in † adinuentionibus suis.

¶ Et]quia]ita ingrati fuerunt:ideo tanqz desperans de salute eorum[dimisi]et dedi]eos]sibi subtrahendo eis gratiam nó impartiendo malitiam vt irent[sm desideria]et affectiones [cordis eorum]non sm viam preceptorum meorum]et ipsi [ibunt in adinuentionibus suis]et affectionibus quibuslibet: ac si diceret. Quoniam sepe percussi:et disciplinam non receperunt:rogaui et non audierunt:ideo dimisi eos in voluntatibus suis vt saturati vitijs suis. Uel sic penitentiaz agant. Infelix est qui a deo non corripitur qui desiderijs cordis sui traditur:et miser qui peccans non percutitur. Malum signú est quando infirmus voluntati sue relinquit. Unde dicit Augu. qp magna ira dei est peccantes non corrigere: non flagellare eum relinquentes. Sed

Infelix est q a deo nó corripitur.

August.

12 † alia lra nó hz dimidiú ṽsiculú.

† **Si populus meus audisset me: israel si in vijs meis ambulasset.**

¶ Si populus meus audisset me]monitis meis obediendo: quod exponens subdit[israel]h est populus[si in vijs meis ambulasset]quotidie in sanctis actionibus proficiendo:et precepta mea obseruando que sunt vie perueniendi ad beatitudinem hoc est audire me. O clementissimus pater:o misericors deus:rogauit et non est auditus:quasi iratus dimittit filiú lasciuienté. Iterz videt perire et dolet:qz pereat et dicit. Si populus me[9] audisset me:israel si in vijs meis ambulasset

13 † in nihilú oés

† **Pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliassem: et super tribulátes eos misissez manú meá.**

¶ Pro nihilo]et gratis[forsitan]idest vere et ironice dicit[inimicos eorum]et hostes cuiuslibet generis[humiliassem]eos ad nihilum reducendo[et super tribulantes eos misissem manum meam]vltricem.i.vindictam:et potentia mea eos pressissem eorum inimicos prosternendo:ad nihilum dominus redigit quos in suo verbo et opere perseuerare cóspicit. Manum quoqz suam super eos mittit cum ex reatu proprie iniquitatis eosdem aduersarios dura animaduersione percutit et pro nihilo facit:qz totuz sit gratis qd deus nobis impendit. Deinde post verba dñi ité pphete loquit dicens. Sed

14 † eternú

Inimici domini métiti sunt ei: et erit tempus eorum in † secula.

¶ Inimici domini]veteres.s.iudei qui promiserant obseruare legem dei:et non impleuerunt et vnde debuerunt esse amici inde facti sunt inimici:et noui scz falsi chriani q in baptismo renuntiauerunt factis malis et vitijs[mentiti sunt ei]et ingrati facti:illi non faciendo que promiserant:isti implicando se his quibus renuntiauerant[et]ideo[erit tépus]pene et punitionis[eoz in secula].i.in eterné durás vt pena eterna damnentur:et si hic ad tempus florere videant. Tales illi sunt.

15

Et cibauit illos ex adipe fruméti: et de petra melle saturauit eos.

¶ Et]tamen[cibauit illos ex adipe frumenti]veteres quidez manna quod ita delicatum et sapidum erat atqz reficiebat ac si de adipe et medulla frumenti factum fuisset : sed nouos pascit corpore christi qui frumentum nostruz est:vel pinguedine gratie spiritalis[et de petra melle].i.aqua que sicut mel dulcis videbat populo siti afflicto[saturauit eos].s.veteres in heremo sz nouos satiat melle:idest spirituali intellectu vel melliflua charitate[de petra].i.sapientia christi : nam petra erat christus:cuius verba et eloquia dulciora sunt super mel et fauum:et tamen mentiti sunt ei.

j.Cor.10

Oratio.

D ilata domine supplicum ora ad annuntiandá gloriam tuam:vt egyptijs operibus relictis nominis tui confessione letemur. Per dominum.

¶ **Psalmus de primo aduétu christi et de redargutione veteris synagoge:ac de increpatione in-**

quorum iudicum ⁊ predictione dānationis ⁊ pene ipsorum. Psal.LXXXI.

1 DEus stetit in synagoga deorum: in medio autem deos diiudicat.

Auctor psalmi propheta Dauid. ¶ Titulus est psalmus Asaph: hoc est psalmus iste sit Asaph idest synagoge perfidorum iudeorum: vel congregationi iniquorum iudicum. ¶ Materia. psalmus aduentus christi ⁊ redargutio veteris synagoge: ac principum eius ⁊ quorumcūqꝫ iudicantium inique. ¶ Intentio. monere credere christum verum deum ⁊ hominem esse: eiusqꝫ predicationi obedire: ac iniquum iudicium postponere ⁊ iuste iudicare. ¶ Sententia in generali. Christus vel propheta in isto psalmo loquēs exprobrat ipsi synagoge iudeorum que dominum corporaliter vidit: ⁊ tamen eum nō agnouit: increpans principes ⁊ iudices eius pro falsis iudicijs: ac errore ⁊ cecitate cordis. Uel arguit quoscūqꝫ iniquos iudices super eorum peruersis iudicijs proponens quid eis omnibus sit euenturum detrimenti pro suis erroribus. ¶ Sententia in speciali. Prius ergo nuncians deum ait [Deus] factus homo [stetit in synagoga deorum] i. in populo iudeorum vbi filius dei sm q homo stetit: qui ad oues dom⁹ israel missus fuit: deos autem dicit quos postea filios excelsi nominat [in medio autem] ⁊ in cōmuni [deus diiudicat] sm qd deus: idē non meritis: sed gratia discernit vasa alia in honorem: alia in contumeliā. Uel [Deus stetit] presentia diuinitatis que vbiqꝫ est [in synagoga deorum] i. in congregatione iudicum ⁊ principum populi qui dij appellantur: quia potentia ceteris presunt ⁊ ratione officij locum dei tenēt [in medio autem] equaliter se habens ad omnes [deos diiudicat] discernens bonos a malis: ⁊ iustos ab iniustis. Timeant ergo iudices dominū: qr supra se habent iudicem deum. Timeant pastores qr ipsi supra se habent pastorem cuius sunt oues. Audiant iam quid illis a iudice dicatur. Sequitur enim vox discernentis

2 Usquequo iudicatis iniquitatem: ⁊ facies † peccatorum sumitis?

† peccantium.

¶ Usquequo] i. q̄diu vos iudices peruersi [iudicatis iniquitatem] i. facitis iniquum iudicium falsa defendendo: ⁊ vera dānando [⁊ facies peccatorum sumitis] personas hominum in iudicio attendendo: ⁊ malos propter eorum potentiam vel munera seu fauorem vel aliam causam: acceptando ⁊ iustificando: innocentes xpo contēnendo ⁊ iniuste cōdēnando. Qd illi praui iudices fecerunt qui peccatorem Barrabam petierunt ⁊ innocentē christum dignum morte iudicauerunt. q. d. Iniquum est hoc a quo scelere studet eos reuocare dicens.

3 Iudicate egeno ⁊ pupillo: humilem ⁊ pauperem iustificate.

¶ Iudicate egeno ⁊ pupillo] i. iudicium vestrum seruiat egeno ⁊ pupillo sicut diuiti ⁊ potenti [humilē ⁊ pauperem iustificate] i. eis iustitiā facite sicut maiori ⁊ diuiti: christus vtiqꝫ egenus ⁊ sine patre carnali pupillus ac humilis ⁊ pauper hic pro nobis fuit: quem ipsi iudei nō debuissent accusare: sꝫ defendere nō dānare: sed iustificare. Debent etiā timere iudices ⁊ pastores ecclesie ne falsa iudicia faciant: ne personas hominum attēdant quorum mysteriū est vt lupos vastatores repellant: ac pupillos ⁊ pauperes christi defendant. Unde sequitur.

4 † Eripite pauperem: ⁊ egenum de manu peccatoris † liberate.

† aū ferte inopē ⁊ pauperem. † eruite.

¶ Eripite pauperem] scꝫ ab impetitione ⁊ oppressione iniusta [⁊ egenum de manu] ⁊ potestate [peccatoris] ⁊ impij qui ei calūnias infert ⁊ iniurias [liberate] Qui enim desinit malis obuiare cum potest consentit: hoc iudei de christo facere debuerunt qui cum pro multitudine timerēt principibus christum permiserunt. Sic heu multi hodie pmittunt alios mala facere cū possent illos a facto ⁊ se a cōsensu liberarent: sit multotiēs vt ipsi q malis resistere debuerāt lupi ⁊ vastatores fiāt. Sed

5 Nescierunt † neqꝫ intellexerunt: in tenebris ambulant: mouebuntur omnia fundamenta terre.

† cnō

¶ Nescierunt] me [neqꝫ intellexerunt] iudiciū meum. i. scire ⁊ intelligere nō curauerunt [in tenebris] ignorantie ⁊ peccati [ambulant] qr excecati sunt: ⁊ ideo [mouebuntur omnia fundamenta terre] i. destruentur omnes eorum machinationes quibus se satagunt fundare ⁊ firmare in terra cor suū in terrenis figendo ⁊ fauorem hominū acquirendo. Miseri iudei propter superbiam suam in errorem ceciderunt ⁊ nequaq̄ christū cognoscere meruerūt: si enim cognouissent nunq̄ dominum glorie crucifixissent: vnde adhuc in tenebris. i. in cecitate cordis ambulant: ⁊ per hanc cecitatē in israel [mouebunt] ad fidem [omnia fundamēta terre] i. omnis plenitudo gentium intrabit ad fidē. Nescierunt inq̄ nec intellexerunt: tamen

6 Ego dixi dij estis: ⁊ filij † excelsi omnes.

† altissimi.

¶ Ego] deus deorum [dixi dij estis] scilicet participatiue: ex eo q habetis potestatem iudicandi a deo: ⁊ estis diuine iustitie executores ex officio. Uel [dij estis] idest status vester requirit q sicut dij sitis excellentes virtute vltra cōmunes homines [⁊ filij excelsi omnes] inquantum ad eius imaginem facti estis: dicitur deus natura vel essentia: vt deus omnipotens: per nuncupationem: vt idola: per adoptionem vt oēs filij gratie: ⁊ etiam christus sm q homo. Prelatione: vt dedi te deum Pharaonis ⁊ hic in hoc psalmo. Deinde cōmemorat eis fragilitatem eorum dicens.

7 Uos autem sicut hoīes moriemini: ⁊ sicut vnus † de principibus cadetis.

† ex

¶ Uos autem sicut homines] ceteri [moriemini] per infirmitatem carnis: quia potestas vestra nō preseruabit vos a morte [⁊ sicut vnus de principibus] idest de angelis superbientibus [cadetis] per elationem animi ⁊ superbiam: vel cadetis in foueam gehenne per equitatem diuine sententie: quasi diceret: cum cito sicut homines sitis morituri: non tamen corrigimini: sed vt diabolus qui per superbiam cecidit extollimini: vt sicut ipse vos cadatis: hucusqꝫ deus locutus est ad homines. Deinde ex ipsius prophete persona in detestationem malorum iudicum rogat deum: vt sibi iudiciū assumat cū dicit

8 Surge deus iudica terram: quoniam tu † hereditabis in omnibus gentibus.

8 disperdes.

¶ Surge] o de⁹ a mortuis [⁊ iudica terrā] i. excita ⁊ dāna iudeos terrenos [qm] his repulsis [tu hereditabis in oībus gētibus] i. oēs gentes erūt tua hereditas: quas tuis preceptis ⁊ grā misericorditer excolēdo terrenā ab eis disperdes cupiditatem. Uel [surge] o [deus] ad iudicandū: qr nauis nostra fluctibus tundit [iudica terrā] i. mundū qui verus iudex es: quia mali iudices nō iudicant: sed euertunt legē tuā: ⁊ potes iudicare mundū: qr tuus est: ⁊ hoc est qd sequit [quoniā tu hereditabis in oībus gētibus] i. hereditarie ⁊ tanq̄ hereditatem possidebis oēs gētes: ⁊ ideo iudica eas tanq̄ tuo dñio subiectas. Tūc enim erūt oēs electi imobiliter subiecti ordini sue misericordie: ⁊ reprobi ordini sue iustitie. Oratio.

DA nobis domine sm preceptum tuum ab iniquitatis iudicio declinare: pauperūqꝫ necessitatibus subuenire: vt mereamur filiorum tuorum numero copulari. Per dominum.

¶ Psalmus de secūdo aduētu chri ad iudiciū ⁊ de graui psecutōe fideliū: ac multiplici vel hic vel in futuro punitione psequētiū. Psal.LXXXII.

1 **Deus quis similis erit tibi: ne taceas neqz compescaris deus.**

Auctor psalmi ppha David. ¶ Titulus est cāticū psal. Asaph: ꝛ est sensus cāticū istud qḋ dicit canticū: qꝛ agit de iocunditate mētis: est asaph. i. ppli dei q hic loquit. ¶ Materia. adventus chri secūdus: ꝛ gravis persecutio fideliū a diversis malis ꝛ iniquis hoībus. ¶ Intentio. monere malos vt a persecutione bonoꝝ desistant: ꝛ bonos vt in persecutione patientiaz habeant. ¶ Sētētia in gñali. Propheta in isto psalmo in psona Asaph. i. populi dei mentionē facit de secūdo aduētu chri ad iudiciū: per qḋ deterret malos a persecutione bonoꝝ: ac deprecando narrat hostiū malitiā ꝛ cōtra eos iplorat diuinā iustitiā. ¶ Snia in spāli. Fidelis ꝑ Asaph puidēs chrz i maiestate iudicaturū q in humilitate iudicatus est ait. O [Deus] chre [qs similis] in vtute ꝛ potētia [erit tibi:] in iudicio vbi magnus ꝛ terribilis iudex apparebis: ꝛ in claritate iudicabis: certe nullus: ac si diceret: qꝛ nō inuenimus similē nō querimus aliū adiutorē: ꝛ qꝛ talis eris: ideo tūc [ne taceas neqz cōpescaris] o [deus] i. nō tacebis qn iudices neqz cōpescaris qn vindices maloꝝ culpas. Nos taceamus tu iudicamos cōpescamur tu vidica. Culpas eni quas mō aspicit ꝛ siles patiēterqz a vindicta se ptinet: tūc districte iudicabit ꝛ aspe vindicabit

2 **Quoniam ecce inimici tui † sonuerunt: ꝛ qui oderunt te extulerunt caput.** († sona- uerunt.)

Quoniam ecce inimici tui] scz psecutores nostri [sonuerūt] strepitū in sanctos faciēdo: ac veritati ptradicēdo ꝛ repugnādo [ꝛ qui oderūt te] insanabiliter ꝛ cultū tuū [extulerunt caput] ꝛ superbā mentē cōtra te ꝛ tuos se erigēdo ꝛ superbiendo tanq̄ parati ad aggrediēdū ꝛ faciēdū ardua ꝛ mala multa. Ideo caput extulerūt: qa te oderūt: si enim te amassent caput pculdubio humiliassent. Ergo qui caput eleuat deū odit. Timeāt ergo qḋ scriptū est: oīs qui se exaltat humiliabitur. (Luc. 14. ꝛ 18.)

3 **Super populum tuum malignauerunt consiliū: ꝛ cogitauerunt aduersus sanctos tuos.**

Super pplm tuū malignauerūt cōsiliū] i. malignū psiliū inierūt ꝛ disposuerūt ad decipiēdū ꝛ opprimendum: ꝛ addit tuū. q. d. qꝛ tuus est nō poterūt. vł irridēter hoc dicit qꝛ nocere nō possunt populo dei pro quo est deus. Si enim de⁹ pro nobis qs cōtra nos: [ꝛ cogitauerūt] maligne ꝛ astute [aduersus sctōs tuos] scz iustos ꝛ bonos: nō solū contra mediocres: sed etiā cōtra celestes viros scz qūo disperderēt eos ꝛ occiderēt. Unde sequit consiliū quo meditati sunt inania. (Roꝫ. 8.)

4 **Dixerunt venite ꝛ disperdamus eos de gente: ꝛ non memoretur nomen israel vltra.**

Dixerūt] ad inuicē in cōsilio qḋ inierūt mutuo se exhortantes [venite] querētes sibi in negtia sua socios [vt disperdamus eos de gēte] i. cōteramus eos vt nō sint inter gētes: vel vt nō sint gens ꝛ nō remaneat in eis vocabulū gentis. i. tollam⁹ eos de mūdo [ꝛ nō memoret nomen] veri [israel] scz fidelis populi [vltra. i. sic deleamus ꝙ nō remaneat hui⁹ gētis memoria. Talis enim intētio illoꝝ fuit vt eos ex omni societate hominū disperderēt, ꝛ memoriā nois illoꝝ penitus delerent.

5 **Quoniam cogitauerunt vnanimiter: † simul † aduersum te testamentum disposuerunt † tabernacula idumeorum ꝛ ismaelite.** († in ō hꝫ. † aduersus. † tabernaculū.)

Quoniam cogitauerūt vnanimiter] i. cōcorditer vno aio ꝛ asēsu deliberauerūt [simul] i. oēs quasi possent te esse fortiores [aduersum te testamētū] i. pactū ꝛ placitū firmū inter se [disposuerūt] ꝛ cū studio fecerūt mutuo se colligātes ad destruendū: scz fideles ꝛ loca cultus dei. Deinde incipit inimicos chri cōmemorare sub quibusdā vocabulis gentiū, que misticē eis pter interpretationes cōueniūt. Unde dicit [tabernacula] i. pgregatiōes [idumeoꝝ] i. idumei descēdētes: ꝛ dicti ab Edom qui est ꝛ Esau ꝛ seyr dicti habitātes in tabernaculis. Idumei aūt interptant terreni vel sanguinei: qꝛ terrena amāt ꝛ sanguinē sitiunt [ꝛ ismaelite] qui de Ismael filio Habrae ꝛ Agar descēderūt: ꝛ interptant obediētes sibi quasi nō deo: qꝛ qḋcūqz cor ꝛ mala cogitatio dictauerit sequunt statī ꝛ faciūt. (Idumei terreni interptant.)

6 **Moab ꝛ agareni gebal ꝛ amō ꝛ amalech: † alienigene cum habitantibus tyrum.** († et)

Moab] i. gens moabitarū que a moab descēdit: quē loth ebrius de maiori filia sua genuit: ꝛ interpretat ex patre qḋ in malo accipit: bonus qdē fuit pr̄ quo filia illicite vsa est. Per moab ꝑ significant gētes exleges seu lege abutētes qui recedētes a deo patre sunt ex pr̄e diabolo [ꝛ agareni] dicti ab Agar qui de filiis Cethure vxoris Habrae descēderunt: ꝛ interpretant pseliti. i. aduene vel alieni: per quos significātur falsi fratres qui inter populos dei in ecclesia aio alieno atqz aduētitio ꝛ solo nomine sūt ꝛ nocēdi occasione inuēta se ostēdunt [gebal] qui dicitur ꝛ hebal qui fuit filius sobal filii seyr horrei: ꝛ sic est nomen alicuius praue gētis que a seyr horreo descēdit in idumea: cuius possessor erat seyr seu esau: ꝛ interpretatur gebal vallis vana: per qḋ significant fallaciter humiles: idest hypocrite [ꝛ amon] i. gens amonitarum que ab amon descēdit: quem loth ebrius de filia sua minore genuit: ꝛ interpretat populus turbidus vel populus meroris: p quē significant iracūdi ꝛ furiosi: vel qui cōfidūt in multitudine ꝛ nō in simplicitate [ꝛ amalech] quē genuit elyphaz primogenitus Esau: a quo dicunt amalechite: ꝛ interpretat populus lingens terrā: p quē significant cupidi ꝛ auari amātes terrena, ꝙ nō comedūt celestē panē: sed terrena sapiūt ꝛ terrā lingūt sic serpēs [alienigene] p quo in hebreo habet philistym: qui interpretant cadentes potione: per quos significant illi qui sunt ebrii luxuria secularium. Et hi oēs disposuerunt testamentū [cū habitantibus tyruz] que est ciuitas in mari. i. cum oībus impugnātibus sanctos. Tyrus enim interpretat angustia vel tribulatio qḋ conuenit inimicis populi dei: isti eniz q expugnant populū dei habitāt in angustia ꝛ tribulatiōe aie sue. Fm illud Apli. Tribulatio ꝛ angustia in omnē aiaz hois operātis maluz. Et quasi indicās causaz quare isti sint inimici populo dei adiūgit ostēdens quē habent principem. (Agareni vn dicti. Gebal qd interptat. Amalechite quid interpretat. Philistiy qui interpretantur. Tyrus angustia interpretatur. Ro. 2. b)

7 **Etenim assur venit cum illis: facti sunt in adiutorium filiis loth.**

Etenim assur] i. Nabuchodonosor rex assirioꝝ [venit cuz illis] quo operāte [facti sunt i adiutoriū filiis Loth] i. moabitis ꝛ amonitis ꝛ ismaelitis ac ceteris nationib⁹ pdictis. Assur interpretat deprimēs vel elatus: per quē significat diabolus qui malos quoꝝ princeps est in pfundū peccati deprimit: ꝛ operādo in malis venit cū eis ad oppugnandū populū dei: ꝛ hi omnes inimici operāte in se pncipe suo diabolo [facti sunt in adiutorium filiis loth] qui interpretat declinās. i. demonibus. Angeli quippe apostatici bene intelligunt filii declinationis: qa a veritate declinādo in satellicium diaboli discesserūt. Quapropter ipsos inuisibiles ꝛ spirituales inimicos adiuuant hoies mali in quibus operant ad oppugnandū per eos populū dei: qꝛ cū a deo declināt hoc operant qḋ ꝛ demones: deinde imprecat illis vindictaz magis predicens q̄ maledicens. q. d. illi ita contra tuos faciunt: ꝛ tu o domine (Assur qd interptat.)

8 **Fac illis sicut madian ꝛ sysare: sicut iabin in torrente cyson.**

Fac illis] puniēdo eos [sicut] fecisti oliz [madiā] q fuit fili⁹ habrae ꝛ cethure vn̄ ꝛ madianite fuerunt quos territos dn̄s in fugā puertit: mutuoqz cede oīs illa multitudo cecidit [ꝛ sysare] q fuit dux exercit⁹ iabin, ꝛ ab iahel occisus est dormiēs (Iudi. 4.)

perfoꝛatis clauo tēpoꝛibus: ſicut[iabin]qui fuit rex chanaan [in toꝛrēte cyſon]vbi deuict⁹ eſt ⁊ oēs perierūt. Unde ſeqtur

9 **Diſperierunt in endoꝛ: facti ſunt vt ſtercus terre.**

¶ Diſperierunt in endoꝛ]qui eſt fons vnde aqua toꝛrētis cyſon deſcēdit qui cadauera moꝛtuoꝝ traxit: ⁊ etiaꝫ ciuitas ſeu villa ſup toꝛrentem cyſon ſita[facti ſunt vt ſtercus terre]putrefacti ⁊ conculcati: quia eoꝛum cadauera in ſepulta putruerūt. Hec omnibus communiter fac vt ſicut illi victi ſunt: ſic ⁊ iſti vincantur. Sed ſpecialiter

10 **Pone principes eoꝛum ſicut oreb ⁊ zeb ⁊ zebee ⁊ ſalmana.**

¶ Pone principes eoꝝ] .i. auctoꝛes ꝯſilioꝝ[ſicut oreb ⁊ zeb] qui fuerūt principes madianitarū: ⁊ a ꝓpꝛia gente interfecti ſunt ⁊ capita eoꝝ delata ad gedeonem vt ceſſaret perſeq eos [⁊ zebee ⁊ ſalmana]qui fuerūt pꝛincipes madian ⁊ a gedeone ſunt interfecti. Hos oēs ꝑdictos ſm hyſtoriaꝫ ppl's iſrael qui tūc erat ppl's dei: ⁊ debellauit ⁊ vicit: ⁊ ſicut illi victi ſunt in figura a populo dei: ſic iſtos peccatoꝛ in veritate dei ſuperati. Unde iuxta interpꝛetationes nominū etiā miſtice hic dici poſſunt. Madian eni interpꝛetatur declinās vel relinquens iudiciū. Syſara gaudij excluſio. Jabin ſapiēs vel intellectus. Cyſon vbi victi fuerūt interpꝛetatur duritia. Jſti ergo qui declinant ⁊ nō cogitāt futurū iudiciū ſe iudicandos nō putātes: ⁊ qui excludūt a ſe futurū ⁊ eternū gaudiū: ⁊ qui ſapiētia carnis que inimica deo eſt inflati cōſidunt in ſua ſapiētia ⁊ non in gloꝛia dei quos obſtinate mentis duritia in perniciē trahit pugnāt cōtra populū dei ⁊ pereunt[in endoꝛ]qḋ interpꝛetatur fons generationis: ſed carnalis cui dediti pereūt nō cōſecuti regenerationem: ⁊ fiunt vt[ſtercus terre]q: de eis nihil pꝛopagatur niſi terrena fecūditas[oreb]interpꝛetatur ſiccitas [zeb]lupus[zebee]victima lupi hoc eſt quos lupus ſuffocauerit[ſalmana]vmbꝛa cōmotionis vel perfectus in malitia: hec oīa cōgruūt malis quos in bono vincit ppl's dei[Pone] inquit[pꝛincipes eoꝝ ſicut oreb]ſcꝫ in gentem ſterileꝫ vtpote ſiccos a gratia dei[⁊ zeb] .i. rapaces vtpote deuoꝛatoꝛes ouiū[⁊ zebee]vtpote eos qui iam ſunt victima lupi .i. diaboli[⁊ ſalmana[idest inſtabiles omni praue ſuggeſtioni cedentes. Et quid per ſingula.

11 **Omnes pꝛincipes eoꝛum: qui dixerunt hereditate poſſideamus ſanctuarium dei.**

¶ Omnes pꝛincipes eoꝝ] .i. populoꝝ ſupꝛa nominatoꝝ cōſiliarios: qui dixerūt]ſed nō pfecerunt: q: dn̄s pugnabat pꝛo populo ſuo[hereditate poſſideam⁹ ſanctuariū dei]ſcꝫ terrā ſanctā ⁊ ꝓmiſſionis loca ſancta ⁊ terrā chꝛiſtianoꝝ vt nunq̄ dimittamus ⁊ reſtituamus ipſis. vel ſanctos quos vocat Apl's templū dei dicēs. Tēplū dei ſanctuꝫ eſt qḋ eſtis vos. Mali populū dei poſſidere ⁊ ſubiugare moliūtur vt cedat in eoꝝ impias volūtates. Jſtud retoꝛqueri pōt in illos qui decimas detinent: ⁊ quaſi hereditario iure ſibi vſurpāt: ⁊ qui bona eccleſiaſtica emendo vel amicis ſuccedendo quaſi hereditateꝫ poſſidere volunt. Jta illi dixerunt. Sed. O

12 **Deus meus pone illos vt rotam: † ⁊ ſicut ſtipulā ante faciem venti.**

¶ Deus meus pone illos vt rotā] .i. inſtabiles ⁊ mobiles ad modum rote vt non ſint ſtabiles in eo quod cogitant. Uel ſicut rota quātūcūq; eleuentur ex parte vna/depꝛimantur ex altera. Rota q̄ppe in anterioꝛibus cadit: ⁊ ex poſterioꝛi parte attollitur: ſic iniqui dū eterna que ante ſunt negligunt: ⁊ tēpoꝛalia que retro deſerēda ſunt ſequūtur in anterioꝛib⁹ coꝛruūt: ⁊ ex poſterioꝛib⁹ eleuantur[⁊ ſicut ſtipulā]fragilē[ante faciē vēti] eam de loco ad locum impellentis idest ante pꝛeſentiam tētationis vt facile cedant omni tentationi ⁊ ſuggeſtioni. Non autem hoc eſt optatio: ſed pꝛophetiçatio. Et quia leuitatem peccantium ſequitur grauis cruciatus: ideo ſubditur

13 **Sicut ignis qui comburit ſiluam: † ⁊ ſicut flāma comburens montes.**

¶ Sicut ignis]qui ex magna potētia[cōburit ſiluā]cōſumendo eā[⁊ ſicut flāma]ex ardoꝛis vehemētia[cōburēs mōtes] deſtruēdo eos. Malos dicit ſiluam ꝓpter ſterilitatē: q: ſteriles ſunt a iuſtitia: ⁊ eoſdē dicit mōtes ꝓpter elationeꝫ: q: pleni ſunt ſuperbia quos ignis ⁊ flāma ad iraꝫ in iudicio concremabit: vel ignis flāmeus eſt puniēs de⁹ vel diuina vltio: ⁊ vindicta que ſteriles ⁊ ſupbos ꝯſumit ⁊ condēnat. Unde ſequitur

14 **Jta perſequeris illos in tēpeſtate tua: ⁊ in ira tua turbabis eos.**

¶ Jta perſequeris] .i. perfecte ſequeris mittēdo in gehēnam [illos] .i. hoſtes tuos ⁊ nr̄os[in tēpeſtate tua] .i. in futuro iudicio tuo graui ⁊ repētino qḋ ſup eos veniet ex impꝛouiſo[⁊ in ira tua] .i. in effectu ire tue ſcꝫ iuſtitia vltime vindicte[turbabis eos]ſine placatione ⁊ mitigatione. Si qd ergo ſilua eſt ⁊ nō habꝫ fruges: ⁊ ſi qd mons eſt ⁊ tumeſcit hoc tūc peribit: penis aūt ꝑtinaciū ꝓphetatis oꝛat pꝛo credituris dicens.

15 **Jmple facies eoꝛum ignominia: ⁊ querent nomē tuum domine.**

¶ Jmple]ſalubꝛiter[facies eoꝝ] .i. aliquoꝝ inter eos[ignominia]villitatis oppꝛobꝛij ⁊ abiectionis .i. fac eos ſibi ⁊ alijs ignominioſos videri vt cōfundantur: ⁊ ſic dum culpabuntur ab alijs: ⁊ diſplicebūt ſibiipſis]querēt nomē tuū]o[dn̄e]penitēdo ⁊ obediēdo: ac illud in ſuū ſubſidiū inuocādo: bonum hoc optatur eis: q: oppꝛobꝛiū ſepe coꝛrigit. Nota hic ſm Remigiū melius eſſe ruere aliquē vt peniteat q̄ ſub religionis ſpecie ſuperbire. Unde pꝛopheta. Jn babylonē venies ⁊ ibi ſanaberis. Qui ꝟo pertinaces ſunt ⁊ nomen tuū non queſierint.

16 **Erubeſcant ⁊ conturbentur: in ſeculum ſeculi: ⁊ confundantur ⁊ pereant.**

¶ Erubeſcant]in futuro de malis perpetratis[⁊ cōturbentur in ſeculū ſeculi] .i. in eternū de penis duraturis. Nunq̄ ceſſet remoꝛſus cōſcientie in eis: ⁊ nullam requiem conſequantur in toꝛmentis[⁊ cōfundantur]intus in anima ⁊ foꝛis in coꝛpoꝛe [⁊ pereāt]oīno ⁊ irreparabiliter ⁊ dupliciter contritione conterantur cum repꝛobis eterne deputati miſerie. Jlli autem qui querunt nomen tuum: ⁊ ſi modo pꝛo peccatis erubeſcūt ⁊ cōturbantur: non tamen in eternum confundentur.

17 **† Ut cognoſcant quia nomen tibi dominus: tu ſolus altiſſimus in omni terra.**

¶ Ut]tūc vel ſero[cognoſcāt]ipſi mali per experiētiā pene ſibi inflicte: ⁊ per potētiā quā in eoꝝ oſtēdiſti confuſione qḋ modo noluūt ſcire ſcilꝫ[quia nomē tibi]ſoli eſt[dn̄s]eſſentialiter: ⁊ tu ſolus dominaberis: ⁊ ideo fruſtra ſubterfugerunt tuū dn̄ium: ceteri aūt nec vere dn̄i ſunt nec vero nomine domini vocantur: qꝛ̄ ſeruiliter dominantur: ⁊ q:[tu ſolus altiſſimus]⁊ potētiſſimus es[in omni terra]ſcꝫ in terra moꝛtuoꝝ: in inferno: in terra moꝛiētium in mūdo: in terra viuētiū in celo. Deſignat ḡ ſupbire terra .i. hō cū audit deū dn̄ari vbiq; ⁊ nullū cōtra ſuos valere. Et notandū quia vndecim ſupioꝛib⁹ pſalmis introductus eſt Aſaph vt duritia iudeoꝝ frequenti voce ipſi⁹ ſynagoge molleſceret. Egit aūt de dei incarnatione ⁊ de gentium fide: ac de iudicio in quib⁹ multiplex iudeorū redarguitur tranſgreſſio: vnde cōgrue vndecim ſunt: vndenarius enim numerus eſt tranſgreſſionis q: ⁊ denariū trāſit ⁊ ad duodenarium non peruenit.

Oratio.

Diſcute a nobis domine omneꝫ ſuperfluitatis errorem: vt relictis gentibus vitioꝛum te ſolum qui ſuper omnem terram altiſſimus inhabitas metuamus. Per dominum.

Madian declinans interpꝛetatur.

Endoꝛ qḋ interpꝛetatur.

j. Coꝛ. 3.

† nō habet et

13 † non habet et

Remigi⁹.

Mich. 4. c.

17 † et

¶ Psalmus de feruenti desiderio iustoꝝ in pressuris laborātiū deueniēdi ad gaudiū ciuiū supnoꝝ: ⁊ de modo veniēdi ad ipsuȝ. Psal. LXXXIII.

fama i / billa fuit.

QUam † dilecta tabernacula tua domine virtutum: concupiscit ⁊ deficit anima mea in atria domini.

Auctor psalmi pphēta Dauid. ¶ Titulus est. In finē pro torcularibus filijs Chore psalmus. Et est sensus. psalmus ille dirigens nos in finem. i. in chr̄m ppositꝰ filijs chore. i. chr̄i crucifixi habitus pro torcularibus. i. agēs de ecclesijs in qbus sunt pressure tribulationū. ¶ Materia. inextimabile desideriū iustoꝝ in torcularibus laborātiū deueniēdi ad eternā domū ⁊ beatitudinem ciuiū supnoꝝ. ¶ Intētio. inflāmare desideriū ⁊ monere ad celestis pāe cōtēplationē ⁊ eternoꝝ amorē. ¶ Snia in generali. Propheta in isto psalmo exprimit desideriū sctōꝝ in hac valle miserie degentium: ⁊ in pressuris tribulationū laborātiū deueniēdi ad ipm. ¶ Snia in spāli. Post pscutionē ergo fideliū de qua in pcedēti psal. est dictū iste pro oīb' filijs chore quasi vn' hō: qꝛ oēs sunt vnū corp' chr̄i suspirās de torcularibus in eterna tabernacula cū admiratione ait qḋ seqtꝰ. Et nos quoqȝ in pressuris tribulationū vel tētationū cōstituti clamemus hāc vocē ⁊ pmittamus desideriū nostrū dicentes singuli. [Quā dilecta] i. valde dilecta ⁊ diligēda sunt mētibus ⁊ cordibus bn̄ dispositis qḋ nō pōt dici quantū [tabernacula tua] i. illa supna ⁊ eterna supnoꝝ ciuiū in quib' nulla est pssura. O [dn̄e virtutū] celestiuȝ. i. angeloꝝ: vel per hoc ostendit mirā dei potētiā qua prestat nobis patiētie virtutē ne succūbamus: ⁊ vere dilecta: qꝛ [ɔcupiscit] i. desiderat [et] ppter intēsum desideriū [deficit] a se. i. a statu suo ac desiderio ⁊ amore languet [aīa mea] tendēs [in atria dn̄i] eterna. q. d. aīa mea tāto desiderio in atria celestia ⁊ eterna ingredi desiderat vt oībus huius mūdi delectationibus ⁊ amore tpaliū penit' deficiat: quibus quondam delectabiliter inherebat.

2 **Cor meuȝ ⁊ caro mea: exultauerunt in deū viuū.**

¶ Cor meū] i. hō meus interior. i. aīa [⁊ caro mea] i. hō exterior: scȝ corp' [exultauerūt] ⁊ si grauentꝰ [in deū viuū] q dat viuere: nō in diuitijs: nō in delicijs: nō in pōpis ⁊ vanitatib'. Gaudet iste in spe ⁊ ideo tolerat pssurā torcularis cupiēs dissolui ⁊ eē cū chr̄o. q. d. O dn̄e i ceteris oībus istis deficio eterna tabernacula ⁊ atria cupio: te solū corpore ⁊ aīa cūctisqȝ viribus diligo: ⁊ tecū eē sedēqȝ aliquā ⁊ nidulū aīe mee ⁊ corporis hr̄e toto mētis affectu desidero. Inde aūt exultauerunt.

nā ⁊ 3 † **Etenim passer inuenit sibi domum: ⁊ turtur nidum sibi: vbi † reponat pullos suos.**
ponat.

¶ Etenim] i. qꝛ [passer] i. rō [inuenit] sibi [sibi] dū qreret excedēdo se in vtutib' [domū] nō manufactaȝ in qua pmaneat [⁊ turtur] i. caro casta inuenit sibi [nidū sibi] ⁊ māsionē [vbi reponat pullos suos] i. opa: duobus pdictis scilȝ cordi ⁊ carni: duo reddit scilȝ passerē ⁊ turturē: cor nāqȝ est vt passer: caro vt turtur: corde eni a terrenis volāte deū cogitam': ⁊ sic quasi passer volat ad domū: carne xo sub multis miserijs gemēte: opa bona agimus ⁊ sic q̄si turtur pducit pullos quos i nido reponat. Deinde aūt quē nidū ⁊ domū inuenit. Scilicet

de' 4 **Altaria tua dn̄e † virtutum: rex meus ⁊ de' meus.**

¶ Altaria tua] o [dn̄e virtutū] celestiū. i. angeloꝝ [rex meus] q me regis [⁊ de' me'] q me creasti: hoc est celestē pāiaȝ ⁊ diuersas sctōꝝ māsiones fm varia coꝝ merita in qbus iugiter sacrificia diuine laudis offeruntꝰ vbi aīe celesti cōuiuio epulantꝰ: vbi aīa quasi in domo gaudet: ⁊ caro reponit opa sctā: hec q ppe sunt illa in qbus appetitus hum' qetatꝰ. Celestis patria dicitꝰ tabernaculū ppter inhabitationē: atria ppter latitudinē: domus ppter quietē: nidus ppter securitatē: altaria propter perfectam oblationem: vbi ille iam suspirat dicens.

Beati qui habitant in domo tua dn̄e: in secula seculorum laudabunt te.

¶ Beati qui habitāt in domo tua] celesti nō manufacta o [domine] vbi nō est timor nō q habitāt in altis turrib' ⁊ palatijs aut in magnis vrbib' ⁊ villis: qꝛ [in scla sclōꝝ laudabunt te] hoc erit totū ibi negotiū nr̄m vt semp laudemus quē sp amabimus. Huic g̃ vite suspirem': ⁊ ad eā toto nisu tēdam'. Sȝ qui nūc semp laudare desiderat: nūc tēporalr laudet: qui eniȝ hic nō laudauerit ibi a laude mutus erit. Deinde ostēdit quo auxilio: ⁊ cuius ope ad domum dei veniatur dicens.

Beatus vir cuius est † auxilium abs te: † † ascensiones in corde † suo disposuit in † valle lachrymarum: in loco quem posuit.

6 † susceptio ei'. / † dn̄e. / † ascēsus / † eius / † cō valle plorationis in locū quem disposuit.

¶ Beatus vir] scȝ nūc in spe ⁊ tādē in re [cui' est auxiliū abs te] i. a te: hoc est q te hic hȝ adiutorē: qꝛ ad hoc nemo suis virib' vel meritis sufficit: ⁊ modus subditꝰ: qꝛ [ascēsiones] i. gradus qbus ascēdat [in corde suo disposuit] ille vir deo inspirāte: scȝ appetēdo semp pficere. Uel qꝛ [ascēsiones i corde suo disposuit] de': facit eni illi gradus qb' ascēdat pstādo ei grāȝ vt semp conetꝰ p gradus vtutū pficere: ⁊ hoc [in valle lachrymarū] hoc est in statu pn̄tis miserie. s. [in loco quē posuit] ipe de' hoīb' ad deflēdū ibi pctā ad pugnādū ɔ hostes ⁊ vitia ⁊ ad merendū pmia eterna. Uel [quē posuit] sibiipsi hō qꝛ peccauit: qādiu sum' in valle lachrymaꝝ nō debem' ridere: sȝ flere: nō esse securi sȝ pauidi: qꝛ hoc seculū ⁊ hoc tps est lachrymaꝝ ⁊ certaminis: sȝ aliud gaudij ⁊ pacis. Nota sex gradibus ascēdebatꝰ ad thronū Salomonis: sic sex gradib' ascēditꝰ ad cognitionē trinitatis. Primus gradus est ɔtēplari ea que sunt tm̄: vt lapides. Secūdus: que viuūt: vt plātas. Tertius: que sentiunt: vt bruta. Quartus: que discerunt: vt hoīes. Quintus: que cōprehēdūt: vt angelos ⁊ sanctos. Sextus: humanitatem christi ⁊ que pro nobis fecit: ⁊ sic venitꝰ ad cognitionem deitatis: felix est qui semper cōsiderat quid faciat: ⁊ quomodo pficiat: ⁊ vt quotidie proficiendo per gradus virtutum ascendat. Auxiliabitur autem ei dominus.

Gradibus sex ascenditur ad cognitionem trinitatis.

† **Etenim benedictionē dabit † legislator: † ibūt de virtute in virtutē: † videbitꝰ deus deoꝝ in syon.**

7 † nā et / † qui legē dedit / † ambulabunt a vtutib'. / † apparebit.

¶ Etenim bn̄dictionē] i. grē infusionē [dabit legislator] scilȝ chr̄s vtriusqȝ testamēti auctor: qꝛ post legē venit grā: hoc aūt prestat grē bn̄dictio q p eā [ibunt] fideles [de virtute in virtutē] i. de ope vnius virtutis in opus alterius: nō enim oīuȝ opa simul exercentꝰ lȝ ipse simul habeantꝰ: ⁊ sic tandem [videbitꝰ deus deorum] i. sanctoꝝ scȝ chr̄s sicuti est deus apud deum verbū apud patrē qui est deus deoꝝ. i. christianorum quib' dedit potestatē filios dei fieri [in syon] i. in celesti speculatione ⁊ cōtēplationis plenitudine: syon enim speculatio dicitꝰ: per gratiam enim multe dantur virtutes: de quibus venitur in chr̄m dei virtutem ⁊ dei sapientiaȝ. Et vt ego videā ⁊ ad tanta premia electorum perueniam. O

Domine deus virtutum exaudi † orationē meaȝ: auribus percipe deus iacob.

8 † pces

¶ Dn̄e] a quo regimur [de'] a quo creati sumus [virtutū] celestiū. i. angeloꝝ ɔditor qbus me sociari cupio ⁊ humanaꝝ infusor: qꝛ dator es oīuȝ vtutū p quas ascēditꝰ ad te videnduȝ [exaudi orōnē meā] vt ad btitudinē me pducas: ⁊ vtutib' angelicis socies [aurib' pcipe] eā ostēdendo p mīe effectū ⁊ cōplēdo desideriū meū. O [deus iacob] i. luctātiuȝ vel supplātātiū vt in luctamine me iuues ⁊ israel me facias vt videaȝ te sicut vidit iacob quē iuuisti ⁊ fecisti israel apparens ei.

Protector nr̄ aspice de': ⁊ respice i faciē chr̄i tui. 9

¶ Protector noster [in pugna] aspice [nos et agonem nostrum et protege o] deus [pater et hoc per christum. unde subdit] et respice [i. attende] in faciem christi tui [hoc est per ipsum nos aspice et respice in nos: in nobis enim respicis filium tuum qui habitat in nobis. q. d. si non propter nos: saltem quia sumus conformes filii tui non solum propter imaginem: sed et propter nature nostre susceptionem: respice nos intuitu meritorum eius: et si non nostrorum cuius meritis petimus exaudiri et non meritis nostris. Ad hoc autem exaudiri cupio ad hoc intendit mea oratio ut habitare merear in tua domo.

10 † **Quia melior est dies una in atriis tuis: super milia.**

¶ Quia melior est dies una [immutabilis que est in atriis tuis] idest in celestibus mansionibus [super milia] dierum in terris que finem habent: et ponit finitum scilicet milia pro infinito: quod dicitur dies una spectat ad illam unam: de qua alibi dicitur. Unam petii a domino hanc requiram. Milia dierum homines desiderant et multum hic vivere volunt. Contemnant milia dierum: desiderent unum diem qui non habet ortum et occasum: diem sempiternum cui non cedit hesternus quem non urget crastinus. Huius diei amore iste abnegans semetipsum subiungit: propter quod

11 **Elegi † abiectus esse in domo † dei mei: magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.**

¶ Elegi [et si possem regnare diu] abiectus [et despectus] esse [opinione hominum. i. vilis et contemptibilis haberi et in humilitate vivere deoque servire] in domo dei mei [i. in sancta ecclesia militante et societate bonorum in quibus habitat deus tanquam in domo sua] magis quam habitare in tabernaculis peccatorum [ubi sunt qui honoribus tument. i. magis quam esse in gloria seculi: et excellentia inter peccatores potentes et superbos. Ideo autem volo esse abiectus magis quam gloriosus: et in domo dei magis quam alibi.

12 **Quia misericordiam et veritatem diligit deus gratiam et gloriam dabit † dominus.**

¶ Quia misericordiam et veritatem diligit deus [que in ecclesia prestat humilibus et abiectis. Misericordia est qua prius subuenit ac donat peccata et iustificat: veritas qua postea reddit promissa et coronat. Et ne hoc ex meritis dari putes adiunctum est [gratiam] hic in presenti [et gloriam] sibi in futuro [dabit dominus] vere humilibus. Esto ergo abiectus et humilis ut de loco infimo vocari superius ac gratiam et gloriam consequi merearis. Unde bene subditur

13 † **Non privabit bonis eos † qui ambulant in innocentia: domine † virtutum: beatus homo qui sperat in te.**

¶ Non privabit bonis [spiritualibus scilicet gratie et glorie] eos qui ambulant in innocentia [scilicet ab offensa dei et proximi cauendo et mundos seipsos custodiendo. Innocentia enim vera est que nec sibi nec alteri nocet. Cur ergo pro bonis terrenis deseritur innocentia? Acquiritur aurum et perditur celum. Et convertens sermonem ad deum subdit. Et quia non privabis ergo o [domine virtutum] dator et conservator: deus misericordiarum et totius consolationis qui tanta facis nobis [beatus homo] in presenti per spem et in futuro per rem [qui sperat] et spem ponit [in te] et in eternis non in transitoriis et caducis: paucis verbis omnia concludit que restant nobis facienda in pressura. Oratio.

Tabernaculorum celestium fundator eterne dispone quesumus ascensiones in cordibus nostris quibus ad tua tabernacula mereamur sine lapsu conscendere. Per dominum.

¶ **Psalmus de adventu christi primo: et incarnationis mysterio: ac de pluribus beneficiis idem humano generi misericorditer collatis. Psal. LXXXIIII.**

1 **Benedixisti domine terram tuam: avertisti captivitatem iacob.**

Auctor psalmi propheta David. ¶ Titulus est. In finem psal. filiis Chore. Et est sensus psal. iste dirigens nos in finem idest in christum per quem fit benedictio: cantatur filiis chore. i. nobis agens de nova benedictione data per gratiam christi incarnati. Est enim de primo adventu per quem fit benedictio omnium gentium qua ad supradicta eterna et atria pervenitur que per peccatum Ade maledictioni subiacebant et ab illis excludebantur. ¶ Materia. adventus christi et incarnatio ac beneficia ex hoc collata generi humano. ¶ Intentio. monere nos ut per fidem ad christum accedamus: et sic eius benedictionem habeamus. ¶ Sententia in generali. Propheta in isto psalmo hystorialiter agit primo de reversione iudeorum a captivitate babylonica facta per cyrum: sed mistice et consequenter agit de primo adventu et incarnationis mysterio ac liberatione que fienda erat per christum: et sic figure respondet figuratum. Dicit autem futura tanquam preterita propter certitudinem et que apud deum iam erant facta. ¶ Sententia in speciali. Maledictioni ergo Ade opponens benedictionem christi ait. [Benedixisti] o [domine] i. misericorditer respexisti [terram tuam] scilicet iudeam reducendo populum tuum de babylonia ad eam [avertisti captivitatem iacob] i. populi descendentis ab iacob. Vel [benedixisti] o [domine] per christum [terram tuam] i. carnem nostram et ecclesiam tuam: dedit enim fructum suum et natus est salvator suus: et per eum [avertisti captivitatem iacob] i. novi populi liberando nos a peccatis nostris in quibus captivi a diabolo tenebamur et qui pertinemus ad iacob imitando Abrahe fidem: et sumus minor populus cui serviat maior. Et subiungit quomodo avertit.

2 **Remisisti iniquitatem plebis tue: operuisti omnia peccata eorum.**

¶ Remisisti iniquitatem plebis tue [que eam captivam fecerat et tenebat operuisti omnia peccata eorum] ipsa non amplius videndo ad puniendum. Vel [remisisti iniquitatem plebis tue] propter quam homo captivatus erat et captivus tenebatur: qua remissa liberatus est [operuisti] baptismo [omnia peccata eorum] ne videres et punires. Operuit nos perfecto sua gratia et noluit videre peccata nostra: operuit peccata virtutibus: superbiam per humilitatem: luxuriam per castitatem: avaritiam per charitatem: et ubi abundavit peccatum superabundavit gratia. Et sic

3 † **Mitigasti omnem iram tuam: avertisti ab ira indignationis tue.** (3 † sedasti.)

¶ Mitigasti [i. temperasti per mansuetudinem] omnem iram tuam [i. vindictam et penam in presenti pro peccato inferendam] avertisti [te et dedisti] ab ira indignationis tue [recipiendo eos ad gratiam. Vel [Mitigasti omnem iram tuam] ut non in eternum punires: sed temporaliter exerceres. Erat enim valde iratus propter peccatum primi hominis: sed postquam ille homo factus est omnem iram mitigavit [avertisti] nos penitus [ab ira indignationis tue] i. a pena que veniens ex indignatione tua erit in futuro iudicio ut ibi non punias nos. Et quia tanta fecisti populo illi: ideo etiam

4 **Converte nos † deus salutaris noster: et averte † iram tuam a nobis.** (4 † deus sanitatis nostre. † iracundiam.)

¶ Converte nos etc. [vel. Et quia de futuro ista dicuntur quamvis verba preterita sonent sequitur et dicit [Converte nos] a vitiis et a malis culpe ad te bonum incommutabile: nos ad tuam gratiam recipiendo quo hactenus a te aversi sumus [deus] per creationem [salutaris] et salvator [noster] per redemptionem et iustificationem [et averte iram tuam a nobis] eam relaxando. Ac si diceret. Illa predicta dico quasi facta sint: quia verissime video futura: quia vero nondum facta sunt oro ut fiant que iam vidi ventura: prophetice enim dixit supra ut preterita. Hic autem petit ut vere futura.

5 † **Nunquid in eternum † irasceris nobis: † aut extendes iram tuam a generatione in generationem?** (5 † non † irasceris. † vel extendas.)

¶ Nunquid [enim] in eternum [usque in finem mundi] irasceris nobis [q. d. non, cum parcere et misereri proprium sit tibi. Ira dei est omnis pena quam patimur: de ira enim mortales sumus et passibiles: sed innovatis in christo previdet iste hanc penam transituram.

Sicut

Sicut enim in adam oēs moriunt̄:ita ꝛ in christo oēs viuifi cabunt̄[aut ext̄ēdes iram tuā a gnōne]que fuit ab adā vsqȝ ad chrm vsqȝ[in gnōnē]que est sub gratia baptismi tpe filij q.d.nō:noue eniȝ gnōni reseratus est aditus regni q fuit clau sus gnōni veteri:pma fuit mortalis de tua ira:erit altera im mortalis tua misericordia. Sed nec hāc miam meremur cō uersi ꝑ nos ad deū:ipse enim nos cōuertit. Unde subdit.

6 Deus tu † cōuersus viuificabis nos : ꝛ plebs tua letabitur in te.

†con uertens.

℄ Deus tu ꝯuersus]ab ira tua in aduētu filij tui[viuificabis nos]per tuā gratiā spe tanto tpe anteq̄ res habeat̄ [et]tunc [plebs tua]nihil presumēs de se bono suo[letabit̄ in te]scȝ de beneficijs tuis gratulādo ac letanter ac deuote tibi seruiē do que prius malo suo letabat̄ in se:male enim letat̄ quis in alia re q̄ i te:pereunt eniȝ alia:ꝛ leticia de his habita. Qui vult ergo securus gaudere in illo gaudeat q nō pōt perire. Et vt hec oia fiant tanq̄ clemens

7 Ostende nobis domine misericordiam tuam : ꝛ salutare tuum da nobis.

℄ Ostende nobis dn̄e]pater[miam tuā]i.chrm corpaliter ꝛ spūaliter:vt ꝛ humanitatē videamus oculis corporis:ꝛ diui nitatē oculis cordis:eq dī mia qr per eū deus misertus est no bis[ꝛ salutare tuū]i.saluatorē nostrū eūdē chrm[da nobis] in futuro amplectēdū ꝛ possidēdum vt nō tollat̄ amplius a nobis. Hec est tota nostra beatitudo visio chri. Similes eni ei erimus quando videbimus eum sicuti est. Ista autē que precor scio ꝛ confido non per me:sed quia ꝯuersus a strepitu mundi qui inquietat foris.

8 Audiaȝ quid loquatur in me dominus deus:qm̄ loquetur pacem in plebem suam.

℄ Audiā]attēte in corde[qd loquat̄ in me]īterius ꝑ inspira tionē ꝛ internā reuelationē ꝛ mihi inspiret[dn̄s deus]i.spiri tus sanct⁹:ꝛ qd sit illud subdit[qm̄ loquet̄ pacē]ad deū ꝛ pxi mum per chrm[in]i.sup[plebē suā]ꝛ sibi subditā.i.ecclesiā suā. Unde christo nato angeli statim cātauerūt in terra pax hoibus ꝛ pacē eternitatis que habet̄ sup pacē pectoris. Un de dicit. Pacē relinquo vobis,pacē meaȝ do vobis. Hic est sciēdum sm quosdā ꝙ illa hora qua Gabriel archāgelus ad beatā Uirginē fuit igressus ad annuntiādū sibi filij dei icar nationē cū magna mētis deuotione legebat hūc psalmum ꝛ actualiter hūc versuȝ audiā qd loquat̄ ꝛc̄. Unde de ea bene pōt sic exponi[Audiaȝ]attente[qd loquat̄ in me dn̄s deus] per Gabrielē angelum suū ab ipso ad me transmissum

Joan. 4.

9 Et sup sanctos suos: ꝛ in eos q † ꝯuertunt̄ ad cor.

†ꝯuer tunt cor ad ipm.

℄ Et super sanctos suos]i.ꝑfectos qui sunt plebs sua : sed ne peccatorib⁹ ianuaȝ pacis clausisse videretur adiecit[ꝛ in]i. sup[eos]qui de omni gēte[cōuertunt̄ ad cor]i.sup imperfe ctos ꝛ penitētes qui cū ꝑ flagitia prius a rōne discesserint cō puncti ad cor redeūt ꝛ ab errore ad rationē ac deinceps cor ad deuȝ nō ad aliud cōuertunt: vox itaqȝ dn̄i pax est ꝛ gau dium nostrū ꝛ pax ꝛ requies nostra:ꝛ finis omniū molestia rum nostrarum nō est nisi deus. Et lȝ generalis sit misericor dia super omnes ꝛ pacē super omnes loquatur:tamen aliud speciale iudeis fecit. Unde subdit

10 Uerūtamen prope timentes euȝ salutare ipsius: vt inhabitet gloria in terra nostra.

℄ Uerūtamē]spūaliter[prope timētes euȝ]i.iudeos qui euȝ timebant ꝛ colebāt:lȝ pro terrenis erit corporaliter[salutare ipsius]dei.s.christus[vt inhabitet gloria]scȝ maior vel glo ria.i.christus qui est gloria patris[in terra nostra]in qua na tus sum dicit Propheta.s.iudea. Ibi enim chrs de eis natus est:inde elegit matrē ꝛ discipulos. Ibi apparuit:ibi cōuersa tus est:ibi inumera fecit miracula. Uel lȝ sup oēs loquat̄ pa cem[Uerūtamē salutare ipsius]i.saluatio que ꝑ ipsum est erit[prope timētes eū]i.his tn̄ qui dum stant vident ne ca dant[vt inhabitet gloria]i.imortalitas[in terra nostra]i.in corpore mortali quod erit in futuro. Deinde ostēdit quomo do apparuit hic gloria:ꝛ que ipse chrs sit prestiturus.d.

11 Misericordia ꝛ veritas † obuiauerunt sibi:iusti tia ꝛ pax osculate sunt†.

†oc currerūt †sc.

℄ Misericordia]exhibita in nouo testō qua misertus est no stri[ꝛ veritas]i.īpletio ꝓmissionū veteris testamēti[obuia uerunt sibi]i.simul cōuenerūt in ꝑsona christi:qr chrs ex mi sericordia carnē pro nobis assumpsit:ꝛ ꝑ hoc veritatē ꝓmis sionis facte patribus adimpleuit:ꝛ sic[iustitia]qua satisfecit pro culpa primi parētis[ꝛ pax]qua reconciliauit deo genus humanū[osculata sunt]i.simul iuncte i chro. Uel[iustitia] in ope[ꝛ pax]cū deo[osculata sunt]i.cōueniūt i hoib⁹:amāt eniȝ se hec duo vt q facit iustitiā inueniat pacē ad deū ꝛ hic ꝛ in futuro. Deinde ostēdit quō ꝛ per quid hec facta sunt.

12 Ueritas de terra orta ē: ꝛ iustitia de celo ꝓspexit.

℄ Ueritas de terra orta est]i.chrs de carne ꝓcessit:qr de hu mili ꝛ secūda Uirgīe maria nat⁹ est[ꝛ iustitia de celo]celorū [ꝓspexit]qr ꝑ h̄ iustificati sunt a deo hoīes:ad h̄ eni orta est veritas vt iustificarent̄ hoīes:sic.n.veritas hȝ qd pro iustifi cādis offerret. Uel[ꝟitas de terra orta est]i.vera pctōꝝ cō fessio de hoīe peccatore nata est vt se accuset:terrā ꝛ cinereȝ se eē cognoscēs:ꝛ sic[iustitia de celo]celorū[ꝓspexit]ꝛ ꝓue nit ac data ē a dn̄o deo remissio pctōꝝ ꝛ iustificatio penitēti: qr talē iustificat de⁹ sicut publicanus ꝯfitēs ꝛ se accusans re dijt iustificat⁹.q.d.deus ꝑcamus huic : qr ipse sibi nō parcit: ignoscamus huic:qr ipse peccatū suū agnoscit ꝯuersus est ad puniēduȝ peccatū suū cōuertat̄ ꝛ ego ad liberādum eum.

13 Etenim dominus dabit † benignitatē: ꝛ terra no stra dabit fructum suum.

†sua uitatem.

℄ Eteniȝ dn̄s dabit benignitatē]i.grē sue plenitudinē beatā Uirginē fecūdādo[ꝛ terra nr̄a]i.vgo itemerata ad modum terre humilis fertilis ꝛ stabilis[dabit fructuȝ suū]pariēdo fi liū.s.Jesum chrm. Uel[eteniȝ dn̄s dabit benignitatē]i.affe ctū bonū vt bn̄ agere delectet quē nō possumus al'r hic nisi dei[et]sic[terra nr̄a]facta fecūda q̄ prius erat sterilis[dabit fructuȝ suū]i.bona opa: vel[terra]cordis nr̄i[dabit fructuȝ suū]i.ꝯfessionis ꝛ laudis ꝛ vt odiētes peccata desideremus iustitiā. In cui⁹ eniȝ corde semen grē sue spargit hui⁹ ꝓuidē tio terra fructuȝ spūalē reddit ꝛ implet̄ in eo qd sequitur.

14 Justitia ante eū † ambulabit: ꝛ ponet in via gres sus † eius.

†preibit †suos

℄ Justitia]hoīs q est in ꝯfessiōe ꝛ punitōe pctōꝝ:iustus.n.dȝ eē in se vt accuset ꝛ puniat se[añ eū ambulabit]i.ꝓcurret pa rās ei viā vt veniat ad eū. pma eni hoīs iustitia est vt puniat se malū ꝛ faciat se bonū:ꝛ h̄ est via dn̄i vt veniat ad eū. Qui eniȝ pctā sua odit iaȝ icipit siml'is eē deo q ea odit:fac ḡ te siḿeȝ deo ꝛ para ei viaȝ in ꝯfessione pctōꝝ:ꝛ sic ipse dn̄s veniēs ꝛ visitās[ponet i via]sic parata[gressus suos]vt te ꝯformet in vestigijs suis:ipolluta.n.est via eius.

Justitia hoīs q est.

Oratio.

Remitte dn̄e iniquitatem plebis tue : ꝛ ostende no bis misericordiā tuam:que nos in viam pacis iusti tia precedēte perducat. Per dominum.

℄ Oratio chri instante passione vel fidelis positi in corporali vel spūali tribulatōe ꝛ recurrētis ad deū pro sua liberatione. Psal.LXXXV.

Inclina dn̄e aurem tuam ꝛ exaudi me: quoniā † inops ꝛ pauper sum ego.

†egen⁹ ꝛ iops ego sum.

Auctor psalmi ꝓpheta dauid. ¶ Titulus est oratio ipsi dauid. Et est sensus

oratio ista attribuit ipsi dauid.i.christo: z conuenit hec vox capiti z corpori. Quia eniz supra dictu est de christi icarnatiõe: nũc di de eius passione. ¶ Materia. Oratio chri in passione vel fidelis in tribulatiõe. ¶ Intẽtio. monere fideles in omni tribulatiõe humiliter ad deũ per oratione recurrere. ¶ Sententia in gñali. Propheta in isto psalmo in psona chri orantis humiliter ad patrẽ in forma serui q oratur a nobis in forma dei vel in psona cuiuslibet fidelis positi in tribulatiõe corporali vel spũali orat deũ deuote pro sua liberatiõe: subiungẽs degentiũ vocatiõe z adoratiõe. ¶ Snia in spãli. Christus ergo in forma serui humiliter ad patrem orans ait[Inclina]o[dñe]qui altus es z excelsus[aurẽ tuã].i.clemẽtiaz tuã mihi infimo z humili[z exaudi me].i.desid riũ meũ cõple[quoniã inops]ab alio opem nõ hñs z tua ope indigẽs[z paup] per me nõ sufficiẽs z nihil de me presumẽs[sum ego]z ideo ad te recurro. Inops est qui dñi mĩa indiget: paup qui in se cõtẽnit q̃cq̃d est vnde superbia inflari possit. Talibus vtiqz appropinquat z eos exaudit deus qui gratiam suam prestat humilibus. Nam quasi inclinare aurẽ videtur cum nos audire z exaudire misericorditer dignatur

2 **Custodi animã meaz qm̃ sanctus sum: saluũ fac seruum tuum deus meus sperantem in te.**

Custodi aiam]z vitã[meã]ne deficiat obediẽtia tibi iniuncta. Uel[meam].i.meoꝝ cõtra insidiãtes ab oibus malis z scãdalis ne cadar[qm̃ sanctus sum]chris ꝓprie sanctus est qr sanctificãs: sui etiã sunt sancti: qr in baptismo sanctificati: dicat hoc fidelis nõ se iactãdo ne cadat elatus. sed humiliter cõfitendo: ne sit igratus: dicat deo sctũs.i.inocẽs sum: qr sanctificasti me: qr accepi nõ q habui: qr tu dedisti: non q merui [saluũ fac]ne deficiat vel pereat[seruũ tuum]tibi obediẽtez [deus meus]qui me creasti[sperantem in te]nõ in se vel in alio cõfidentẽ: quia nõ ex homine est salus.

†mihi 3 **Miserere † mei domine quoniam ad te clamaui tota die: † letifica animam serui tui: quoniã ad te domine animam meam leuaui.** †iocũda

Miserere mei dñe]qr in mĩa sum: z tu misericors es[qm̃ ad te clamaui tota die].i.omni tpe z assidue seu instãter z pseuerãter[letifica aiam serui tui]in passione tristẽ vel ex tribulationib⁹ pñtib⁹ mestã[qm̃ ad te dñe]apud quẽ soluz est iocunditas: amaritudine ꝯo plenus est mũdus: ipsam[aiam meã]de terrenis z trãsi: oꝝ affectu z desiderio[leuaui]sursum cor hñdo z te deuote inocãdo vel spem z fiduciã anime mee in te ponẽdo. Affectus quippe gradus est: voluntas tua est iter tuum. Ascẽdis z accedis amando: descẽdis z discedis negligẽdo: stans in terra in celo es: si deum diligas.

†qr †es ac †multuz misericors 4 † **Quoniam tu domine suauis † z mitis: z † multe misericordie oibus inuocantibus te.**

Quoniã tu dñe suauis]z dulcis ad gustãduz es affectus tedio mũdane amaritudinis[z mitis]his quos expectas tolerãs z reuocas nõ exasperãs ad te redeũtes z[multe mĩe]cõtra abundantẽ iniqtatẽ: multa z multis z multotiẽs peccata dimittẽdo z eos ad grãz recipiẽdo: z iõ nõ solũ es misericors sed multe z copiose mĩe: nã vbi abũdat iniqtas supabundat mĩa tua: z hoc[oibus]nullo excepto[inuocãtibus]nõ labiis tñ: sed toto z puro corde[te]non aliud a te. Ideo

†fige †orõnis. 5 **Auribus † percipe domine orationem meam: z intende voci † deprecationis mee.**

Aurib⁹ percipe dñe orationez meã].i.nõ exeat de auribus tuis: sed fige illam ibi vt p aures figatur cordi. Unde subdit [z intẽde]aio[voci deprecationis mee]eam exaudiẽdo z ad effectũ pducẽdo. Si vis vt aurib⁹ pcipiat deus tuã orationez pcipe tu in corde tuo ipsius legẽ. Tu esto itẽtus illi z ipse procul dubio itẽtus erit tibi. Ipse.n.ait cõuertimini ad me: z ego cõuertar ad vos. Deinde cãm audiẽdi supponit dicens. Isa.45.

6 **In die tribulationis mee clamaui ad te: † quia exaudisti me.** †qr̃

In die tribulationis mee clamaui ad te].s.rogãdo vt tribulationẽ amoueas vel alleuies: qñ eniz aduersitas iminet: tũc enixius clamat. Deinde q̃re clamauerit subdit[qr]alo[exaudisti me]z iõ spero iterũ exaudiri.q.d.q clamantẽ alia vice exaudisti illa cõfidẽtia: z nũc in ista tribulatione clamo. Uel exaudisti me dicit cũ adhuc exaudiri velit demĩans in h q̃ ad aliud iã exaudit⁹ sit: z adhuc ad aliud exaudiri desiderat.

7 **Nõ est silis † tui in diis dñe: z nõ est ꝭz opa tua.** † tibi

Nõ est similis tui in diis dñe]in potẽtia, clemẽtia, z sapia, ad quẽ clamare potuissem[z nõ est]aliqs[ꝭm opera tua]qr nemo tibi similia operat: nec aliqs q sicut tu opari possit reperit.q.d. quocũqz mõ accipiant diĩ nõ est quis silis sit tibi in eẽntia vel opatione: deus eniz ieffabilis est z facilius dicimus qd nõ sit q̃ quid sit. Omnia que in celo z in terra sunt cogita non hoc est deus: sed est qd oculus nõ vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit qui omnia illa fecit. Et ideo quia non inuenient similem

8 **Oẽs gentes † quascũqz fecisti venient z adorabũt corã te dñe: z glorificabũt nomen tuum.** †quot quot

Omnes gẽtes quascũqz fecisti].s.aliqui ex oibus gentib⁹: qr oẽs fecisti[venient]passib⁹ fidei a cultu suo ad cultũ tuuz [z adorabũt corã te dñe]qr tibi curuabit omne genu. Adorabũt vt creatura creatorẽ: z corã te nõ ad oculũ[z glorificabunt]laudãdo z predicãdo[nomẽ tuũ]qd est sup omne nomen se seruos z te dñm cõfitẽtes. Per hec verba annuntiat ecclesiam vbiqz diffusam quod modo impletuz est. Deinde singulis singula reddit. Non est inq̃ similis tibi.

9 **Quoniaz magnus es tu z facies mirabilia: tu es deus solus†.** † magn⁹

Quoniã magnus es tu]qd nõ alius z nõ est ꝭm opera tua: q[z faciens mirabilia]in celo z in terra: ergo[tu es deus solus]z nullus alius. Uel[Omnes gẽtes veniẽt z adorabunt z glorificabũt]z merito[Quoniã magnus es tu zc̃.]ex mirabilibus enim magnitudinis eius auditis in partib⁹ diuersis veniũt quotidie fide: z adorãt ac glorificãt eũ corde, ore, z ope. Cognosciturqz ẽt a gẽtib⁹ q est de⁹ solus z nullus alius. Deinde orat pro oibus iam adorãtib⁹: z loqtur in mẽbris.d.

10 **Deduc me dñe in via tua: z † ingrediar in veritate tua: † letetur cor meũ vt timeat nomẽ tuum.** † ambulabo † iocundetur.

Deduc me dñe in via tua]scz fidei iam positũ ne labar vel aberrẽ: z adiuua vt in timore z amore tuo ꝓficiã. Prima hominis via est cognitio z cõfessio peccatoꝝ: de hac via venit ad veritatẽ.i.ad pceptoꝝ dei obseruationẽ: ideo subiungit[z igrediar].i.ambulabo: z proficiã vlterius te ducẽte[in veritate tua]a te tradita: z inde[letetur cor meũ]in te: cũ enim a merore facinoꝝ exutus fuero: tũc in te leticia spiritali gaudebo: ita tñ[vt timeat nomẽ tuũ].i.te: timor enim nõ sinit male z inepte exultare z de via recedere. Nõ aliunde letet nisi de te: nec aliud timeat nisi a tua gratia separari: vtraqz miscẽda sunt vt sub spe timeamus: z sub timore letemur. Et tunc

11 **Cõfitebor tibi dñe deus meus i toto corde meo: z glorificabo nomen tuum in eternum.**

Cõfitebor tibi]cõfessione laudis.i.laudabo te cõfitẽdo beneficia tua circa me o[dñe]qui me regis[de⁹ meus]qui me creasti[in toto corde]z affectu[meo]totam.s.spem in te ponẽdo[z glorificabo nomẽ tuum]idest gloriosum predicabo cum sanctis[in eternum]z hic quãdiu fuero per singulas generationes z in eterna beatitudine sine fine. Et merito

Quia

12 †Quia misericordia tua magna est super me: ꝛ eruisti animã meã ex inferno inferiori.

Quia misericordia tua magna est sup me] ꝛ super merita mea. Tanta eniȝ mia dei fuit vt etiã filiũ suũ pro nobis morti traderet. [ꝛ eruisti animã meã ex iferno iferiori] qꝛ iferius ꝛ subtus nos est. i. ab eterna dãnatione a quo inferno liberatꝰ qui a peccato liberatus illuc nõ mittitꝰ. Eruere enim ab iferno est facere ne illuc descẽdat. Unde eruit dñs aias misso filio suo: ꝛ quotidie eruit peccata misericorditer relaxando. Deide quod sequitur potest accipi de toto christo: scilicet de capite ꝛ de membris. O.

13 Deus † iniqui insurrexerunt super me: ꝛ synagoga potentium † quesierunt animam meam: ꝛ nõ proposuerunt te in conspectu suo.

Deus iniqui] scȝ iudei vel hoies ꝛ spũs maligni [insurrexerunt sup me] i. aduersum me totuȝ: xpm scȝ psequẽdo: ꝛ me superare conãdo: ꝛ [synagoga potẽtium] i. ɔgregatio supnorum vel vitioꝝ ꝛ demonioꝝ [quesierũt animã meaȝ] vt me perderẽt ꝛ occiderẽt [ꝛ nõ pposuerunt te in cõspectu suo] vt timore tuo retraherẽtur a malo. i. nõ habuerũt deũ pre oculis: sed tñ sequebantur impetum voluntatis. Si enim deuȝ attenderent nec filium dei iudei: nec sanctos ipsius persequerentur inimici. Ipsi ita

14 Et tu dñe deus miserator ꝛ misericors: † patiens ꝛ multe misericordie ꝛ verax.

Et tu dñe deus miserator] in actu ꝛ exhibitione: qꝛ miam actualiter exhibes [ꝛ misericors] in nã qꝛ eam nãliter possides [patiens] diu ꝛ longanimiter peccatores expectãs ꝛ peccata hominũ ad penitẽtiã dissimulãs [ꝛ multe misericordie] erga cõuersos multiplicia bona eis prestando: qꝛ penitẽtibꝰ dat gratiam ꝛ perseuerãtibus gloriaȝ [ꝛ verax] promissa implendo ꝛ vnũquẽqȝ iuxta merita remunerando.

15 Respice in me ꝛ miserere mei: da † iperium tuuȝ puero tuo: ꝛ saluum fac filium ancille tue.

Respice in me] oculo misericordie [ꝛ miserere mei] tribulationi tante expositi [da imperiũ tuũ] i. potestatẽ iudicãdi vel fortitudinẽ ꝛ potestatẽ superandi inimicos [puero tuo] innocẽti ꝛ tibi obediẽti: vel [puero tuo] idest seruo prout sepe accipitꝰ in euangelio [ꝛ saluum fac] a morte vel ab inimicis [filiuȝ ancille tue] i. Marie q̃ se ancillã dixit. Uel [ancille tue] i. ecclesie que per gratiam baptismi nos genuit.

16 Fac mecum signum in † bono vt videant qui oderunt me ꝛ confundantur: quoniam tu domine adiuuisti me ꝛ consolatus es me.

Fac mecũ signũ] scȝ resurrectionis. s. signũ Jone prophete vel signum de plena victoria contra inimicos [in bono] i. vt aliqs prosit vt spes credẽtium confirmetur vel per hoc boni cõfortẽtur: ꝛ ideo fac [vt videant qui oderunt me] i. inimici mei: hoc signũ scȝ [quoniã tu dñe adiuuisti me] in certamine ꝛ in his que feci [ꝛ consolatus es me] in tribulatione ꝛ in his que passus sum ab eis: hoc videãt [ꝛ cõfundantur] i. erubescant modo se errasse. Uel [cõfundãtur] in iudicio perniciose q modo nolunt cõfundi salubriter. Hoc debet rogare peccator vt dominus faciat ei signũ in bonũ: signũ scȝ vere penitentis dando ei verã cõtritionẽ: pronam ꝛ humileȝ cõfessionem: ꝛ condignam satisfactionem. Oratio.

Letifica dñe vultuȝ familie tue ꝛ erue aias nr̃as ex inferno iferiori: vt tui vultus cõtẽplatione protecti desideria carnis spũali dñatiõe calcemus. Per do.

Psalmus de ecclesie militantis fastigio ꝛ dilatatione ac de ecclesie triũphãtis preconio eiusqȝ iugi leticia ꝛ laude. Psal. LXXXVI.

Fundamẽta eius in montibus sanctis: diligit dominus portas syon sup omnia tabernacula iacob.

Auctor psalmi ppheta dauid. ¶ Titulus est filijs chore ps cantici. Et est sensus ps iste qui dꝛ ps: qꝛ agit de ecclesia scḋm statũ p̃ntẽȝ vbi agit opera cantici: qꝛ agit de eadẽ scḋm statum futurꝝ vbi exultat: pponitꝰ filijs chore vt habitẽt in syon: hic per sideȝ ꝛ in futuro per spẽm: pars cuius in celo triũphat pars in terra militat. ¶ Materia. Cõmẽdatio ecclesie militãtis ꝛ triũphãtis sub typo ciuitatis. ¶ Intẽtio. Monere habitãtes in ecclesia militante: ꝛ adhuc peregrinãtes ad amorẽ ꝛ desideriũ ecclesie triumphantis. s. gloriose ciuitatis Hierusalem celestis. ¶ Snia in gñali. Propheta in isto psalmo qui breuis est numero verboꝝ ꝛ magnus põdere sentẽtiaꝝ cõmendat ecclesiam scḋm p̃ntẽȝ statũ ꝛ futurũ: ꝛ multa secũ voluẽs deũ amare ꝛ desiderio celestis hierusalẽ qḋ cogitabat secuȝ pꝛulit in aures hoium ꝛ p̃dicat eã filijs chore. i. christi imitatoribus vt eis augeatꝰ affectus: p passionẽ eniȝ chri de qua in precedenti psalmo dixerat: data est spes credẽtibꝰ redeũdi ad celestem hierlm: ideo nunc agit de ea vt nos iducat ad eiꝰ amorẽ. ¶ Sentẽtia in spãli. Propheta q̃ plenus spiritu multa voluẽs apud se de hac ciuitate in hoc prorupit [Fundamenta eius] s. syon ciuitatis spũalis. i. ecclesie sancte: nõ referꝰ eius ad aliqḋ premissum: sed ad cordis pphete meditationẽ qui nunq̃ de illa corde tacuerat: et si ore [in mõtibꝰ sanctis] sunt. i. in pphetis ꝛ apostolis: qꝛ ibi p̃mũ posita est fides ecclesie qui mõtes sunt pp fidei sublimitatẽ: sancti propter vite puritatẽ: quoꝝ fide: doctrina ꝛ exẽplis ecclesia est fundata. Unũ est fundamẽtũ ecclesie p̃ter qḋ nõ est aliud ponere qḋ est chr̃s Jesus: q sicut dꝛ sanctus sanctoꝝ: sic solus est fundamẽtũ fundamẽtoꝝ qḋ nemo mutare põt: sed alij ab ipso fundamẽta dicuntꝰ: sicut ꝛ ipse est mons in vertice mõtiũ ꝛ ab eo alij mõtes appellantur. Ecce prior laus a fundamẽtis vt soliditas notetur ciuitatis. Et q̃si quis quereret cuiꝰ eius fundamẽta dicis ait syon. Unde subdit: ꝛ [diligit dñs portas syon] i. sacramẽta militãtis ecclesie p que fit ingressus in eam [sup oia tabernacula iacob] i. imaginaria sacramẽta veteris populi. q. d. plus diligit ꝛ approbat ecclesiam q̃ȝ synagogam: figuratum q̃ȝ figurataȝ ciuitatem spiritualem super illa que presignabat eam. Deinde sequitur laus de fama.

Gloriosa dicta sunt de te: ciuitas dei.

Gloriosa] i. famosa [dicta] ꝛ p̃dicta [sunt de te] in psalmis ꝛ pphetis: o [ciuitas dei] spũalis. s. ecclesia que de illa figurali ciuitate que occidit nõ sunt dicta. Deinde dñs ipse de eadem hierlm agit ꝛ ostendit que sunt illa gloriosa que p̃dixerat de ecclesia: lȝ eniȝ ecclesia originẽ sumpserit in hierlm ꝛ monte syon: tñ p predicationẽ apostoloꝝ ꝛ publicationẽ euangelij multiplicatus est numerus fideliuȝ per orbẽ: vnde Gloriosa facta est ecclesia. q. d. gloriosa dicta sunt de te ciuitas sancta: vbi nõ solus est iudeus sed omnes gentes quarum quedam nominate sunt: vt intelligantur omnes. Ego enim.

Memor ero raab ꝛ babylonis: † scientium me.

Memor ero] ad miserẽduȝ in illa ciuitate inqt pphetа ex psona dei [raab ꝛ babylonis] que nõ p̃tinẽt ad pplm iudeorũ. i. oium gẽtiũ per partẽ itelligẽdo totũ [sciẽtiũ me] p fidẽ idest apostolis de illis recipiẽdis p̃cipiam vbi de vocatione gentiũ dꝛ que p raab ꝛ babylonẽ significantꝰ. Raab quippe superbia vel latitudo. Babylon xo ɔfusio iterpretatꝰ ꝛ gẽtes superbe p latã viam mortis icedũt ac cõfuse ꝛ indiscrete viuunt. Raab meretrix. Babylon xo deo semper aduersa fuit. Si quis ergo raab vel babylon est nihil desperet quinimo det

operam vt deū recognoscat:est enim memor scientium se. Raab fuisti:adulter & fornicator plenus immunditia: plenus superbia:tenēs latā viam que ducit ad inferos recordare dñi dei tui & ipse recordabit & miserebit tui. Babylon eras confuse & inordinate viuebas vitiis peccatisq; cōfusus habeas rationē & tui recordabit deus. Sed iā de vocatiōe gentiū aptius subiungit ostēdens qd per raab & babylonē significauit.d.

4 †Ecce alienigene & tyrus & populus ethyopum: hi fuerunt †illic.

etenim *hi*

¶ Ecce alienigene].i.alieni a cultu dei.s.gētes[& tyrus]qd interpretat angustia tribulatio.i.illi q sunt in angustia & tribulatiōe vitior[& populus ethyopū].i.peccatis denigrati[hi] oēs immutati[fuerūt illic].i.in illa ciuitate dei.s.ecclesia q est ciuitas dei spūalis. Et qd gloriosius:qd iocundius:quid delectabilius: Sunt eniz in ecclesia nō solū iudei & indigene:verūetiā alienigene tyri ethyopes.q.d. Qui ante tales erant postea inuenti sunt in ecclesia:nō est eniz psonarū acceptio apud deū q tales vocat. Gloriosa g dicta sunt de ciuitate illa:& hoc etiā miraculū qd sequit accidit in ea. Unde subiungitur.

mr. 5 †Nunquid syon dicet homo: & homo natus est in ea: & ipse fundauit eam altissimus:

¶ Nunqd]ipsi[syon].i.ecclesie dicet & enunciabit[hō]aliqs illud qd dicā scz qr[& homo]chūs[natus est in ea].i.in ecclesia per syon significata:qr de beata Uirgine que est nobilissimum mēbrū in ea[& ipse]idē qui in ea natus est vt hō[fundauit eā]scz ecclesiā[altissimus].i.sm qr deus nō vt homo. Ac si diceret quis hoium ei enunciare & enarrare poterit:vel sufficit qr in ea natus sit talis qui & hō sit & altissimus & eā in qua natus est fundauit. Sic eniz fundauit ciuitatē chūs i qua nasceretur:quō creauit matrē de qua nasceretur. Certe h miraculum nō poterit aliqs hoium elucidare:sed tamen non sit alicui incredibile:scimus enim ita esse:quia

narrauit. 6 Dominus †narrabit in scripturis populorum: & principum: horum qui †fuerunt in ea.

facti sunt.

¶ Dñs narrabit]hoc[in scripturis populorū].i.que directe sunt fidelib⁹ populis[& principū].i.que edicte sunt a principibus.s.Moyse & pphetis apostolis & euāgelistis populorū & principū dico[hor qui fuerunt in ea]scz ciuitate.i.ecclesia & mēbra eius populi sunt in ecclesia sm obediētiā:pncipes p prelationē in quor scripturis pphetizata & expressa est incarnatio nostri saluatoris. Igitur collatis omnibus gaudiis que de ciuitate dei dicta sunt concludit paucis verbis tangens futuram eius beatitudinem & dicens.

tāq̃ iocundatorum habitatio oīuz in te. 7 †Sicut letantium omnium: habitatio est in te.

¶ Sicut letantiū oīum]nostrū erit[habitatio in te]celesti dei ciuitate.i.habitatio oīum nostrū erit in te sicut letantiū.q.d. talis est status ecclesie triūphātis qr oīum ibi habitantiū est letitia & laus iugis ac ppetua:qr totū negociū nostrū nō erit nisi frui deo & laudare deū. Ideo aūt dicit sicut letātiū & nō simpliciter letantiū:qr talis erit letitia qualem hic non nouimus:& ideo cū nō possit exprimi vocibus dicit vt potuit:vel pōt hoc itelligi de ecclesia militante. Et tūc dicit sicut letantium in spe cōparatiōe eius letitie que erit in re/erit habitatio in te p fidem:qm in psenti seculo non est certa & perfecta letitia:nulla perfecta victoria:nulla securitas:sed omnia pendent in ambiguitate:& ideo nunc omnis letitia debet esse mista cum timore.

Oratio.

Fundamētū fidei nostre deus q in mētib⁹ sanctis tanq in excelsis montib⁹ eternitatis portas iustitia muniente cōponis:cōcede nobis in te gloriose credere:teq; ad redemptionem animarum nostrarū hoiem factum predicabiliter cōfiteri. Per dominum.

¶ Psalmus de christi & suor mēbror passione inimicorūq; cōtēptu & amicor elōgatiōe:ac deuota diuini auxilij iploratiōe. Psal.LXXXVII.

Domine deus salutis mee: in die clamaui & nocte coram te. 1

Auctor psalmi ppheta dauid. ¶ Titulus est canticū psalmi &c. Et est sensus canticū:istud qd dicit canticū qr letus finis passionis hic ostēdit psalmū:qr agit de bona opatiōe:cantat filijs chore.i.chri vel crucis seu passionis.s.fidelib⁹ dirigens eos in finē celestiū corona. Canit aūt ad ridendū chro.i.vt ipsi respōdeāt imitando vestigia passionis eius vel gratias referēdo & hoc faciāt pro melech.i.in melech:scilz in choro & cōcordia charitatis sine qua nō pdest. Melech enim interpretat chorus:chorus aūt cōcordiā significat que in charitate cōsistit:& hic est intellectus eman israelite.i.illor qui sunt fratres chri in cruce eius gloriātes & deū vidētes. Quia g vt supra dictū est p passionē chri venitur ad celestē hierusalē: nunc hic ostēdit quō hoc fiat:qr imitatiōe vel gratiar actione & hoc in charitate:qr si absq; ea tradidero corp⁹ meū:ita vt ardeā nihil mihi pdest. ¶ Materia. Passio chri & membror suor ipsi ridentiū. ¶ Intētio. Monere christi passionem imitari:& vnūquēq; q dicit se in chro manere sicut chūs ambulauit & ipsū ambulare. ¶ Snia in gnali. Propheta in isto psalmo in psona christi loquit de sua ac mēbror suorū fideliū passione:inimicor cōtēptu:amicorūq; & notor elongatione petēs auxiliū a patre. ¶ Snia in spāli. In forma ergo serui orans ad patrē ait. O[domine]cuius me seruū facio [deus]cuius creaturā me reputo[salutis mee]auctor qa totum est ab eo[in die & nocte].i.cōtinue & assidue vel in psperis & aduersis[clamaui]magis corde q voce[corā te].i.ad te orando & te inuocādo. Orauit dñs nō sm formā dei sed sm formā serui in qua passus est. Et qr clamo quotidie ideo.

Melech qd interpretatur.

Intret in conspectu tuo oratio mea: inclina aurem tuam ad precem meam. 2

¶ Intret in cōspectu tuo oratio mea]tanq nuntius gratus.i. admitte eā. Ingressus eniz oīonis in cōspectu dei acceptatio eius est[inclina aurē tuā ad precē meā]cōcedēdo qd peto. Inclinatio eniz auris dei misericors exauditio eius est. Magna virtus pure orationis hic ostēdit:que quasi quedā psona & fidelis nuntius ad deū intrat & mādatū peragit quo caro puenire nequit. Et est quasi auicula volans vsq; ad pedes dei.si tamen sit alata duabus alis:scilz ieiunio: abstinentia & sanctimonia vite. Necesse est autem vt exaudias.

†Quia repleta est malis anima mea: & vita mea in inferno †appropinquabit. 3

†qui †appropinquauit.

¶ Quia aīa mea repleta est malis]nō vitijs & peccatis:sed doloribus & angustijs qbus aīa carni cōpatit:est eniz malū qd facimus & malū qd patimur:& istiū est repleta qr[& vita mea in iferno appropinquabit]cum tradar ad mortē:hāc sniam verbis alijs explicauit vbi dictū est. Tristis est anima mea vsq; ad mortē:qd eniz ibi ait tristis est anima mea hic dictū est repleta est malis anima mea:qd sequitur vsq; ad mortē: hic dicitur & vita mea inferno appropinquabit. Et nō solum grauia passus sum:sed etiam contumeliosa:quia

Math. 26.d.

†Estimatus sum cū descēdētib⁹ in lacū: fact⁹ sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. 4

†deputatus.

¶ Estimatus sum]ab impijs & vtiq; a nesciētibus[cū descendētib⁹ in lacū]miserie vel pfunditatis iferni: putabāt eniz eū sic necessitate mori vt moriunt hoies ceteri[factus sum]opinione malor & reputatus ab eis[sicut hō]simplex[sine adiutorio]diuino cui nō est adiutor:ad liberandū ego chūs[iter mortuos liber]nō detentus isolubili vinculo mortis:q;

tis:qꝛ resurrexiq̄ potui aīaȝ meā ponere ⁊ resumere:⁊ ēt[inter mortuos]corā deo.i.iter ptōres[liber].i.solus sine peccato:imo liberās alios a morte ⁊ peccato. Itē estimat⁹ sum.

nisi 5 † sepulchro. † memini adhuc. † ex repulsi sunt.

5 † Sicut vulnerati dormiētes in † sepulchris quorum non † es memor amplius: ⁊ ipsi † de manu tua repulsi sunt.

¶ Sicut vulnerati].i. vulnere occisi ⁊ mortui[dormientes in sepulchris].i.sepulti[quoꝝ nō es memor amplius].i.adhuc vt inde eos resuscites.i.quoꝝ tēpus resurgēdi nōdum venit: in quo chr̄s a ceteris mortuis discernit̄ q̄ ⁊ vulneratus ⁊ mortuus in sepulchro clausus fuit:sed die tertia euigilans resurrexit[⁊ ipsi]quib⁹ ita factus sum[de manu]⁊ a ꝓtectiōe[tua] o deus[repulsi sunt].i.adiutorio manus tue priuati sunt qui me sine dei adiutorio eē putauerūt:hoc modo manifeste patet in iudeis ꝓtectione ⁊ adiutorio dei destitutis

6 Posuerunt me in lacu inferiori: in tenebrosis ⁊ in vmbra mortis.

¶ Posuerūt me]sua reputatiōe ⁊ opīone[in lacu īferiori].i. in lacu inferni ⁊ ꝓfunditate irremeabili cū peccatorib⁹ obnoxijs.s.[in tenebrosis].i.in tenebris obliuionis quē.s.nemo requireret[⁊ in vmbra mortis].i.in angustijs īfernalibus in q̄bus mors sola dominabatur. vnde alibi scribitur. Qui sedebant in tenebris ⁊ in vmbra mortis lux orta est eis. Et eadeȝ eorum reputatione ⁊ opinione.

Isa.9.

† in me cōfirmata est indignatio tua. † ira tua † cōflatiōnes tuas vel aliꝗ suspēsiones.

7 † Super me confirmatus est † furor tuus: ⁊ omnes † fluctus tuos induxisti super me.

¶ Sup]⁊ cōtra[me ꝯfirmatus]⁊ īplacabilis visus[est furor tuus]o deus.i.ira ⁊ idignatio tua vt illi putauerūt. Apud eos enim sic erat ꝙ furor dei nō solū cōmotus:verūetiā ꝯfirmatus fuerit sup euȝ quē vsqȝ ad mortē crucis ꝑducere potuerunt. Bene ergo sequit̄[⁊ oēs fluctus tuos].i.tribulationū ⁊ passionū ipetus ⁊ tēpestates[induxisti sup me]vt me tanq̄ mare submergerēt:cum enim ipsi immanitatem passionuȝ christo intulerunt: hoc voluisse ⁊ fecisse deum arbitrati sunt. Et tunc ad tumulum miserie

8 Longe fecisti notos meos a me: posuerūt me abominationem sibi.

¶ Lōge]loco vel mēte[fecisti].i.fieri ꝑmisisti[notos meos] qui me nouerāt ac ꝑdicationē meā audierant ⁊ miracula viderāt[a me]vt nullus ꝑberet auxiliū:qꝛ me relicto fugerunt [posuerūt me]ipsi noti[abominationeȝ sibi]qꝛ ⁊ ipsi genus illius mortis horrebāt: vel magis ipsi persecutores posuerūt eum abominabilem:qꝛ abominabili ⁊ turpissima morte disponebant eum occidere.

† infirmati sūt ab.

9 Traditus sum ⁊ non egrediebar: oculi mei † languerunt pre inopia.

¶ Traditus sum]a iuda discipulo[⁊ non egrediebar]ab eis fugiēdo. Uel[nō egrediebar].i.nō ꝓpalabar ⁊ māifestabar potētiaȝ meā ⁊ q̄s essem ostēdēdo:sed in iterioꝛib⁹ meis latebam. Unde[⁊ oculi mei].i.apostoli q̄ futuri erant oculi ⁊ lumen totius corporis mistici[languerūt]⁊ a spe tanq̄ īfirmati defecerūt cū me nō viderēt in virtute potētie manifestari: sed q̄si victū ⁊ ipotēteȝ oīa ꝑferre[pre inopia]⁊ pro defectu constantie ⁊ roboris fidei ⁊ amoris velut subtracto sibi cibo suo lumine suo. Quod significatur in extinctione luminuȝ in ecclesia in septimana penosa.

† exclamaui † extēdi.

10 † Clamaui ad te domine: tota die † expandi ad te manus meas.

¶ Clamaui]feruēter[ad te dn̄e]pater cū pēderē in cruce[tota die expādi ad te manus meas]extensus in ipsa cruce: vbi totū pro p̄te posuit:qꝛ nō tota die in cruce pepēdit. Uel[tota die]iugiter ⁊ assidue expādi.i.extēdi[ad te]glorificādū[manus meas].i.opera mea:qꝛ oīa opa sua ad volūtatē ⁊ gloriaȝ patris fecit ⁊ retulit:ꝑ extēsionē ꝯo manuū itelligit̄ cōtinuatio bonoꝝ operū a quoꝝ intētione nunq̄ cessauit. Et q̄a hec expāsio manuū ⁊ opera eius nō oībus ꝓfuerūt addit. Sed

11 Nunquid mortuis facies mirabilia: aut medici † suscitabunt ⁊ confitebuntur tibi?

† exsuscitabunt.

¶ Nunq̄d mortuis]scȝ corde ⁊ in aīa nō corpore[facies mirabilia]vt ad vitā fidei moueant̄.q.d.nō:q̄a nō mouētur ad fidē. Nō eis dicit fieri q̄bus ⁊ si fiant nō prosunt:vt quos ad vitā fidei ipsa miracula visa nō mouēt[aut medici]spūales [suscitabūt]tales mortuos ad gratiā[et]suscitati[ꝯfitebunt̄ tibi?]cōfessione laudis vel peccatoꝝ.q.d.nō possunt:qꝛ potestas eoꝝ nō extendit se ad tātū vt suscitent ad confitēdum tibi in quibus occulta gratia tua non operatur qua trahantur: sed sola gratia tales reuiuiscunt.

12 Nunquid † narrabit aliquis in sepulchro misericordiā tuam: ⁊ veritatē tuā in † perditionem?

† enarrabit quis. † perditione.

¶ Nunq̄d narrabit aliquis]positus[in sepulchro]peccati.i. mortuus in aīa ⁊ sepultus pōdere maloꝝ[mīam tuā]scȝ reparationē generis humani misericorditer ipēsam. Per sepulchrū mortue anime corp⁹ itelligit̄:qḋ in euāgelio sepulchro cōparat̄[⁊ veritatē tuā]scȝ cōpletionē ꝓmissoꝝ iam factaȝ narrabit aliq̄s positus[in ꝑditionē]al'.i.obstinatus.q.d.nō hi narrabūt ⁊ te laudabūt:qꝛ nō est speciosa laus in ore peccatoꝝ:sȝ viui ⁊ fideles:qꝛ rectos decet laudatio. Notāduȝ ꝙ mīaȝ ⁊ ꝟitatē amat scriptura ꝯiungere ⁊ maxie psalmi. Et

Psal.32.

13 Nunquid cognoscētur in tenebris mirabilia tua: ⁊ iustitia tua in terra † obliuionis?

† obliui.

¶ Nunq̄d cognoscent̄ in tenebris]⁊ filijs tenebrarū.i.in peccatorib⁹ ⁊ reprobis q̄ sunt tenebre ēt alios obtenebrātes[mirabilia tua]in me ⁊ ꝑ me facta[⁊ iustitia tua]qua iustificas impiū[in terra obliuionis].i.in terreno corde tui oblito: ⁊ a te obliuioni tradito.q.d.nō ipediēte hoc eoꝝ malitia. Idem itaqȝ sunt mortui ⁊ positi in sepulchro ⁊ ꝑditi ⁊ tenebre ⁊ terra obliuionis. Deinde chr̄s loquit̄ ex voce corporis sui.i.ecclesie.q.d.fuimus ⁊ nos olim nā filij ire sicut ⁊ ceteri. Sed

14 Et ego ad te domie clamaui: ⁊ mane oratio mea preueniet te.

¶ Et ego ad te dn̄e]non ad alium[clamaui]vt saluus essem. Quis eni me discernit ab alijs filijs ire q̄ nec credere potuissem nisi me mīa dn̄i preuenisset:⁊ iō sequit̄[⁊ mane].i.nunc in hac fidei ⁊ virtutū luce post nocteȝ īfidelitatis ⁊ vitioꝝ qḋ mane vt mihi eēt mīa tua me ꝑuenit[oīo mea]ꝑuenta a tua mīa adhuc ī ista vita[ꝑueniet te].i.futurū iudiciū ne tūc me cōdēnes. Ut aūt ista oīo feruescat ⁊ exerceat̄ crebrescūt mala trāsitoria:⁊ differt̄ bonū qḋ in eternū dabit̄. Ideo sequitur

15 Ut quid domine † repellis orationē meam: † auertis faciem tuam a me.

† repulisti. † auertisti.

¶ Ut q̄d dn̄e repellis].i.repellere videris[oīonē meā]differēdo dare qḋ peto. In q̄b⁹ verbis ꝓponit querēdā eē causaȝ q̄re oratio sanctoꝝ differt̄:⁊ q̄si repellit̄ q̄ est vt ipsius dilatione b̄nficij ⁊ tribulationum aduersitate q̄si repulsa tanq̄ ignis flatu repcussa ardētius inflāmet̄:⁊ vt q̄d[auertis faciē tuā a me]q̄si idignatus exponēdo me miserijs vel nō intendēdo ꝑcib⁹ meis. Auertere enim dicit̄ deus faciē nō dando quod volumus q̄n qḋ non expedit petimus. Deinde exequitur breuiter tribulationes corporis christi dicens.

16 † Pauper sum ego ⁊ in laborib⁹ a iuuētute mea: exaltatus aūt humiliatus sum ⁊ conturbatus.

† inopa.

¶ Paup sum ego]reb⁹ seculi[⁊ in laboribus a iuuētute mea]

Psal.118 vnde alibi. Sepe expugnauerũt me a iuuẽtute mea. Inops est ecclesia cuꝫ esurit ꝛ sitit adhuc pegrina vnde satiet̃ in patria ꝛ in laborib⁹ est a iuuentute sua: ex quo enim seruire deo cepit laborauit[exaltatus autẽ] ꝓsperis[humiliat⁹ sum]ad-uersis[ꝛ cõturbat⁹]dolẽs de eis: q꞉ frequẽter post ꝓspera occurrunt aduersa. Uel[exaltatus]prius timido corde[humiliatus sum]postea per cõfessionẽ[ꝛ cõturbatus]de peccatis ea dãnando: ad hoc exaltantur in seculo quedam mẽbra ecclesie vt in eis sit maior humilitas.

17 In me transierunt ire tue: ꝛ terrores tui conturbauerunt me.

In me trãsierũt ire tue].i. afflictiones p̃ntes q̃ sunt q̃si effectus ire affligẽtis sup ipm corp⁹ .i. vnitatẽ sanctoꝝ fidelium cui caput est chr̃s: trãseunt ire de: nõ aũt manẽt. flagellat .n. filios quos recipit: sꝫ ad correctionẽ nõ ad perẽptionẽ[ꝛ terrores tui]de tuis .s. afflictionib⁹ futuris[ꝯturbauerũt me].i. meã infirmitatẽ: q꞉ omne qđ accidere potest, etiã si non accidat prudenter timetur. Uel[terrores tui]de iudicio futuro quos ois caro timet[cõturbauerunt me]ꝛ terrent.

18 Circundederunt me sicut aqua tota die: circundederunt me simul.

Circũdederũt me]ipetus tribulationuꝫ vndiq꞉ vt mergerẽt[sicut aq̃]que irrũtem in eã tãgit circũfluit ꝛ cingit circunquaq꞉: ꝛ hoc[tota die].i. ꝯtinue ꝛ sine cessatione: vbi ꝯtinuatio opis signat̃ donec hoc sclm finiat̃: q꞉ nullo tpe desunt mala ecclesie in hoc mũdo pegrinãti dũ mõ in his mõ in illis mẽbris vsquequaq꞉ ꝯtingũt[circũdederũt me simul]in diuersis mẽbris: i quo notat̃ tribulationũ ipetus ꝛ eaꝝ aggrauatio ꝛ põdus. Sed hec oia fiunt vt oio ecclesie deũ ꝛ futuꝝ iudicium ꝓueniat donec illa salus veniat vbi nihil maloꝝ sit. Hec etiã p̃nt accipi in ꝑsona chr̃i ꝯm formã serui ita dicẽtis[Pauper sum ego]in habitu paupis[ꝛ in laboribus]satagẽs de salute hoiuꝫ[a iuuẽtute mea].i. a tpe icarnatiõis mee[exaltat⁹ aũt] in cruce[humiliat⁹ sum]in sepulchro[ꝛ cõturbat⁹]in passione[In me trãsierũt].i. nõ mãsure me ꝯtigerũt[ire tue]idest afflictiões q̃s tua volũtate nõ meo merito patior[ꝛ terrores tui]quos te volẽte patior[cõturbauerũt me]ꝯm ĩfirmitateꝫ carnis[Circundederũt me]inimici mei[tota die]scꝫ tẽpore passionis[circũdederũt me simul]principes ꝛ populi. Deinde sequit̃ ex persona capitis ꝛ mẽbrorum simul.

19 Elongasti a me amicum ꝛ proximum: ꝛ notos meos a miseria.

Elõgasti a me amicũ]pio ꝛ fideli amore ꝓus mihi ꝯiunctũ [ꝛ pximũ]parẽtela vel bñficus[ꝛ notos meos]q sola opione vel visiõe me didicerũt seu dilexerũt[a miseria].i. pp miseriã meã mihi nõ cõpatiẽtes: sꝫ oẽs me derelinquẽtes. Sepe eniꝫ amici ꝛ pximi ꝛ noti pdicãtes ꝯm seculũ sanctos formidine deserũt. q. d. ex oib⁹ ꝯcludẽdo ex quo nullus cõpatit̃ afflictionib⁹ meis decẽs est vt tu adiuuãdo cõpatiaris. Tibi enim derelictus est paup: orphano tu eris adiutor. Oro.

Redemptor oium ineffabilisq꞉ salutis nostre dator: qui pro nobis ĩferna penetrãs factus es inter mortuos liber: exaudi matutinã ꝓcẽ familie tue ꝛ erue nos ab inimici isidiãtis pessima fuitute. Qui viuis.

Psalmus de misericordia ꝛ veritate dei ac de mutatione veteris testamẽti ꝛ cõfirmatione noui: ꝛ de spe quã in chr̃o habemus ꝛ alijs dei beneficijs pluribus. Psal. LXXXVIII.

1 Misericordias † dñi: in eternũ cãtabo.

inuas dñe.

Auctor psalmi ꝓpheta dauid. ¶ Titulus est. Intellect⁹ ethan israelite. Et est sensus hic est itellect⁹ ethan .i. robusti: israelite .i. qui vere deũ videt. Ethan eniꝫ iterpretat̃ robustus: qđ nullus est nisi in spe ꝓmissionis dei: vnde hic agit̃ ꝑ quã nemo decipit̃ qđ verus israelita intelligit: vñ bene hic psal. post ꝓcedẽtẽ sequit̃: q꞉ rñdẽtib⁹ chr̃i passionis spes ꝓmissionis dei datur. ¶ Materia. Laus de mĩa ꝛ veritate dei: ac de mutatiõe veteris testi ꝛ ꝯfirmatiõe noui ꝛ de spe ꝓmissionis quã hẽmus in chr̃o: multisq꞉ alijs dei beneficijs exhibitis populo christiano. ¶ Intẽtio. Nos admonere vt deo gratias pro collata grã ꝛ veritate agamus: ꝛ vt spem nõ in nobis ꝛ nr̃a iustitia: sed in deo ꝛ chr̃i mĩa ponamus. ¶ Snia in gñali. Propheta in isto psalmo in ꝑsona ethã israelite seu ecclesie logt̃ de dei mĩa ꝛ ṽitate iustitia ꝛ potẽtia ac ꝓmissionib⁹ p̃tis de chr̃o factis ꝛ plurib⁹ alijs bñficijs nobis collatis. Erigamus ergo aios nr̃os: q꞉ ille qui ꝓmisit: ita cetera cõplecturus est vt multa cõpleuit. ¶ Snia in spãli. Propheta g̃ robustus nõ in se sed in mĩa dei ait[Misericordias dñi].i. multitudinẽ beneficioꝝ q̃ dñs pater ꝑ filiũ suũ ecclesie sue cõtulit. Pluralr dicit mĩas: q꞉ multe sunt mĩe grã: de qb⁹ tñ q̃tuor spãliter notemus .s. qꝛ sumus creati: qꝛ recreati ꝛ renati: qꝛ cõseruati: ꝛ qꝛ glorificãdi[in eternũ]nõ solũ in p̃nti cũ iustis: sed et̃ in futuro cũ angelis[cantabo].i. laudabo ꝛ iocunde annũtiabo. In quo ꝑcutiunt̃ illi q laudãt deuꝫ in tedio ꝛ accidia. Et statim mutãdo ꝑsonã ꝛ ꝯuertẽs sermonẽ ad deũ. dicit Similiter

Ethã robustus interpretat̃.

2 In generatione ꝛ generationem: annuntiabo veritatem tuam in ore meo.

In gnõne]p̃nti q̃ nunc est[ꝛ gnõnẽ]sequẽtẽ que futura est .i. in omni gnõne donec gñatio gnõni succedit. Uel[in generatione]iudeoꝝ[ꝛ gnõnẽ]gentiũ[annũtiabo veritatẽ tuã].i. tuaꝝ ꝓmissionũ ꝛ pceptoꝝ[in ore meo]in quo fit cõfessio ad salutẽ. Nõ ex ore labit̃: sed in ore diu tanq̃ dulce versat̃. Aliud est laudare in ore qđ est diu reuoluere ꝛ corde pertractare: aliud ex ore ꝛ nõ ex corde. Deinde ostendit quas misericordias cantet ꝛ quã veritatem annuntiet dicens

3 Quoniã dixisti in eternũ misericordia edificabitur: in celis preparabit̃ veritas tua † in eis.

fuoꝝ

Qm̃ dixisti].i. apud teipsum decreuisti ꝛ disposuisti: seu ꝑ spiritũsanctũ mihi manifestasti qꝛ[in eternũ]mãsura[mĩa] humano generi ipẽdẽda[edificabit̃]ꝛ prius firmabit̃[in celis].i. in aplis ꝛ sic[ꝑparabit̃]alijs[veritas tua].i. cõpletio tue ꝓmissionis[in eis].i. ꝑ eos celos vt ꝑ eos fiat nota hoib⁹: elegit eniꝫ eos dñs nõ suis meritis: sꝫ ꝑ suã miam vt prepararet eos ad annuntiandã veritatẽ suã: dixisti etiam hoc .s.

4 Disposui testm̃ electis meis: iuraui dauid seruo meo: vsq꞉ in eternũ preparabo semen tuum.

Disposui testm̃]scꝫ nouum quo renouamur ad nouã hereditatẽ[electis meis]scꝫ fidelib⁹ christianis[iuraui].i. imobiliter ꝛ tam certitudinaliter ꝓmisi sicut qđ iuramẽto firmat̃ [dauid seruo meo]ad lr̃am: illi regi: qꝛ[vsq꞉ in eternũ ꝑparabo semẽ tuum]qđ est semẽ habrae .i. chr̃m: vel[iuraui dauid seruo meo].i. chr̃o vsquequaq꞉ mihi obediẽti q ex genere dauid carnẽ assumpsit[vsq꞉ in eternum preparabo].i. stabiliã [semẽ tuum]scꝫ fideles in te credẽtes ꝛ tui imitatores. Deinde quod dixerat semen dicit sedem subdens

5 Et edificabo in generatione ꝛ gnõnẽ: sedeꝫ tuã.

Et edificabo in gnõne]mortaliũ[ꝛ gnõnẽ]imortalẽ .i. in oẽm gnõnẽ ꝛ in eternũ[sedẽ tuã]o dauid .i. regiã p̃tateꝫ ꝛ thronuꝫ regni tui in chr̃o semine tuo. Uel[Edificabo sedẽ tuã]o christe .i. ecclesiaꝫ cui ꝓsidebas: ꝛ in qua tanq̃ rex sedebis in eternũ vt nos regas q̃ omni tpe tibi edificat̃ ꝑ predicationẽ: baptismũ ꝛ pniam: ꝛ hec sedes erit in gnõne ꝛ gnõnem: q꞉ nunc sedet christus in nobis vt regat: sedebit ꝛ tũc in sanctis vt ꝑmaneat. Et quia sicut dixisti ꝛ promisisti ita fiet ideo.

6 Confitebunt̃ celi mirabilia tua domine: † etenim

tu

veritatem

veritatem tuam in ecclesia sanctorum.

¶ Cōfitebunt] i. laudabūt[celi] i. predicatores sancti[mirabilia tua] nō merita sua o[dñe] scʒ ꝙ ꝑ miam redimis qō iustificas. In omni eniʒ mia ꝑditoꝝ: in iustificatione ipioꝝ. qd laudamus nisi mirabilia dei laudās: qꝛ resurrexerūt mortui: plus lauda qa redēpti sunt perditi ⁊ iustificati impij[etenīʒ] cōfitebunt[veritatē tuam] i. impletionē ꝓmissionū ⁊ precepta tua[in ecclesia sanctorum] idest in cōuentu fidelium vbi fides adhibetur. Et merito confitebuntur.

7 **Quoniam quis in nubibus equabitur domino: † similis erit domino in filijs † dei.**

† ⁊ quos talia lisa vidit dei interrogatione.

¶ Quoniā quis in nubib⁹] i. ꝑdicatorib⁹ scʒ ꝓphetis apostolis ⁊ alijs annūtiatorib⁹ veritatis: ⁊ si potētes sint[equabit] in potētia[dño] scʒ chřo: ⁊ si ipse sit hō idest sunt celi ⁊ nubes scʒ ꝑdicatores: sed celi ꝑꝑ veritatis fulgorē: nubes ꝑꝑ predicationis imbrē: ⁊ qs[similis] in essentia[erit deo] i. chřo filio dei ꝑ nām[in filijs dei] ꝑ gratiā: scʒ multi sunt ⁊ in supis scilʒ angeli ⁊ in inferis: scilicet homines sancti: quasi dicat nullus sanctoꝝ vel angelorum erit similis vel equalis christo: ⁊ ergo nō putetur tm̄ homo. Ipse enim est

† glorificādus. † iustorū † in

8 **Deus † q glorificat in cōsilio † sanctoꝝ: magnus ⁊ terribilis † sup oēs qui in circuitu eius sunt.**

¶ Deus qui glorificat in cōsilio] i. ꝑ cōsiliū[sanctoꝝ] qꝛ eniʒ nubes ⁊ filij dei nō pñt dño similes eē vel equari cōsiliū eorum est credere in illū ⁊ in eo gloriari. Hoc eniʒ ꝯsiliū restat humane fragilitati vt q gloriat in dño glorietur: qui est[magnus] in potētia qꝛ dñs oīum[⁊ terribilis] in reuerētia qꝛ iudex oīum[super oēs qui in circuitu eius sunt] i. super angelos ⁊ hoīes qui sunt eius stipatores non pares qui eius dono ei proximant ⁊ adherēt. Et vere super omnes quia. O

9 **Domine deus virtutū quis similis tibi: potēs es domine ⁊ veritas tua in circuitu tuo.**

¶ Dñe deus virtutū] tam angelicaꝝ q̄ humanaꝝ[quis similis] est[tibi] potētia vel virtute. q. d. nullus: qꝛ[potēs] singulariter[es] tu[dñe] ex te: illi Ꝟo de te: qꝛ oia fecisti[⁊ veritas tua] i. ꝓmissionū tuaꝝ ⁊ ꝑceptoꝝ[in circuitu tuo] i. vndiqʒ ⁊ ex omni parte expāsa est sup oēs. Magna est potentia tua qua oia fecisti: sed plus est nobis mia tua q̄ exhibuit veritatē tuā vbiqʒ i oēs: q̄ veritas cū ibi cepit ꝑdicari, mare ⁊ h̄ sclm cepit fremere: sʒ nō est timēdū ꝑdicatoribus tuis: quia

10 **Tu dominaris potestati maris: motum autem fluctuum eius tu mitigas.**

¶ Tu dñaris potestati maris] i. ꝑtātib⁹ seculi huius ⁊ dñs es potētiū eius[motū aūt fluctuū eius] i. ipetus ꝑsecutionum ⁊ tentationū quas cōmouent seruis tuis[tu mitigas] i. tēperas ⁊ iuxta voluntatē tuā disponis vt nō seuiāt nisi quātū velis: nec sinis nos tētari supra id qō possumus pati: nō penit⁹ tollis vt mereat quis coronam. Quādoqʒ enim tribulatio quasi meritū nostruʒ nobis datur: qꝛ per eā meliores efficimur: vt autē rabies maris eneruaretur.

† et

11 **Tu humiliasti sicut vulneratū supbum: † in brachio virtutis tue dispersisti inimicos tuos.**

¶ Tu humiliasti] i. deiecisti[sicut vulneratū] nondū ex toto mortuū[supbū] singulariter. i. tentatorē diabolū hui⁹ maris ꝑncipem ⁊ dñm q humiliat⁹ est ⁊ ꝓstratus ac debilitatus: sed nō correctus: vulnerat⁹ nō qdē in carne quā nō habebat: sed percussus in corde vbi supbiebat: vulneratus est in ꝑmo aduētu: sed in scdo occidet[in brachio virtutis tue] i. in fortitudine diuinitatis tue[dispersisti inimicos tuos] satellites ei⁹ non solum luciferum: sed ⁊ alios cum capite vel iudeos per mundum. Nec mirum ꝙ talia fecisti: quia

† terraꝝ

12 **Tui sunt celi ⁊ tua est terra: orbē † terre ⁊ plenitudinē ei⁹ tu fundasti: aquilonē ⁊ † mare tu creasti.**

† maria

¶ Tui sunt celi ⁊ tua est terra: orbē terre ⁊ plenitudineʒ eius tu fundasti] q. d. ideo potes facere ꝑdicta ⁊ maiora: qꝛ tuus est ambitus mūdi ⁊ oēs creature que in eo sunt[aquilonē] i. diabolū[⁊ mare] i. seculū[tu creasti] stulte ergo se erigūt cōtra eū a quo creati sunt. Uel[Tui sunt celi] i. ꝑdicatores qui pluunt alijs veritatē[⁊ tua est terra] i. hoīes suscipiētes imbrē. hac aūt pluuia[tu fundasti] ⁊ firmasti in fide[orbeʒ terre] i. totā ecclesiā ꝑ orbē diffusam[⁊ plenitudinē eius] i. eos qbus quotidie implet[aquilonē] i. diabolū aquiloni ꝑsidentem[⁊ mare] i. amaros quibus purgatur ecclesia[tu creasti] in flagellum vt electi plus mereantur. Et inde

13 **Thabor ⁊ hermon in nomine tuo exultabūt: tuū brachium cum potentia.**

Thabor qd interpretatur.

¶ Thabor ⁊ hermō] i. illi ad quos a te lumē gratie venit ⁊ q lumine veniēte a te illuminati anathema dant diabolo. Thabor eniʒ iterpretat veniēs lumē ⁊ huiꝰ anathema eius. s. diaboli[exultabūt] nō in meritis suis sed[in noīe tuo] quo christiani vocant vt nō sibi sʒ noī tuo dent gloriā. Uel[thabor] idest iudei ad quos ꝑmū venit lumē ꝑdicationis[⁊ hermō] i. gētes anathema. i. aliene a te[in noīe tuo exultabūt] cōiuncti in angulari lapide duob⁹ parietib⁹. Et hec oia fecisti[qꝛ tuum brachiū] quo fecisti semꝑ est[cum potentia] ⁊ fortitudine: ⁊ cum qua vis operaris efficacia: ⁊ semper

14 **† Firmetur manus tua ⁊ exaltetur dextera tua: iustitia ⁊ iudicium preparatio sedis tue.**

† scō firmet.

¶ Firmetur manus tua] i. opatio tua cōtra supbos vt humilient[⁊ exaltetur] in virtutib⁹[dextera tua] i. ecclesia ad dexterā collocāda: ⁊ numerus coꝝ qui in dextera sunt locandi clarificet ⁊ augeatur. In fine aūt erit[iustitia ⁊ iudiciū preparatio sedis tue] i. sedes tua erit in iudicio parata ad faciendum iustitiā ⁊ iudiciū. i. ad iuste iudicādū. Qui ēt iustitiaʒ sequit ⁊ seipm iudicat, h̄ sedē dño in aīa ꝑparat: qꝛ aīa iusti sedes est dei: ⁊ h̄ in dextera ponet die iudicij: nūc aūt iterū

15 **Misericordia ⁊ veritas † precedent faciem tuā: beatus populus † qui scit iubilationem.**

† preeunt. † sciens.

¶ Misericordia] qua deles peccata[⁊ veritas] qua iples ꝓmissa[precedēt faciē tuam] i. facie tui post iudicaturi vt nō timeant futura iudicia ⁊[beatus] est[populus] scʒ fidelis[q scit] i. sentit ⁊ experitur[iubilationē] i. qui scit ieffabiliter gaudere tantis beneficijs. Tātū enim de misericordia ⁊ veritate dñi debemus gaudere vt magnitudinē gaudij nō valeamus explicare: ⁊ hec est iubilatio. Jubilus eniʒ est gaudiū qō verbis nō ꝑt explicari: nec tñ penitus reticeri. Unde nō dixit qui loquitur sed q scit: qꝛ sciri iubilatio pōt, verbis explicari nō pōt. Uel[misericordia ⁊ veritas] in hoīb⁹[precedēt faciē tuā] ia simili precursoris hospitiū dño preparātis: vt qui tuaʒ faciē videre desiderat misericordiā ⁊ veritatē ꝑhabeat[⁊ beatus populus q scit iubilationē] qui suam letitiam non in sua sed in dei virtute ponit: hoc autē totū est de gratia dei non de homine. Unde sequitur.

16 **Domine in lumine vultus tui ambulabunt: ⁊ in nomine tuo exultabunt tota die: ⁊ in iusticia tua exaltabuntur.**

¶ Domine in lumine vultus tui] i. in agnitione fidei ⁊ illuminatione spiritussancti[ambulabūt] hoīes de virtute in virtutem ⁊ ꝓficient vel in cōtemplatione trinitatis hic ⁊ in futuro ꝑseuerabūt[⁊ in noīe tuo] scʒ christiano nō in se[exultabunt tota die] i. assidue nō desistendo: q autē in se exultat nō tota die exultat qa cadit: ⁊ qn̄ quos illuminat etiā iustificat: sublimatur[⁊ in iustitia tua] non sua non suam querētes statuere qua deprimerentur: sed tuam qua iustus qui est ex fide viuit

[exaltabuntur] hic in meritis ⁊ in futuro in premiis.

17 **Quoniam gloria virtutis eorum tu es: ⁊ in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum.**

Quoniã gloria virtutis eorũ tu es [nõ eniz de virtutib⁹ suis in seipsis sed in te gloriant̃ ⁊ de bonis operib⁹ nihil sibi attribuunt: sed totũ ad tuã laudẽ referũt. Et mutãs psonã dicit ex psona populi seu ecclesie ad deuz [⁊ in beneplacito tuo] i. in gratuita mĩa tua: ⁊ qꝛ tibi bñplacuit: non qꝛ nos digni simus [exaltabit̃ cornu nostrum] i. sublevabitur fortitudo ⁊ potestas nostra. Sicut enim nobis beneplacita fuerũt pcepta tua ita tibi beneplacitũ est vt in te exaltetur virtus nostra.

18 † **Quia domini est † assumptio nostra: ⁊ sancti israel regis nostri.**

Quia dñi est assumptio [ad ptegẽdum nos ne a cuiuslibet ipulsu corruamus: ipse eniz nos suscepit q nos illuminauit ⁊ iustificauit [⁊ sancti israel] i. dei israel q est sanct⁹ sctõꝝ ⁊ sanctificat credẽtes [regis nr̃i] q regnat in ecclesia ac regit nos ⁊ oĩa. Uel [in bñplacito] filio [tuo] i. chrĩo qui tibi beneplacuit [exaltabit̃ cornu nr̃m] i. virt⁹ ⁊ potestas nr̃a: ideo aũt in ipso ⁊ p ipm [Quia dñi] scilz filij tui est [assumptio nr̃a] i. carnis nostre quã assumpsit i quo est oĩs spes nostra [⁊ sancti israel regis nostri] i. sanctificãtis ⁊ regẽtis credẽtes. Deinde ostendit vñ scit hec pdicta ponẽdo pmissiões pr̃is de chrĩo dicẽs.

19 **Tunc locutus es in † visione sanctis tuis: ⁊ dixisti posui adiutorium † in potente: † ⁊ exaltaui electum de † plebe mea.**

Tunc [scz qñ dixisti mihi disposui testamẽtũ [locutus es] ⁊ alijs [sanctis tuis] scz ceteris pphetis [in visione] i. in occulta reuelatiõe quã fecisti eis. Unde pphete .i. vidẽtes sunt dicti [⁊ dixisti] i. p spiritũsanctũ eis reuelasti. Uel [dixisti] palaz p eos [posui adiutoriũ] liberationis ⁊ redẽptionis humani generis [in potẽte] i. in chrĩo pprio filio qui oĩa põt [⁊ exaltaui] sup omne nomẽ [electũ] scz chrĩm imunẽ a peccato natum [de plebe mea] iudaica exponẽdo quis fuerit iste potẽs ⁊ electus: ⁊ quomodo cum exaltauerit subiungit

20 **Inueni dauid seruum meum: † oleo sancto meo vnxi eum.**

Inueni dauid [significatũ .i. chrĩstũ de semine dauid natum ⁊ manu fortẽ. Inuenit eum qꝛ elegit vt ex eius genere carnẽ assumeret [seruũ meũ] pro parte carnis: qꝛ formã serui accepit vel per obediẽtiã ⁊ p oĩa mihi obediẽtez: ⁊ ideo in eo posui adiutoriũ ⁊ [oleo sancto meo] spirituali scilicet gratia spiritussancti [vnxi eum] ab instanti conceptionis sm q homo pre participibus suis. Ideo autem potens

21 **Manus enim mea auxiliabitur ei: ⁊ brachium meum confirmabit eum.**

Manus eniz mea auxiliabit̃ ei] i. diuinitas humanitati cõiuncta: ⁊ verbũ meũ per qđ ego operor oĩa cooperabit̃ ei: ⁊ cõsolabit̃ sm q hõ in operib⁹ ⁊ passionib⁹ [⁊ brachiũ meũ] idest eadẽ diuinitas que est fortitudo mea p quã potẽter aduersarios meos visibiles ⁊ inuisibiles deuinco [cõfirmabit] ⁊ cõfortabit eũ in assumpto corpe ꝯ aduersa vt pagat incepta ⁊ nullatenus ab aduersarijs supet̃. Et eo vsqz cõfirmabit q

22 † **Nihil proficiet inimicus in eo: ⁊ filius iniquitatis non apponet nocere ei.**

Nihil pficiet inimicus] i. diabolus [in eo tentando vel seuiẽdo: qꝛ in eo nõ hz quicquã [⁊ filius iniqtatis] scz iudas: vel ille iudaicus populus filius diaboli [nõ apponet nocere ei] i. nõ addet ad effectũ praue voluntati vt noceat: ⁊ si seuiat qꝛ oĩa in prosperũ cedunt. Nã etsi chrĩstũ occiderũt: nõ tñ nocuerũt: imo ad salutẽ quã ipse nobis per mortẽ suã dare disposuerat pfuerunt: hoc etiã sm membra dici potest: qꝛ diabolus vel persecutor seuit quidem ⁊ facit quod suum est: sed non proficit neqz nocet: imo exercet ⁊ prodest.

23 **Et cõcidã a facie † ipsius inimicos eius: ⁊ † odiẽtes eum in fugam conuertam.**

Et cõcidam [ac cõminuã [a facie ipsius inimicos eius] scz iudeos ⁊ demones q sepe a dño cõfusi tanq̃ pcisi gladijs discedebãt a cõspectu eius [⁊ odiẽtes eos in fugã cõuertã] qꝛ ⁊ ipsi corã eo sepe fugiebãt. Uel [cõcidaz a facie ipsius inimicos eius] cũ enim facies eius pctõres respicit a criminib⁹ separant̃ qbus nõ est locus sub pñtia dei [⁊ odiẽtes eũ in fugã cõuertã] vt fugiãt ab ipso irato ad ipm placatũ: nõ habentes quo a spiritu suo eant ⁊ quo a facie sua fugiant.

24 **Et veritas mea ⁊ misericordia mea cuz ipso: † ⁊ in nomine meo exaltabitur cornu eius.**

Et veritas mea [qua cõplet pmissa [⁊ mĩa mea] qua remittit peccata [cũ ipso] erit [⁊ in noĩe meo] qđ est deus [exaltabitur cornu eius] i. potestas ⁊ dominiũ: qꝛ in noĩe dñi vicit inimicũ ⁊ vbiqz dñat̃. Sepe mĩa ⁊ veritas nobis cõmẽdantur vt ea reddamus deo mĩaz vt miseroꝝ misereamur: veritatẽ vt nõ inique iudicemus: nec altera alteraz ipediat vt in mĩa nimis lati: vel in veritate nimis rigidi nõ simus: aliter enim nõ sumus in via dei vbi mĩa ⁊ veritas occurrunt sibi.

25 **Et ponam in mari manuz eius: ⁊ in fluminibus dexteram eius.**

Et ponã in mari] i. in gentib⁹ [manum eius] i. potẽtiã eius hoc est dñabit̃ gentib⁹ p mare designatis vel opa eius ostendam in mundo [⁊ in fluminib⁹] ponã [dexterã] i. fortitudinẽ [eius] hoc est subdã ẽt ei cupidos: qꝛ sicut flumina in mare: ita cupidi in amaritudines huius seculi plabunt̃: ⁊ tamẽ hi ad fidẽ christi cõuertẽtur ⁊ christo subijciẽtur. Uel [in fluminibus] i. in aquis baptismi ponam [dexteram eius] idest operationem. Et hoc ideo quia

26 **Ipse inuocabit me pater meus es tu: deus meus ⁊ susceptor salutis mee.**

Ipse inuocabit me] dicẽdo mihi [pr̃ meus es tu] sm q ego deus: hoc qđẽ ⁊ alij dicũt sed p gratiã: ipse ꝯo spãliter dicit p naturã: ⁊ [de⁹ meus] es tu sm q ego sum hõ [⁊ susceptor salutis mee] per verbũ .i. susceptor mei ad salutez sm quod sum infirmus: qꝛ es auctor salutis mei infirmi

27 **Et ego primogenitum ponam † illum: excelsum † pre regibus terre.**

Et ego pmogenitũ] i. venerabilẽ ⁊ digniorẽ pre cũctis creaturis [ponã] i. ꝯstituã [illũ] B est pre alijs honorabo eũ a filij sicut pmogeniti solẽt honorari. f. [excelsum pre regib⁹ terre] qđ iam ipletũ est: ipm eniz reges terre adorauerũt. Uel primogenitũ ex mortuis: qꝛ pmus resurrexit [⁊ excelsum] qꝛ celos ascẽdens regna mundi cuncta subiecit. Et quia hec potestas non est temporalis subdit

28 **In eternum seruabo illi misericordiam meam: ⁊ testamentum meum fidele ipsi.**

In eternũ seruabo illi mĩam meã] quãtũ ad ipm ⁊ mẽbra ei⁹: qꝛ bona ex mĩa illi collata. f. vt sit de⁹ ⁊ hõ i vnitate psone ⁊ caput ecclesie cui ꝑpetua data est ptãs in celo ⁊ i terra erũt eterna: ⁊ mĩa quã pr̃ electis suis p filiũ pollicit⁹ est in eternũ mutari nõ pt [⁊ testm̃ meũ fidele ipsi] seruabo .i. pmissionẽ a me sibi factã adimplebo: q̃cũqz enĩ de eo pdicta sũt integre in eo cõpleta sunt. Uel [testm̃ meum] i. pmissio hereditatis eterne est [fidele ipsi] qꝛ eiusdez testamẽti est mediator, ⁊ signator, ⁊ fideiussor, ⁊ testis, ⁊ hereditas, ⁊ coheres testamẽti.

29 **Et ponam in seculum seculi semen eius: ⁊ thronum eius sicut dies celi.**

Margin glosses (left): quia / suscepio; ipse filius suis; sup potentem; non hz ipso meo; in; in.
Margin glosses (right): illius eos qui oderunt eum fugabo; idest; tuis apud reges.

Et ponam

¶ Et ponā in seculū seculi] .i. firmabo in eternū [semen eius] idest christianos τ imitatores ei⁹ q semp durabūt in gñationib⁹ sibi succedētib⁹ in eternū accepturi hereditatē [τ thronū ei⁹] scz ecclesiam cui psidet ponā [sicut dies celi] .i. dies eternitatis vbi nō est nisi vnus cōtinuus dies q nunq̄ tēdit ad occasum: hoc est in eternū durabit regnū eius. Thron⁹ dei sancti sunt in quibus deus tanq̄ in throno sedet τ regnat qui sine fine viuere habent: τ sicut sol in regno patris fulgebunt.

30 Si † autem dereliquerint filij eius legem meam: τ in iudicijs meis non ambulauerint.
† nō habz aut.

¶ Si aūt dereliquerint filij eius] scz christiani [legez meā] scilz precepta decalogi ad tēpus [τ in iudicijs meis nō ambulauerint] pficiendo ac de virtute in virtutē τ de bono in melius eundo. q. d. nō solū de persistētibus hoc pmitto: sed etiaz de cadentibus: quibus etiam misericordiam meam seruabo.

31 Si † iustitias meas prophanauerint: τ mandata mea non custodierint.
† iu stificatio nes.

¶ Si iustitias meas pphanauerint] .i. pphana reputauerint male viuēdo τ operādo. [τ mādata mea nō custodierint] p inertiā negligēdo. Nota quatuor mala hic notata ꝫ que quatuor bona sūt necessaria. Primū est iplere decalogū: ꝫ hoc. s. si dereliquerint legē meā. Scōm est pficere in bonis opib⁹: ꝯtra hoc. s. τ in iudicijs meis nō ambulauerint: nō est eni stādū sed ambulādū de virtute in virtutē: q: virt⁹ aut pficit aut deficit: τ in via dei nō pgredi / regredi est. Tertiū est ipsa bona sanctificare τ pura intētione facere: ꝫ h scz. Si iustitias meas pphanauerint: opa eni iustitie hypocrite q̄si pānū mēstruate faciūt: q: pphanāt corde p prauā intētionē: ore p dolū: opere p simulationē. Quartū est custodire mādata euāgelica etiaz minima: ꝫ h scz. Et mādata mea nō custodierint. Hec g quatuor hic ponuntur contra stultos pigros / hypocritas / τ inutiles. Si inq̄ in his premissis offenderint: non ideo eos contēnam nec in perditionem dimittam.
xxi. 49 / ps. 88. / Ibidem

32 Uisitabo in virga iniquitates eorū: τ in † verberibus peccata eorum.
† fla gellis eorum.

¶ Uisitabo] vt medicus infirmū τ vt pr̄ filiuz [in virga] .i. in remissiori τ leuiori disciplina [iniquitates eoꝝ] minores [τ in verberib⁹] .i. in asperiori τ grauiori correctiōe pctā eoꝝ] maiora. Nō ergo tm̄ mīa est vocātis: sed τ flagellantis τ verberātis. Quē eni diligit de⁹ corripit: τ flagellat oēm filiuz quez recipit. Cedit quidē sed reddit hereditatez. Sit itaq̄ manus paterna sup te: τ tu filius bonus noli disciplinā repellere.
Heb. 12

33 Misericordiam † autem meam non dispergā ab eo: neq̄ nocebo † in veritate mea.
† ab eos.

¶ Misericordiā aūt meā nō dispergā] .i. nō totalr̄ auferā vel tollā ab eo dauid. s. chro. i. a corpore eius qd̄ est vnū cum capite: vnusq̄sq̄ eni pro pctō suo necessario flagellat: sz ab eo si christianus est dei mīa nō dispergit. Or si ita iniquus es vt repellas a te virgā verberātis: τ de disciplina dei indigneris tu te alienasti ab hereditate / ipe te nō abiecit [neq̄ nocebo ei in veritate mea] ad hoc enim non tollit misericordia liberātis vt non noceat veritas vindicantis

34 Neq̄ pphanabo testamentum meū: τ que procedunt de labijs meis non † faciam irrita.
† reprobabo.

¶ Neq̄ pphanabo] .i. violabo [testamētū meū] .i. pactum τ pmissum meū ipsi dauid factū de successione ppetua ei danda: pphana eni esset pmissio si esset inexpleta: pmisi τ faciā [τ que pcedunt de labijs meis] scz de pphetis meis p quos loquor [nō faciā irrita] .i. cassa τ vana: hoc est nō anullabo: sz firma τ imobilia erūt τ sequetur effectus: pereūtibus eniz reprobis τ a pmissis eius sua culpa cadētibus veritas remanebit in electis: nec remanebit sine hereditate christus: noui enim qui sunt eius. Et vere non faciam irrita: quia

35 Semel iuraui in sancto meo si dauid mentiar: semen eius in eternum manebit.

¶ Semel] .i. eternaliter τ imutabiliter [iuraui] .i. firmiter statui: homo frequēter iurat: de⁹ aūt semel: q: nō mutat nec variat [in sancto meo] .i. in secreto meo sanctissimo. vnde prophete biberūt [si] .i. nō [dauid] .i. christo [mētiar] scilz qn pactū τ promissionem meam implicam. Iuraui inq̄ q [semē eius] idest successio: scilicet populus christianus [in eternuz manebit] in regno dei: nō erit fallax qui iurauit: manet imobile testamentum eius: quia ipse sibi heredes predestinauit.

36 Et † thronus eius sicut sol in cōspectu meo: τ sicut luna pfecta in eternū: τ testis in celo fidelis.
† sedes.

¶ Et thronus eius] erit [sicut sol in ꝯspectu meo] .i. illi in qb⁹ sedet τ regnat: scz mēbra que portāt caput erūt sicut sol: q: in ifi fulgebūt sicut sol in regno pris sui [τ sicut luna perfecta in eternū] tota lucida: tota pfecta: nullā obscuritatē vel defectū in se ꝯtinēs: etiā nec crescēs nec decrescēs. Fulgebūt g sci sicut sol q̄tū ad interius τ sm aiaz q̄ tūc dei ꝯtēplatiōe gliabit: τ sicut luna q̄tū ad exteri⁹: τ sm carnē que mō mutabilis est sicut luna: tūc aūt erit imutabilis τ pfecta: tūc eni sancti erūt in vtroq̄ pfecti gemina stola cādidati τ glorificati [et] ipse huius rei [testis] est [in celo fidelis] aduersus ꝯdictores q resurrectionē carnis negāt. Ille eniz q in carne nr̄a sedet ad dexterā pris testimoniū veruz dat nr̄e future resurrectionis. Ideo enim ipse christus carnē suā resuscitauit vt credatur q alios resuscitare possit. Sequitur vox ecclesie

37 Tu xo repulisti τ † despexisti: distulisti christū tuū.
† ad nihilum

¶ Tu xo repulisti] τ pieciisti Dauid filiū Esai: τ semen eius sm carnē a regno pro peccato suo [τ despexisti] opprobrijs τ tribulationibus exponēdo: τ ideo supradicta bñficia pmissa nō erāt in ipso implēda: destruxisti ea in dauid vt queras alterū in quo ostēdant impleri: vn̄ sequit [distulisti] non abstulisti [christū tuū] filiū tuū cui in tēporis plenitudine hec oia daturus es: τ in quo pmisisti ppetuare regnū dauid: ergo sm carnē destruit: vt cū pmissa dei que necesse est ipleri in illo impleta non vident in alio firmius expectent. In hoc itaq̄ promissa firmantur quo destrui a domino videntur

38 Auertisti testamentum serui tui: prophanasti in terra † sanctuarium eius.
† scitatē

¶ Auertisti] .i. exclusisti vel subtraxisti [testamētuz serui tui] vetus scz testamentum quod seruo tuo factum erat: vbi eniz est testamentum vetus: vbi est terra promissionis: vbi est regnum iudeorum: vbi altare sacerdos τ sacrificium [prophanasti] idest prophana videri fecisti [in terra] .i. vbiq̄ terrarū [sanctuarium eius] quia iam vbi synagoga abominabilis videtur: vel regnum terrenum destruendo sancta illa que habebant terrena esse ostendisti.

39 Destruxisti omnes † sepes eius: posuisti † firmamentum eius formidinem.
† maceries. † munitiones.

¶ Destruxisti] .i. destrui pmisisti [omnes sepes eius] .i. munitiones τ defensiones scz duces / principes / τ sacerdotes: τ quecūq̄ munimēta qbus eos munieras vt etiam diuina eos defensione priuares: vt sic diriperētur ab hostibus [posuisti firmamentum eius formidinem] .i. deus qui erat eis firmamētum / factus est ei timore pro sua culpa vt ipsum dominū formident: cuius munitione vallari solebant.

40 Diripuerunt eum omnes transeuntes viam: factus est opprobrium vicinis suis.

¶ Diripuerunt eum] .i. dauid. i. ppl'm israel vbiq̄ dispersum [omnes transeuntes viam] .i. gentes que transeut tēpus τ vitaz istā nil in futuro sibi puidentes: vel viam τ terminum si-

de:non cognoscentes eum qui dixit ego sum via[factus est opprobrium vicinis suis]i.gentibus in circuitu habitantibus quibus ante videbatur gloriosus. Ideo sequitur

41 **Exaltasti dexteram † deprimentium eum:† letificasti omnes inimicos eius.**

(margin: † inimicorum eius. † iocundasti.)

¶ Exaltasti]econtrario.i.exaltari permisisti[dexteram]i.potentiam[deprimentium eum]ut ei dñarentur. vel fortificasti ad percutiendum a simili volentis percutere qui leuat dexteram ut fortius percutiat[letificasti omnes inimicos eius]scz eis satisfactum esset voluntati eorum per victorias contra eum obtentas.

42 **Auertisti adiutorium gladij eius: et non es † auxiliatus ei in bello.**

(margin: † opitulatus.)

¶ Auertisti adiutorium]et robur[gladij eius]i.debilitasti eum in pugna contra hostes:qz pauci solebant vincere multos:nunc a paucis vincuntur multi:populus enim armatus sine deo inermis est. Unde sequitur[et nō es auxiliatus ei in bello]contra aduersarios:sed potius eum depressisti.

43 † **Destruxisti eum ab emundatione: et sedem eius in terra collisisti.**

(margin: † dissoluisti.)

¶ Destruxisti eum]scz populum iudaicum[ab emundatione]i.a fide:qz enim sola fides christi mundat corda:nō credendo in christum ab emundatione destructi sunt:vel qz flagella eum nō emundant[et sedem eius]regiam.i.regnum et dñationem[in terra collisisti]i. vbiqz terrarum deleuisti:qz iam non est de eis princeps.

44 † **Minorasti dies † temporis eius perfudisti eum confusione.**

(margin: † minuisti. † sedis.)

¶ Minorasti dies temporis eius]scz in regno seu regni eius vt nō staret iuxta eorum opinionem:qz putabant se in eternum regnaturos [perfudisti]i.repleuisti[eum confusione]temporali et eterna:qz sunt dispersi et in seruitutem redacti:et gestant opprobrium infidelitatis sue. Deinde post hec dura que commemorauit euenisse illi populo et regno ne ibi putaretur deus impleuisse qd promiserat:et nō daret alterum regnum in christo:cuius regni non est finis alloquitur cum propheta dicens. Hec dura intulisti iudeis. Sed

45 **Usquequo domine auertis in finem:exardescet sicut ignis ira tua.**

(margin: † q̄ vsqz dñe auerteris.)

¶ Usquequo dñe auertis israel a fide et salute vsqz[in finem] idest semper[exardescet sicut ignis ira tua]i.vindicta tua oia consumendo et deuastando:ita qd nunqȝ extinguetur sicut ignis habens combustibile:quasi diceret nō dñe:qa cum plenitudo gentium intrauerit tunc omnis israel saluus fiet. Et ideo

46 † **Memorare que † mea substantia:† nunquid enim vane constituisti omnes filios hominum.**

(margin: † memento. † est substantia mea. † nō enim.)

¶ Memorare que]est[mea substantia]in christo.et si enim iudei deficiunt nō deficit mea substantia in christo venturo:qz Maria de me veniet et inde christi caro[nunquid enim vane constituisti omnes filios hominum]q.d.nō.oēs enim in vanitatem eunt: nō tamen tu vane constituisti eos:sed mundas eos a vanitate per semen in quo est mea substantia:de quo subditur.

47 **Quis est homo qui viuet et non videbit mortem: eruet animam suam de † manu inferi.**

(margin: † manibus.)

¶ Quis]i.quantus est[homo q viuet]resurgens a mortuis[et nō videbit mortem]qz iam nō moritur[et eruet aiam suam de manu inferi]vt nō detineatur in inferno. Certe hoc nulli conuenit nisi christo q pōt aiam suam ponere et iterum sumere. Uel loquitur in persona ecclesie et ostenditur qd in membris etiam implentur promissiones spualiter dicens. Ita fecisti iudeis:sz[vsquequo dñe auertis]i.s.oculos mie tue ab israel et a nobis quos etiam in tribulatione video [in finem]i.tamdiu vel semper[exardescet sicut ignis ira tua]q.d.nō dñe cum tibi proprium sit misereri et parcere. Sed potius memorare[que mea substantia]i.qȝ fragilis est humana natura multisqz miserijs subiecta:que nil est nisi per christum sit redempta: et ideo indiget tua mia[nunquid enim vane constituisti oēs filios hominum]q.d.nō. vane autem constituti sunt nisi tua mia eis succurrat,vt ad vltimum finem suum:scz felicitatem supernam perueniant:nam [Quis est]ex nobis[homo qui viuet et nō videbit mortem:] idest nō moriatur.q.d.nullus:qa statutum est hoibus semel mori.et[eruet aiam suam de manu inferi]i.de potestate inferni:certe nullus ex inferno liberabitur nisi tu nostre imbecillitatis memor nobis subuenerís. Deinde vsqz ad finem psalmi loquitur in persona ecclesie.q.d. Et cum hoc ita sit

(margin: Heb.9.)

48 **Ubi sunt misericordie tue antique domine: † sicut iurasti dauid in veritate tua.**

¶ Ubi sunt]ergo[misericordie tue antique]o[dñe]et ab antiquo promisse[sicut iurasti dauid in veritate tua]que nec falli nec fallere pōt.i.sicut veraciter et firmiter mansurum christo promisisti vndiqz ecclesia tua perfruitur tua eternam misericordiam nuper promittebas. Jam habemus christum:sed credentes adhuc laboramus.exhibe ergo in illo quod promisisti.

49 † **Memor esto domine opprobrij seruorum tuorum:qd continui in sinu meo multarum gentium.**

(margin: † memento.)

¶ Memor esto dñe]vt remuneres:qa ego patienter sustinui. videtur enim deus oblitus qui differt[opprobrij seruorum tuorum] et[multarum gentium]i.illati seruis tuis.s.fidelibus christianis a multis gentibus[qd]opprobrium ego ecclesia diu[continui]i.portaui[in sinu meo]i.in secreto mentis dissimulando et patienter sustinendo non audens resistere vel palam loqui.

50 **Quod exprobrauerunt inimici tui domine: quod exprobrauerunt commutationem christi tui.**

¶ Qd]opprobrium[exprobrauerunt inimici tui dñe]scz iudei et pagani dicentes christum perijsse:et repetit[qd exprobrauerunt] vt exaggeret scelus:et subiungit qd.d.[exprobrauerunt]scz[commutationem]i.mortem christi tui.i.filij tui crucifixi.hoc enim obiecerunt qa mortuus est christus:qa crucifixus:que fuit magna commutatio in christo deo et homine. Sed nō est opprobrium qd obijciunt:qa hoc est mutari a temporali vita ad eternam:a terra ad celum.a iudeis ad gentes.vtinam et ipsi mutentur et commutationem christi tui non exprobrabunt:illi quidem exprobrant:sed nos laudantes dicimus.

51 † **Benedictus dominus in eternum:fiat fiat.**

(margin: † bedictionē ante dni.)

¶ Benedictus]sit[dñs in eternum]de ista commutatione saluberrima:qz obtinuit nobis remissionem culpe et gloriam beatitudinis eterne. Ipse nos gratis saluos fecit: impietates nrās non attendit:eum nō querentes quesiuit:inuenit:redemit:liberauit. Exprobratio et maledictio inimicorum est temporalis:sz contra maledictiones eorum dñs est benedictus in eternum. Et ad confirmandam sniam et benedictionem ne qs timeat subdit[fiat fiat]fiat in tempore gratie/fiat in tempore glorie. Ecce quasi subscriptio principis et confirmatio cautionis dei. Securi ergo de promissionibus preterita credamus:presentia recognoscamus:futura speremus. Oratio.

Erue domine animas nostras de manu inferi quo pro nobis inferna fortiter confregisti:vt tuas misericordias decantantes:et a confusione criminum et a morte perpetua liberemur. Qui viuis.

¶ Psalmus de reparatione humani generis necnō de breuitate et miserijs vite presentis:ac de longitudine et felicitate vite sequentis. Psal.LXXXIX.

1 **Domine refugium factus es nobis:† a generatione † in generationem.**

(margin: † in. † et.)

Auctor psalmi propheta Dauid. ¶ Titulus est:oratio Moysi hois dei. Et est sensus:psalmus iste est oratio. Oratio dico Moysi.i. illa ostendens et tractans que lex per Moysen data sub velamine continebat. Ipse enim spualiter in genesi de conditione hois scripsit de qua et hic psalmus dicit. Uel est oratio Moysi.i.hoc dauid

orat in hoc psal. qd ⁊ Moyses ante orauit. Moysi dico hois dei. hō qdē passibilis erat: sed tñ dei mīa liberandus. Et agit psalmus iste de defectu gñis humani qui per chrm auferet: ⁊ ideo bene post pcedētē psalmū sequit vbi de spe que in chrō est agit. Quāuis ergo i titulo nomē Moysi sit insertū: tñ fm Hieronymū ⁊ plures alios non est credēdū ab ipso Moyse psalmū istū fuisse scriptū: qui illis eius voluminib⁹ ⁊ līris indituo nō est: in qbus eius cātica scripta sunt. Sed vt visuz est alicuius significationis grā tā magni meriti serui dei nomen adhibitū est. Ex quo dirigeret legētis vel audiētis intētio: similiter intellige suo modo de psalmis alijs eius noie intitulatis. ¶ Materia. orō pro malis amouēdis ⁊ bonis obtinēdis. ¶ Intētio. monere ad cōtēptum vite veteris ⁊ penalis: ⁊ ad amorē vite noue ⁊ celestis. ¶ Snia in gñali. Propha in isto psalmo in psona ecclie orat pro humani gñis reparatiōe ⁊ salute: ⁊ a spe incipiēs pmo pfitet diuinā clemētiā. Deinde exponit infirmitatē humanā: hortaturqz ad cōtēptū terrenoꝝ ⁊ amorē celestiū: ac tandē petit subuentionē ⁊ liberationem. ¶ Snia in spāli. In psona g ecclie loquēs ⁊ a spe incipiēs ait. D[omi]ne [summe mīe ⁊ imēse clemētie] refugiū factus es [p fidē tue incarnationis] nobis [ad te puersis: vt si ad te cōfugere ⁊ tibi inherere volumus a circūdātibus tribulationib⁹ ⁊ nostre mutabilitatis miseria liberemur] a gñatione in generationē [i. in oi gñatione ⁊ semp vel in duabus gñationibus: scz veteri: cuius ille Moyses fuit minister: ⁊ in noua cuius ille idē fuit ppha. Est aūt nobis dñs refugiū contra pericula: vt ea nō incurramus: cōtra tormēta vt nō succūbamus: contra pctā vt ea vitemus ⁊ ppetrata deleamus. Ne aūt videretur non fuisse anteqz esset nobis refugium adiungit.

[marg.:] ⁊ 2 terre ⁊ vsqz non hz

Prius qz montes fierent † aut formaretur terra: ⁊ orbis † a seculo † ⁊ in seculum tu † es deus.

℄ Prius qz mōtes [i. angeli] fierent [de nihilo ⁊ prius qz] formaret terra [i. hoies de limo terre. Ecce ois rōnalis creatura hac differētia distincta est vt montiū noie significaret celsitudo angeloꝝ: ⁊ terre noie humilitas hoiuz] et [prius qz fieret] orbis [i. vniuersitas rerū] a seculo ⁊ in seculuz [i. ab eterno sine initio ⁊ in eternū sine fine] tu es de⁹ [i. immutabilis. ac si diceret. Tu g ex virgine tēporaliter carnē assumēs humano generi refugiū es factus ante ipsaz ⁊ oēm creaturā: ⁊ p ola secula es ⁊ permanes deus: qz tu es semp ⁊ eternus. Sed qz hic in magnis tentationibus viuimus ne ab hoc eterno ⁊ refugio auertamur orat homo dei. d. Cum sis refugium

3 **Ne auertas hominem in humilitatē: ⁊ dixisti cōuertimini filij hominum.**

℄ Ne auertas [i. ne auerti permittas] hoiez [a tuis bonis eternis ⁊ sublimib⁹] in humilitatē [i. in tēporaliū ⁊ terrenoꝝ cōcupiscētiā vt cōtēptis eternis tpalia cōcupiscat: sapiatqz terrena] et [i. qz] dixisti cōuertimini [ab amore mūdi ⁊ terrenorū ad me ⁊ ad amorē eternoꝝ] filij hoiuz [q habetis libertatē ad hoc faciēdū. q. d. hoc a te peto qd ipse iussisti: pcē g petētis exaudi: ⁊ fidē volētis adiuua dans ei grām: sine cui⁹ adiutorio per arbitrium voluntatis tentationes huius vite superare nō possumus. Magna est clemētia dei que nos ad conuersionem inuitat. Ideo autem debemus ab his labentibus ad te ⁊ ad tuum refugium conuerti.

4 **Quoniaz mille anni ante oculos tuos: tanqz dies hesterna † que preterijt.** *[marg.: † est]*

℄ Quoniā mille anni [i. quātūlibz sit lōga vita ista] ante oculos tuos [i. ad cōparationē eternitatis quā tu vides sunt] tanqz dies hesterna que [scz] ꝑterijt [i. sicut est diei hesterne fm hoc qd ꝑterijt: ⁊ que iā nihil est. Nec saltē tanqz dies crastina que vētura est: qz omnia que tpis fine claudunt pro trāsactis habēda sunt: ⁊ quasi nihil sunt respectu eternitatis. Quia finiti ad infinitū nulla est cōparatio. Si aūt mille anni nulli⁹ sūt momēti respectu eternitatis p pseqnes nec vita alicui⁹ hois que adhuc ad mille annos nunqz puenit. q. d. nihil est hō nisi deo ei alterā vitā: ⁊ ideo hn necesse est istā vitā postponere: ⁊ aliā psiderare: ⁊ fm Apostolum: ea que retro sunt obliuisci. i. tēporalia ⁊ ea que ante nos sunt appetere idest eterna. Et nec tanqz dies vna sunt mille anni. Sed

[marg.: Aristo. — Phil. 3.]

5 **Et † custodia in nocte: que pro nihilo habent eorum anni erunt.** *[marg.: † sicut vigilia.]*

℄ Et [tanqz] custodia i nocte [i. sicut vna vigilia noctis que nō hz nisi tres horas. Et hn custodie noctis vita ꝑsens cōparat: qz in sollicitudine ⁊ tenebris huius seculi agit. Antiq diuiserūt noctē in quattuor custodias. i. in quattuor vigilias in qbus solēt poni custodie vt caueant inimicoꝝ insidie. Sic ⁊ nos qdiu in nocte hui⁹ seculi sumus cōtra insidias diaboli vigilare debem⁹. Et vt min⁹ dicā ⁊ vilitatē huius vite adhuc ostēdam [anni] mille [erūt] de numero [eoꝝ] [i. iter ea cōputabūtur.] que pro nihilo [⁊ pro nullo ꝑcio] habent [i. nulla reputabunt vt somnia. Et merito illis cōparant: qz hi anni anteqz veniāt nōdū sunt: cū aūt venerint iā nō erūt. q. d. in tenebris agit vita presens ⁊ in sollicitudine ⁊ trepidatione ⁊ quasi nihil est. Sed non accusans te quasi factorem mutabilium hec dixi: imo diuine iustitie consentiens dico.

6 **Mane sicut herba transeat: mane floreat ⁊ † transeat: vespere decidat † induret ⁊ arescat.** *[marg.: † ꝑtrāseat. † indurescat.]*

℄ Mane [pmo scz pueritie] transeat [homo. i. a sua qualitate mutet] sicut herba [que cito mutat a qualitate quā hz in nocte i deteriorē mane orto sole: ⁊ scdo] mane floreat ⁊ trāseat [in aliā qualitatē. i. momētanee vigeat ⁊ cito pagat florē suū: ⁊ postea] vespere [frigide senectutis] decidat [i. cadat in mortē] induret [in cadauer] ⁊ arescat [i. siccet i puluerē. q. d. luat hō qd meruit. Ois. n. caro fenū: ⁊ ois glia ei⁹ vt flos feni: fenū aruit ⁊ flos decidit. Hec aūt pena de pctō venit: vñ subdit

[marg.: Isaie. 40]

7 **† Quia defecimus in ira tua: ⁊ in † furore tuo turbati sumus.** *[marg.: † qm̄ † indignatiōe tua pturbati]*

℄ Quia [ab imortali statu] defecimus [i. in hūc defectū mortalitatis versi sumus] in ira tua [qua iratus es primis parētibus: ⁊ in vindicta tua nobis inflicta pp pctā nr̄a: ⁊ non tñ fm corp⁹ defecimus infirmitate: sz etiā fm aiaz affligimur mortis timore: vnde sequit] ⁊ in furore tuo [i. in effectu furoris tui scz de morte] turbati sumus [timētes mori ⁊ qd graui⁹ est post mortez puniri. Infirmi facti sumus ⁊ infirmitatē finire trepidamus. Iuste aūt defecimus qa peccauimus. Et tu

8 **Posuisti iniquitates nostras in cōspectu tuo: seculum nostrū in illuminatione vultus tui.**

℄ Posuisti iniqtates nr̄as in pspectu tuo [i. in ꝑsentia tua habuisti oia originalia pctā nr̄a: qa te nō latuerūt: ⁊ nō solū illa sed etiā] seculū nr̄m [i. decursuz tēpoꝝ nostroꝝ: scz vitaz nostrā prauā: ⁊ actualia pctā que postmodū in seculo viuentes cōmisimus posuisti] in illuminatione vultus tui [i. in illuminosa ⁊ lucida cognitione tua in qua vides omnia. q. d. non tribuisti veniā: non ab eis dissimulasti: sed posuisti corā te vt punires. Hoc autem ex effectu probatur

9 **Quoniam omnes dies nostri defecerunt: ⁊ in ira tua defecimus.**

℄ Quoniā oēs dies nostri [i. vite nostre] defecerūt [i. ex ira tua abbreuiati sunt ⁊ ad paucitatē redacti: totaqz vita nostra in defectuz corruit: ⁊ merito: quia presumptione longioris vite peccauimus: ⁊ nos ipsi] in ira tua defecimus [ac passibiles ⁊ mortales facti sumus: qz ea que transeūt amauimus: nō eni nobis nisi ꝑpter peccata irasceris. Deinde exprimit melius miseriam ⁊ breuitatem vite huius: quia

10 **Anni nostri sicut aranea meditabunt̄: dies anno-rum nostrorum in ipsis septuaginta anni.**

¶ Anni nostri sicut aranea [sic inanes ⁊ inutiles] meditabun-tur [.i. reputabunt̄. Nā quecūq₃ in annis nr̄is agim⁹ ita fragi lia sunt ⁊ trāsitoria sicut tela aranee: sicut enim aranea mittit fila: ⁊ huc illucq₃ discurrit ⁊ tota die texit: ⁊ labor quidē gran dis est: sed effectus modicus ⁊ quasi nullus: sic ⁊ vita hominum huc illucq₃ discurrit in occupationibus inanibus ⁊ inutilib⁹: laborat vt res corruptibiles .s. diuitias ⁊ honores acquirat: ⁊ nō intelligit ꝙ laborādo aranee telā texit: q₂ omnia velociter amittit. Et sicut anni nostri sunt in labore vano: sic etiā pauci sunt numero: q₂ [dies annorum nostrorū] ita breues sunt ꝙ [in ipsis sunt septuaginta anni] de cursu cōmuni.

11 **Si autem in potentatibus octoginta anni: ⁊ am-plius eorum labor ⁊ dolor.**

¶ Si aūt in potētatib⁹ [.i. in illis qui habēt potētē ⁊ fortez cō-plexionē sunt [octoginta anni] in statu cōueniēti [⁊ amplius] vltra illō tēpus est [eo₂ labor ⁊ dolor] ac multa miseria que tūc multiplicant̄. Senectus eni ipsa quidā morbus est ⁊ lan guor. Sed hoc ad misericordiaz dei pertinet qui filios flagel lat: ⁊ ordinatur ad bonum nostrum quos emendat.

12 **Quoniam superuenit māsuetudo: ⁊ corripiemur.**

¶ Quoniā superuenit [in senectute] māsuetudo [dei .i. mansueta eius castigatio: ⁊ etiā māsuetudo nostra: de⁹ enim per clemē-tiā māsuetam: nos per senectutē ⁊ infirmitatē domādo efficit māsuetos [et [sic] corripiemur] ⁊ emēdabimur ab insolētijs iuuētutis ⁊ excessibus nostris: quē enim diligit deus corripit ⁊ castigat: ⁊ nihilomin⁹ erudimur: nō eni pōt erudiri q̄sq₃ sine labore ⁊ dolore: q₂ virt⁹ in infirmitate ꝑficit̄. Et cum hoc sit

2. Cor. 12

13 **Quis nouit potestatem ire tue: ⁊ pre timore tuo iram tuam dinumerare?**

¶ Quis nouit [.i. noscere ⁊ ꝯsiderare satagit [potestatē ire tue] quā exerces cōtra illos q̄bus hic parcis: potestas eniz ire ho-minis est corp⁹ occidere ⁊ post nihil pōt facere. de⁹ aūt ⁊ hic pōt punire: ⁊ post corp⁹ ⁊ aīaz mittere in gehennā [et] q̄s [pre timore tuo] .i. te timēs: vel ad hoc vt te timeat nouit [irā tuaz dinumerare] .i. cōpēsare ⁊ distinguere: q₂ plerisq₃ tūc magis irasceris quādo placari videris: q̄busdā vo tunc placaris qn̄ irasci estimaris. Illis enim parcis ad penam: hos punis ad salutem. q.d. pauci sunt qui hec intelligūt. si enim intelligerēt non ita de facili peccarent. Et quia sine te hec intelligere non possumus: ergo o domine

14 **Dexteram tuam † sic notam fac: ⁊ † eruditos cor de in sapientia.**

† ino-tam fac mihi. † compe ditos.

¶ Dexterā tuā sic notā fac [.i. christū sic fac notū vt ꝑ eū discāt tui irā tuā noscere ⁊ dinumerare ac magis petere ea que non vident̄ ꝑtinētia ad nouū testamētū q̄₃ ꝑsentia ꝑtinētia ad ve tus testamētū. Uel [dexterā tuā] .i. eternā felicitatē qua oues ab hedis separabis [sic notā fac] vt dictū est scilz flagellando quē recipis: ⁊ nō sinendo ꝓsperari in tēporalib⁹ sed emēdan do vt ad dexterā ponas. Sic enim innotescit de⁹ q̄s in ea sit sessurus [et] fac eruditos [corde in sapiētia] ad ꝓpēdēdū ista. Uel [et] fac notos [eruditos corde in sapiētia] quos fecit de⁹ notos in nouo testamēto vt pro fide oīa spernāt: ⁊ eterna bo-na tm̄ querant. Hoc attendēs iste homo dei orat pro eis qui multa patiuntur a seculo pro eternis dicens.

15 **Conuertere domine † vsquequo: ⁊ deprecabilis esto super seruos tuos.**

† quo-vsq₃.

¶ Cōuertere dn̄e [ab irato in benignū respiciēdo nos miseri-cordie tue oculis q̄ videris auersus a tribulatis] vsquequo [idest aliquātulū nō ex toto: q₂ magis ꝓdest si aliqua tribula tio semper nos moneat [⁊ deprecabilis esto sup seruos tuos] preces eo₂ exaudiēdo. q.d. iustitiā tēpera vt nō succūbam⁹: taleq₃ te exhibe vt possis exorari a pctōrib⁹. Sed iste homo dei iā futura bona spe anticipans quasi de factis dei ait.

16 **Repleti sumus mane misericordia tua: † ⁊ exulta uimus ⁊ † delectati sum⁹ in oībus dieb⁹ nostris.**

† inoī bus exul tauim⁹. † iocun dati.

¶ Repleti sumus mane [.i. in eternitate [misericordia tua] qua nos a malis oībus liberasti ⁊ abūdantia bono₂ satiasti. Modo est nox in qua esurimus ⁊ sitimus: tūc aūt postpositis tenebris huius seculi ⁊ oriēte sole iustitie satiabimur vultu dei [et] ibi [exultauimus] foris [⁊ delectati sumus] Uel [exul tauimus in laude tua [⁊ delectati sumus] in re iocūda [in oī-bus dieb⁹ nr̄is] q̄bus nulla nox succedet. Ubi oēs dies simul sunt nō sibi succedūt: q₂ vnus sunt .i. eternitas. Ibi etiam

17 **Letati sumus pro diebus quib⁹ nos humiliasti: annis quibus vidimus mala.**

¶ Letati sumus pro dieb⁹ q̄bus nos humiliasti [.i. humiliari ⁊ affligi ꝑmisisti: scz [annis q̄bus vidimus] ⁊ experti sumus [mala] penalia huius exilij ⁊ angustias corporis. hoc est pro afflictione dierū ⁊ anno₂ illo₂ q̄b⁹ nos afflixisti in hoc mū-do. Nūc eni mala tēporalia videm⁹: sz postmodū eterna bo na ꝯspiciemus. Nā mala pene nūc patiēter tolerata sūt eter-ne vite meritoria. Sed q₂ homo nō pōt hic de malo euadere vel in bono perseuerare sine speciali tuo adiutorio. ergo

18 **† Respice in seruos tuos ⁊ in opera tua: ⁊ dirige filios eorum.**

¶ Respice in seruos tuos [in quos iratus videbaris [⁊ in opa tua] q₂ ipsi serui tui sunt: ⁊ opa nō sua sed tua. q.d. ꝓpter hoc debes respicere: q₂ ipsi serui sunt opa tua. Nec solū vt homines sunt: sed etiā serui tui .i. obediētes iussis tuis. Ipsius .n. sumus figmētū nō solū in Adā: sed etiā creati in chr̄o Iesu in opib⁹ bonis [⁊ dirige filios eorum] idest imitatores vt sint recti cor de quibus bonus est deus. Uel [filios] .i. opera ne incuruen-tur ⁊ detorqueantur ad mala.

19 **Et sit splēdor domini dei nostri super nos: ⁊ ope ra manuum nostraruz dirige super nos: ⁊ opus manuum nostrarum dirige.**

¶ Et [vt ad hoc ꝓualeamus [sit splēdor dn̄i dei nr̄i] .i. lumen vultus tui ⁊ lux spūalis scilz grā: spūsctūs imprimat̄ nostre mēti quatenus diabolice imaginis obscuritate fugata in pri-stinam figurā ⁊ imaginē reformemur. Splēdor ei⁹ in nobis luceat vt tenebras nr̄as illuminet: splendor in nobis habitet vt oēs tenebras ꝓpellat [⁊ opa manuū nr̄arū dirige sup nos] vt nō pro mercede terreno₂: sz pro dei gloria ⁊ eternis ea fa ciamus. Deinde in singulari numero subdit [⁊ opus manuuz nostrarū dirige] intēdens ꝙ oīa opa bona nostra vnuz opus esse debēt in charitate: q₂ oīa opera bona que multa sunt q̄tū ad diuersitatē generis vnū sunt in radice charitatis: ⁊ ad vnū finem diriguntur q̄tum ad intentionem operantis. Orō.

Luciflui syderis sator oīpotens deus: qui nouā mun do lucez fugata nocte restituis: satia nos que sumus misericordia tua reniteute: vt oēs pctō₂ obscurita-tes te illuminante pellamus. Per dominum.

¶ **Psalmus de certa ⁊ infallibili ꝓtectione diui-na in tentatione ⁊ pugna iusti hois in deo ⁊ eius adiutorio firmiter sperantis.** Psal. XC.

1 **Qui habitat in adiutorio altissimi: in ꝓ-tectione dei celi cōmorabitur.**

Auctor psalmi ꝓpheta Dauid. [Titulus est laus cantici Dauid. Et est sen-sus. Psal. iste est laus dauid .i. christi: q₂ in eo laudat̄ de hn̄ficijs que ꝯfert eccl'ie sue: ⁊ est cantici: q₂ ꝯtinet in se ch

lici.i.iocūditatē:meminis enim eterne beatitudinis. De hoc psalmo tētauit diabolus christū:cuius tentatio nostra est doctrina. sicut enim ille sic ꝛ nos in illo diabolum vincimus si christū imitari volumus:nō in mirabilibus que facit solus:sed in eo qđ factus est pro nobis ꝛ ad qđ nos inuitat:scʒ in humilitate ꝛ patiētia quē nos in his sequētes ex eo ꝛ in eo diabolū vincimus:de qua victoria christi ꝛ suoꝝ cōtra diabolū agit iste psalmus:vnde ꝛ in titulo laus ponit̄ que pro hac victoria deo dicit̄. Et bene hic psalmus sequit̄ post p̄dictū:qꝛ enim (vt ibi dictū est) dn̄s factus est nobis refugium:ꝯsequenter hic agit̄ de tētationibus in q̄bus ad ipsum est recurrendū.nā manentes in auxilio dei vincūt oēs tentationes diaboli cōtra quas iste psalmus est antidotū gn̄ale:ꝛ cōficit̄ ex duobus:scilʒ fide ꝛ spe. ¶ Materia.protectio diuina in tentatione hoīs in deo ꝛ eius adiutorio sperātis. ¶ Intentio. vt exēplo christi ꝛ fiducia sui auxilij discamus tētationes vincere ꝛ nō de nobis p̄sumere:sed de dei adiutorio cōfidere:atqꝫ ad eius grām q̄cq̄d fortiter facim⁹ referre. ¶ Sn̄ia in gn̄ali. Propheta in isto psal. sperāti in deo in tētatione ꝛ pugna p̄mittit p̄tectionē diuinā:ꝛ ex p̄tectione victoriā:ꝛ ex victoria coronam. ¶ Sententia in speciali. Propheta ergo de quolibʒ sancto ait. [Qui habitat] idest more habitātis se per fiduciā stabilivit ꝛ perseueranter cōfidit [in adiutorio] nō suo:sed [altissimi] dei.i.qui totā spem suam nō in se vel in homine:sed in deo ꝛ eius adiutorio semp̄ ꝯstituit [in p̄tectione dei celi cōmorabit̄] i.omnibus modis a deo p̄teget̄ ꝛ p̄seuerāter habebit eum p̄tectorem in tentationib⁹:vt nec capiat̄ illecebra voluptatis:nec frangat̄ timore aduersitatis vt nō declinet ad dexterā vel ad sinistram.hec est via regia/via christi regis nostri quā ipse ambulauit:quē ꝛ nos imitari debemus.Et talis

2 **Dicet domino susceptor meus es tu:ꝛ refugiū meum deus meus sperabo in eum.**

¶ Dicet dn̄o [corde ꝛ ore] [susceptor meus] i.mei infirmi [es tu] vt medicus:qꝛ ipse suscepit nos ad curādū sicut medicus egrotū [ꝛ refugiū meum] a simili tēpestate:qꝛ ad ipm refugimus vt ab iminentibus tentationibus ꝛ periculis liberemur [deus meus] qꝛ creator noster est ꝛ reformator rōnis nostre:ꝛ ideo [sperabo in eū] nō de me p̄sumam. Hic notant̄ quatuor bn̄ficia dei que facit in bello spirituali. Primū est adiutorium eius:vt hostes nostros impugnare ꝛ expugnare possimus. Scdm̄ est protectio ab hostib⁹ si impugnare voluerit. Tertiū cura ꝛ recreatio si hostes nos vulnerauerint vel vexauerint. Quartuʒ receptatio eius si de conflictu fugerimus. Et merito sperabo in eum.

3 **Quoniam ipse † liberabit me de † laqueo venantium:ꝛ a verbo aspero.** — *(marg.: † eruet. † muscipula.)*

¶ Quoniā ipse liberabit me [non ego] [de laqueo venātium] idest de tētatione demonuʒ seu hominū que fit per facta qui circa viā ad dexterā p̄speritatis ꝛ ad sinistrā aduersitatis laqueos tendunt:ꝛ blandiēdo vel terrēdo illaqueant vt hoīes mala faciāt ꝛ bona obmittāt [ꝛ a verbo aspero] i.a tētatione que fit per verba:que siue sint aspera vt cōuitia/detractio/ꝛ similia:siue blanda vt adulatio doli ꝛ huiꝰ oia dicunt̄ aspera:qꝛ diuinis obuiant regulis ꝛ mouēt hoīeʒ ab eis. Sed ab his oibus liberat̄ a deo qui spem suam ponit in eo. Et vt liberet

4 **† Scapulis suis obumbrabit tibi:ꝛ sub † pennis eius sperabis.** — *(marg.: † inter scapulas suas. † alis)*

¶ Scapulis] i.humeris [suis] in quib⁹ est fortitudo.i.virtute p̄pria [obumbrabit] i.obūbraculū p̄tectionis ꝛ refrigeriū in ardore tētationis p̄stabit [tibi] qui habitas in adiutorio altissimi [ꝛ sub pennis] vel alis misericordie [eius sperabis] de p̄tectiōe dei a malis.q.d. quēadmodū gallina pullos suos ante pectus suū ponit ꝛ alis suis p̄tegit:sic dn̄s noster multo amplius omnes in se sperātes benigne recipit ꝛ defendit. vn̄ cū dicit [Scapulis suis] i.inter scapulas ꝛ a tergo potest intelligi ꝛ a pectore:sed qꝛ addit sub pennis vel alis manifestum est:qꝛ p̄tectio est a pectore quasi te posito in medio alarum hincinde expansaꝝ ad p̄tegendū te cōtra inimicū. Et tanq̄

5 **Scuto circūdabit te veritas eius:nō timebis a timore nocturno.**

¶ Scuto [misericordie] [circūdabit te] i.proteget te [veritas eius] i.obseruātia preceptorū eius. veritas eius erit tibi scutum.i.mandata eius impleta defendēt te a malignis hostib⁹. ꝛ ita [non timebis a timore nocturno] i.a leui ꝛ occulta tētatione que fit ignorantibus:seu a tentatione ignorātie:qꝛ ignorantia intelligit̄ in nocte. vnde hec tentatio nocturnus timor dicit̄ a silī periculi vn̄ timor tn̄ habet̄. Nō timebis etiā

6 **A sagitta volante † in die:a negocio perambulante in tenebris:ꝛ ab icursu ꝛ demonio meridiano.** — *(marg.: † p die. † la ruina)*

¶ A sagitta volāte in die] i.a leui ꝛ manifesta tentatione que fit scientibus seu a peccato sciētie.naʒ manifestatio intelligit̄ in die:bis duobus leuibus duo grauia reddit dicēs:ꝛ [a negocio perambulante in tenebris] i.a graui ꝛ occulta tentatione que fit ignorantibus ꝛ [ab incursu ꝛ demonio] i.ab incurrente demonio [meridiano] idest a graui ꝛ aperta tētatione que fit scientibus que dicitur demonium meridianum propter vehementis tentationis estum.

7 **Cadent a latere tuo mille:ꝛ † decē milia a dextris tuis:ad te autem non appropinquabit.** — *(marg.: † decem)*

¶ Cadent a latere tuo [scilʒ sinistro] [mille] de demonibus te tentantibus diuina virtute victi [ꝛ decem milia a dextris tuis] cadent:ꝛ ponit̄ hic numerus determinatus pro indeterminato:vt per mille ꝛ deceʒ milia intelligatur demonū multitudo. Et quia in sinistris aduersa:in dextris p̄spera significantur:ꝛ plures p̄speritatis illecebris q̄ aduersitatis molestijs capiuntur recte a latere sinistro mille ꝛ decē milia a dextris cadere dicunt̄ [ad te aūt] in diuino adiutorio sperantem [non appropinquabit] demoniū vel tentatio per consensuʒ.

8 **Verūtamen oculis tuis ꝯsiderabis:ꝛ retributionem peccatorum videbis.**

¶ Verūtamen oculis tuis [interioribus] [considerabis] talem protectionem diuinam super te tanq̄ gratus [ꝛ retributionē peccatorum] i.penam debitam pro peccatis [videbis] in fine:qꝛ retribuet abundanter facientibus superbiam: quibus modo tāta permittunt̄ in christianos ꝛ dei seruos:vt per hoc exerceantur ꝛ magis mereant̄. Et sic tanq̄ gratus deo dicēs.

9 **Quoniam tu es domine spes mea:altissimuʒ posuisti refugium tuum.**

¶ Quoniaʒ tu es domine spes mea [rata ꝛ secura:qꝛ nō in aliquo alio:sed in te solo cui nemo resistere potest confido:ꝛ sic [altissimum] i.in alto non in imis [posuisti refugiuʒ tuū] vbi fugias a malis ꝛ a vētura ira iudicis. Uel [altissimū] scʒ ipm deum [posuisti refugium tuum] ad quem refugias in malis insurgentibus:ꝛ ideo es securus. Unde sequitur

10 **Non † accedet ad te † malum:ꝛ flagellum nō appropinquabit tabernaculo tuo.** — *(marg.: † accedent. † mala.)*

¶ Non accedet ad te [sic sperantem in domino] [malum] scʒ mortalis culpe vt noceat anime [ꝛ flagelluʒ] scʒ tēporalis pene [nō appropinquabit tabernaculo tuo] scilʒ corpori taliter vt te eijciat a sanctitate virtutis ꝛ firmitate fidei [nō appropinquabit] nō vt nō sit:sed vt nō obsit:qꝛ habitanti in adiutorio altissimi nocere non poterit. Cuius ratio subditur

11 **Quoniā angelis suis mādauit de te:vt custodiāt te in omnibus vijs tuis.** — *(marg.: Mat.4. Luc.4.)*

¶ Quoniã angelis suis]quos posuit custodes boium ꝛ specia liter electoꝝ[mãdauit]tanq̃ suis ministris[de te]te eis cõ mittẽdo[vt custodiãt te]ab oi nocumento[in oib⁹ vijs tuis] tã in ꝓsperis q̃ in aduersis. vñ magnã debemus angelis re uerentiã nobis pro custodia a deo deputatis. Et ipsi angeli

† tol- lent. ‡ quãdo — 12 In manibus † portabunt te: ne ‡ forte offendas ad lapidem pedem tuum.

¶ In manibus]scꝫ potentia ꝛ virtute[portabunt te]ad bona dirigendo ꝛ iuuãdo, ꝛ a malis eleuãdo ac ꝓtegẽdo. q. d. sic te custodiẽt tanq̃ in manibus suis te portent[ne forte offendas ad lapidẽ].i. ad peccatũ mortale ad modũ lapidis graue[pe dem tuũ].i. affectum per consensum vel malum propositũ.

13 Super aspidem ꝛ basiliscum ambulabis: ꝛ con culcabis leonem ꝛ draconem.

¶ Super aspidẽ ꝛ basiliscũ ambulabis ꝛ cõculcabis leonẽ ꝛ draconẽ].i. oẽm virtutẽ ꝛ potestatẽ diaboli diuino adiutorio supabis: qui ꝓpter varias astutias ꝛ diuersos tẽtandi modos hic cõparat animalib⁹. Ipse enim est aspis cũ occulte vene no percutit: ꝛ hoiẽ per ignorantiã mortalr peccare facit. Ba siliscus cũ palã flatu venenat: ꝛ hoiem sciẽter peccare morta liter facit. Sed istius astutiã sancta eccl'ia cauet que sup illũ ambulat: q2 eũ vincit ꝛ calcat. Ipse est leo dũ seuit aperte ꝛ ꝓsequit violẽter. Draco dũ insidiat occulte ꝛ deuorat negli gẽtes. Magis timẽdus est draco in insidijs q̃ leo in impetu: sed non te frangat leo: nõ te decipiat draco. Esto in tẽtatione fortis ꝛ leonẽ cõculcabis. Esto in tẽtatione cautus: ꝛ draconẽ supabis. Uel possunt ꝓdicti septẽ versus etiã intelligi de chri sto. q. d. ille qui habitat in adiutorio altissimi nõ timebit a de monio. Sed o chre[Cadent a latere tuo mille].i. multi confi dentes se tecũ sessuros vt iudicẽt superabunt in tentatione ꝛ de illa spe iudicandi cadẽt: ꝛ q2 multo plures cõfidunt se ad dexterã collocãdos vt saluent: ideo subditur[ꝛ decem milia a dextris tuis]ꝛ a spe standi ad dexteram tuã cadẽt similr. Quia enim de se ꝓsumunt nõ habẽtes in alto fixã radicẽ cha ritatis: ideo cadẽt per demoniũ meridianũ.i. per grauẽ estũ diaboli vel tribulationis[ad te autẽ]o christe.i. ad tua mẽbra vera tibi adherẽtia que sunt tu.i. vnũ tecũ[nõ appropinqua bit]demoniũ: nec te dejciet per tentationis estũ. Et si demo nium nõ appropinquet[Uerũtamẽ]nõ erit impune q̃ tuos persequunt iniqui. nam[oculis tuis]quibus merita boĩꝫ iu dicas[cõsiderabis]malũ qd voluerũt[ꝛ retributionẽ pctõꝝ videbis]vt scꝫ retribuas eis ſm qd intẽderũt. Ideo autẽ non cadit iustus a demonio. ꝛ ad me nõ appropinquabit.[Quo niã tu dñe]christe[es spes mea].i. corporis tui ꝛ eccl'ie: ꝛ per hoc es spes mea: q2[altissimũ posuisti refugiũ tuũ].i. resurgẽ do ꝛ ostendẽdo altũ fecisti.i. fore ostẽdisti refugiũ tuũ: ꝛ pro altissimis.i. eternis vocuisti ad te fugiendũ: vt iã sperẽt tui se qui quo tu ꝓcessisti. Et ideo[Non accedat ad te]o dñe christe [malũ]vltra[ꝛ flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo].i. carni tue in qua pro nobis militasti. In hoc quidẽ ta bernaculo sensisti malũ ꝛ flagellũ in terra ad qd leuatũ sup celos: vt illuc sit directa spes nostra nõ accedẽt vt prius ma la vel flagella[Quoniã angelis suis mãdauit de te]de tuo ta bernaculo[vt custodiãt te in omnibus vijs]ꝛ opibus[tuis.] Unde in euãgelio. Apparuit ei angelus cõfortans eũ. Et ipsi angeli.[In manibus portabũt te]ascendẽtẽ in celũ: nõ q̃ si ne eis rueres: sed q2 obsequebant tibi regi vt inde misso spũ sctõ soluas credẽtes a reatu legis[ne forte offendas ad lapi dem pedẽ tuũ].i. ne pedes tui: scilꝫ apl'i ꝛ euangeliste oẽs in qb⁹ peragras vniuersas gẽtes offendãt ad lapidẽ.i. in legẽ in tabulis lapideis datã ꝛ sine grã accepta teneant rei in ea: sed a timore legis soluant per amorẽ spũs legẽ implẽtes.]Et su per aspidẽ ꝛ basiliscũ ambulabis]pedib⁹ tuis[ꝛ cõculcabis leonẽ ꝛ draconẽ]in eis. Omnia enim nocumẽta p̃ hec aialia

Luc. 22

(vt supra dictũ est) designata in aduẽtu dñi a pedib⁹ eius.i. a sanctis sunt prostrata. Deinde sunt verba dei cõsolantis vi rum iustum ꝛ ecclesiam in tribulationibus: cui hic defensio nem ꝛ in futuro premia promittit.

14 Quoniam in me sperabit † liberabo eum: prote gam eum quoniam cognouit nomen meum. — † sera- am.

¶ Quoniã in me sperabit]nõ in se vel in alio[liberabo eũ] ab illis tẽtationibus ꝛ a malis seculi omnibus[protegã eũ] a periculis: ideo[quoniã]vere[cognouit nomẽ meũ]creden do, laudãdo, ꝛ alijs nũtiando. Spera ergo in deo ꝛ liberabit te: cognosce nomẽ eius vt ei seruias: ꝛ ꝓteget te ne cadas. ha bes enim de hoc certitudinẽ per dei ꝓmissionẽ. Et quoniã

15 † Clamabit ad me ꝛ ego exaudiã eũ: cũ ipso sũ in tribulatione: † eripiam eum ꝛ glorificabo eũ. — † inuo cabit me † ꝛ exi mam.

¶ Clamabit ad me]orãdo[et]ego[exaudiam eum]finaliter etsi nondũ audio eũ: iam tamẽ[cũ ipso sũ in tribulatione]si cut fidelis adiutor dulcisq3 cõsolator: ne deficiat[eripiã eũ] a malis seculi ꝛ periculis in tẽpore tribulationis[ꝛ glorifica bo eum]post exercitia laboris eternis premijs in celis. libe rat quãdoq3 deus corporaliter: sicut tres pueros vt consum dantur infideles. liberat martyres spiritaliter scilꝫ spũs eoꝝ a carceribus eripiendo vt imitentur fideles. Et tunc

16 Longitudine dierum replebo eum: ꝛ ostendam illi salutare meum.

¶ Longitudine dierũ]per durationẽ.i. vita eterna que nõ ha bet finẽ[replebo eum]q2 sufficit habẽti. hinc alibi dicit. sa tiabor cũ apparuerit gloria tua. Unde nũc sequit[ꝛ ostendã illi]per speciẽ ꝛ apertã visionẽ[salutare meũ].i. christum in maiestate quãdo videbimus eũ sicuti est in natura diuinita tis ꝛ in forma humanitatis quo modo videt ab angelis. hec visio.i. visionis materia: scꝫ deus est tota merces nostra: ꝛ to ta nostra beatitudo est diuina cõtẽplatio. Hunc psalmum in quadragesima, ꝛ in tractu, ꝛ in versiculis ꝛ multis modis can tamus: q2 cũ chr's ieiunauit diabolus eũ de hoc psalmo tenta uit ꝛ victus abscessit. Hũc etiaꝫ psalmum ad completorium quotidie frequentamus: vt quo tempore diabolus magis ni titur ad decipiendum: eo tempore nos magis laboremus ad resistendum.

Ps. 16.

Oratio.

PResta nobis domine per inuocationẽ nominis tui aspidis ꝛ basilisci letalia venena calcare: vt osten sum nobis salutare tuum aduersus insidias inimici spũalis clypei vmbraculo muniamur. Per dñm.

¶ Psalmus de exhortatione ad dei laudem pro diuersis bñficijs suis: ac de finali ipsoꝝ ꝑditio ne ꝛ iustorum retributione. Psal. XCI.

1 BOnum est confiteri domino: ꝛ † psal lere nomini tuo altissime. — † ꝛ tunc psalles nomini dñi altis simi.

Auctor psalmi ꝓpheta Dauid. ¶ Titulus est. Psalmus cãtici in die sabbati.

7 †qui habitat in solitudine. †qui habitant in parietinis.

Similis factus suꝫ pellicano † solitudinis: factus sum sicut nycticorax † in domicilio.

Similis factus suꝫ pellicano solitudinis]illi aui egyptiace que in solitudine solet habitare:q̄r solitudinē causa meroris ꝛ penitētie expetij ꝛ sine humano solatio permāsi[factus sum sicut nycticorax]habitans[in domicilio]vel in parietinis.i. coruus nocturn⁹ vigil ꝛ teter qui noctē amat ꝛ habitat in pa/ rietibus ruinosis sine tecto:q̄r tanq̄ abominabilis hominib⁹ in locis occultis demoratus sum non audens pre erubescen/ tia ꝛ confusione peccatorum parere.Sed quia penitens pec catum suum cognoscit subditur

8 †singularis.

Uigilaui ꝛ factus sum sicut passer: † solitarius in tecto.

Uigilaui]per cognitionē peccati:vel noctē in vigilijs ducē/ do:ꝛ ingemis permanēdo[ꝛ factus suꝫ sicut passer solitari⁹] vel singularis habitās[in tecto]q̄r tecta amaui:nā auolās a cō sortio pctōꝝ exclusi me a cōuersione hoīum. Per has aues diuersa gn̄a penitētiū notari pn̄t. Nā pellicano que est auis nimie maciei ꝛ solivaga cōparant̄ heremite. Nycticoraci ꝟo que in nocte vigilat ꝛ querit escas,similat̄ illi qui a publico remotus dū alij in nocte huius seculi dormiūt vigilat:ꝛ escas anime sibi querit. Passer est ille qui sagax ad alta virtutū su/

git vbi unus est a laqueis: vnde non descendat aliquid tolle re de domo. Ideo vel ad cumulum mali.

9 **Tota die exprobrabant mihi inimici mei: ⁊ q lau dabant me aduersum me iurabant.**

¶ Tota die].i.assidue[exprobrabāt].i.insultabant[mihi inimici mei] verbis iniuriosis ⁊ improperosis[⁊ qui laudabāt me]dū cū eis fruerer vita seculari: ⁊ cū eis essem in insolētijs [aduersum me iurabāt].i.ad me euertendū cōspirabāt: vel simul eodem tēpore ore palā: sed ficte laudabāt ⁊ corde insidias preparabant. Quos diabolus aliter nequit capere: arte quadā vult decipere: facit enim irrideri penitētes: quasi iurēt in eorum detestationem qui prius laudabant eos dum cum eis erant seculares. Et hoc ideo

10 **Quia cinerem tanq̄ panem manducabam ⁊ poculum meum cum fletu miscebam.**

¶ Quia cinerem].i.reliquias pctō℞[tanq̄ panē mādncabā] idest penitēdo cōsumebam: q̄a sicut panis manducādo cōsumitur: sic oēs reliquie peccato℞ ⁊ etiā tenuia.i.leuia peccata per penitētiā debēt cōsumi[⁊ poculū meū].i.tēporalē iocunditatē vel desideriū celestis patrie pro dilatione[cū fletu miscebā].i.cū lachrymis miscui. Nihil tēporale mihi erat suaue: sed celestē patriā tm̄ desiderabam. Ad literā etiā de penitentibus quibusdā auditū est q̄ panē cineri miscebant ⁊ lixiuio conficiebant. Hec autem omnia faciebam

† qm̄ 11 **A facie ire indignationis tue: † quia eleuans † allisisti me.** † leuasti. † elisisti.

¶ A facie ire indignationis tue].i.ab instātia vindicte: ⁊ a presentia penalitatis a tua indignatione p̄cedētis.q.d.talem austeritatē sustinebā considerās aduētū tuū ⁊ futurum iudiciū: ne scʒ grauiorē incurrerē in purgatorio vel in inferno penaʒ p̄pter peccato℞ meo℞ grauitatē[q̄a eleuās]me in honoreʒ faciēdo ad imaginē tuā qua omnia animalia supem⁹[allisisti]⁊ ad terrā cōcussisti[me]peccātē. Nullū eniʒ animal hāc penā miserie sentit ⁊ gehēne nisi homo. Quia eniʒ fecit deus hominē ceteris creaturis rōne meliorē: ideo secuta est dānatio iusta peccantē: hoc verbum dicāt qui aliquādo sancti ⁊ in virtutib⁹ eleuati fuerūt ⁊ postea ceciderūt. Uel possunt quedam iam p̄dicta persone chr̄i cōuenire vbi torporē excutit: ⁊ vt fastidiū repellere debeamus inuitat cū dicit[Similis factus sum]⁊c. Iste tres aues significāt chr̄m[pellicanus in solitudine]chr̄s est solus natus de virgine. Solus eniʒ sic: ideo solitudo. Deinde[nycticorax]in nocte[in domicilio]q̄a in tenebris ignorātie ⁊ cecitatis iudeo℞ tanq̄ in nocte: ⁊ in preuaricatione tanq̄ in domicilio: ⁊ ruinis ipsorum occisus est: postea[vigilauit]in resurrectione[⁊ factus est sicut passer]volitando.i.ascendēdo[solitarius]⁊ singularis[in tecto].i.in celo vbi iterpellat pro nobis.[Tota die]⁊ assidue[exprobrabāt mihi inimici mei]⁊ multa opprobria ingerebāt[⁊ qui laudabant me]adulādo[aduersum me iurabāt].i.cōspirabāt insidiando.[Quia cinerē tanq̄ panē manducabā].i.pctōres penitentiā agētes: qui igne vitio℞ cōbusti erāt carbones emortui ⁊ incinerati incorporabā mihi tanq̄ suauē cibū: ⁊ quēadmodū illos qui erāt habiles ⁊ idonei ad hoc vt essent in corpore meo. Sic eniʒ recepit Mattheū publicanū ⁊ peccatorem: sicut Ioānē virginē ⁊ innocētē[⁊ populū meū cum fletu miscebā].i.eos quibus reficiebar tanq̄ potu sociabā cum flentibus sua peccata: ⁊ tristia penitētie cū letis iustitie adiungebā. Iterū habebāt materiā mihi exprobrādi[a facie ire ⁊ indignationis tue].i.a manifestatione grauioris ⁊ leuioris vindicte quā ego s̄m grauiora ⁊ leuiora peccata mea eo℞ reputatione p̄meruerā: que facies videbat̄ ex eo esse: quia tu[eleuās allisisti me]scʒ sublimē me instituens ⁊ scientia ⁊ virtutibus p̄misisti me subiacere miserijs. Deinde iterū loquit̄ chr̄stus in persona membrorum: vel penitens in persona sua.

12 **Dies mei sicut vmbra declinauerūt: ⁊ ego † sicut fenum arui.** † velut

¶ Dies mei sicut vmbra declinauerūt].i.velocissime ⁊ cum summa festinatione euanuerūt: ⁊ ad modū vmbre quasi obscuri ⁊ vani inutiles ⁊ infructuosi trāsierūt[⁊ ego sicut fenuʒ arui].i.sine rore gr̄e cōtabescēdo defeci. Quēadmodū eniʒ fenum hodie virescit ⁊ cras marcescit: ita homo in hoc seculo de letitia in tristitiā: de salute in īfirmitatē: de felicitate in miseriam: de vita in mortē trāsit. Deinde post afflictionē penitentis ponit̄ subleuatio saluationis: ⁊ primo potestas eius ad hoc faciendū.q.d.hoc ego iuste ⁊ merito patiens defeci.

13 **Tu † autem † domine in eternū permanes: ⁊ memoriale tuum in generatione ⁊ generationem.** † do. † non hʒ

¶ Tu aūt dn̄e in eternū permanes].i.stabiliter sine defectu ⁊ mutatione ⁊ sine potestatis diminutione: ⁊ viges ad me liberandū qui viguisti ad me humiliandū: ⁊ ideo p̄piciari potes cū volueris[⁊ memoriale tuum].i.memorabilis mīa tua que dicit̄ memoriale dei: q̄ nunq̄ obliuiscitur misereri. Uel [memoriale tuū].i.p̄missum memorabile de venia ingemiscētis ⁊[in gn̄atione ⁊ gn̄ationem].i.in oēs gn̄ationes: ⁊ ideo quodāmodo p̄piciari debes. Memoriale vocamus aliquid egregie factū memoria dignū per qd̄ mīa chr̄i itelligēda est. plus.n.opat⁹ est circa gen⁹ humanū ex mīa q̄ ex iustitia. Nā

Memoriale qd̄ appellamus.

14 **Tu exurgens misereberis syon: † q̄a tempus miserendi eius quia venit tempus.** † qm̄ venit tēpus vt. miserearis eius.

¶ Tu exurgēs]⁊ potētiā tuā manifestās prebēdo auxiliuʒ q̄ quasi dormiēs distuleras[misereberis]prius[syon].i.ecclie iudeo℞ incipiēdo ab hierusalē[q̄ tēpus miserēdi ei⁹]venit: sciʒ tēpus gr̄e: ⁊ repetit[q̄ venit tp̄s]acceptabile ⁊ dies salutis: qd̄ durat vsqʒ ad diē iudicij. Uel[misereberis syon].i.ecclesie vniuersali ex pctōrib⁹ penitētibus vt plurimū collecte[q̄ tp̄s miserēdi eius]est. indiget eni nunc mīa. Cōfidat ergo qui agit pn̄iam: qm̄ venit tempus miserendi ⁊ saluandi: dn̄s enim est misericors. Et vere misereberis

15 **Quoniam † placuerunt seruis tuis lapides eius: ⁊ † terre eius miserebuntur.** † bn̄placituʒ habuerūt serui tui in † puluerīs.

¶ Qm̄ placuerūt seruis tuis].i.ap̄lis ⁊ ceteris p̄dicatorib⁹[lapides eius]scʒ syon.i.p̄phete firmi: in quorū eloquijs bn̄placitū habuerūt[⁊ terre eius]syon.i.preuaricato℞[miserebuntur]mūdantes terrenos: ⁊ de terra imaginē dei formātes. de illa enim terra multa milia cōuersa sunt. Uel[qm̄ placuerūt seruis tuis].i.angelis ⁊ p̄dicatoribus[lapides eius]syon.i.ecclesie vl̄is sciʒ sancti qui sunt firmi ⁊ fortes in fide ⁊ perfecti in v̄tutibus[⁊ terre]seu pulueris[eius]ecclesie sciʒ pctō℞ q̄ sunt infirmi ⁊ mīa indigētes[miserebunt̄]procurantes eo℞ p̄motionē in bonum: vt fructū sanctitatis exhibeant.

16 **Et timebunt gentes nomen tuuʒ domine: ⁊ omnes reges terre gloriam tuam.**

¶ Et]inde siue p̄ hoc[timebūt]etiā[gētes]qui mō timere nesciunt[nomē tuū dn̄e]scʒ chr̄ianū: ⁊ cōuertent̄ sicut iaʒ videmus impletū per earū cōuersionē ad deū. Que eni prius idola metuebāt ⁊ demonio℞ nōia inuocabāt: nūc nomē dn̄i venerant̄ ⁊ timēt: ⁊ non tm̄ subdit: sed[⁊ oēs reges terre]time bunt[gloriā tuā].i.gloriosaʒ potētiā tuā maiorē sua. Utrūqʒ ad vtrūqʒ referendū est: q̄ ⁊ gentes ⁊ reges timebūt nomen tuū: ⁊ gētes ⁊ reges timebūt gloriā tuā. Et hoc ideo

17 † **Quia edificauit dominus syon: ⁊ videbitur in † gloria sua.** † qm̄ † maiestate.

¶ Quia edificauit dn̄s syon].i.ecclesiā suā p̄ mūdū. hoc agit̄ nūc vt iā lapides viui in structurā currāt: nō in ruinā: ⁊ edificata syon[videbit̄]dn̄s[in gl̄ia sua]vbiqʒ dilatata. Uel tam

dem videbit̃ glorioſus qui primo viſus eſt infirmus. Naꝫ in edificatione ſyon ⁊ in eccl'ia militãte viſus eſt tñ in infirmitate. at ꝟbo cũ venerit iudicare ⁊ apparuerit in maieſtate ſua ⁊ poteſtate: nunc ⁊ in eccleſia triumphãte videbitur in gloria ſua. Sed anteq̃ꝫ illud fieret vel hoc fiat.

† ex 18 † Reſpexit in orationem humilium: ⁊ non † ſpreuit precem eorum.

† deſpexit dep̃cationẽ.

℄ Reſpexit]miſericorditer[in oõnẽ humiliũ]⁊ pauperũ q̃ ſpũ pleni orabãt vt veniret[⁊ nõ ſpreuit precẽ eoꝝ]min⁹ dixit ſcꝫ nõ ſpreuit ⁊ plus intelligit ſcꝫ q̃ exaudiuit. hoc agit̃ ⁊ modo in edificatione ſyon. Orãt ⁊ gemũt edificãtes: manducant cinerẽ tanq̃ꝫ panẽ ⁊ potũ ſuũ cũ fletu miſcẽt ne in futuro ſero querat̃. inaniter petat̃. fruſtra pulſet̃. foris cũ virginib⁹ fatuis remaneat̃. ⁊ reſpicit dñs in orationẽ eoꝝ. Ora ergo ⁊ curre q̃ꝛ reſpicit dñs in orationem humilium.

† ge 19 Scribãtur hec in † generatione altera: ⁊ populus qui creabitur laudabit dominum.

† generatione alterã

℄ Scribant̃]nũc[hec]que dicunt̃ de miſeratione ſyon ⁊ ei⁹ edificatione[in gñatione altera].i. ad ꝓphetizãdum nouũ teſtamentũ. Uel[ſcribant̃]ab euãgeliſtis ⁊ memoriter teneantur hec que fiunt in edificatione ſyon[in gñatione altera].i. ad opus gñationis alterius: ſcꝫ noue ꝓfutura vt de tãtis bñficijs deũ laudet: ideo ſubdit̃ ⁊ ita[pp'ls]acq̃ſitionis[q̃ creabitur]in bonis op̃ibus[laudabit dñm]de ſua reparatione. Et q̃ꝛ ſupra dixit edificabit dñs ſyon ⁊ iterũ ſcribant̃ hec in generatiõe altera. Modo vtrũq̃ꝫ declarat ſcꝫ quomodo edificauit ⁊ q̃d dixit eſſe ſcribendum dicens.

† q̃m 20 † Quia proſpexit † de excelſo ſancto ſuo: domin⁹ de celo in terram † aſpexit.

† ex alto

† proſpexit.

℄ Quia ꝓſpexit]oculo ſue mĩe[de excelſo ſancto ſuo]ſcꝫ habitaculo. i. de ſinu patris: ⁊ aperit euidẽtius quod dixit[dñs] excelſus[de celo]celoꝝ[in terraꝫ aſpexit]ad humiles. Propheta ꝓpter certitudinẽ dicit vt preterita que tũc adhuc erãt futura ꝓſpexit dñs ex alto vt humiles videret ⁊ inde ad humiles humilis veniret: ⁊ ex alto factus eſt humilis: vt humiles exaltaret. reſpexit vt miſereꝛ̃. deſcẽdit vt vincula quibus nexi eramus abſolueret. Unde ſequitur.

† ge 21 Ut audiret † gemitus compeditorum: vt † ſolueret filios † interemptorum.

† gemitum

† ſolueret

† mortificatorũ.

℄ Ut audiret gemitus cõpeditoꝝ]ſcꝫ ſctõꝝ qui legalib⁹ vinculis aſtricti cũ gemitu orabãt vt deus mundũ a peccatis ſolueret/ vel ſctõꝝ qui ſunt cõpediti timore dei ⁊ diſciplina ei⁹ quibus ligati martyres dura ſuſtinebãt vel penitẽtium qui prius erãt aſtricti rhetibus pctõꝝ[⁊ vt ſolueret].i. liberaret a paternis erroribus vel nodis peccatoꝝ[filios]viuentes in mundo[interemptoꝝ]fraude diaboli: id eſt occiſoꝝ ſeu mortuorum ⁊ damnatorum ne ſic dãnarentur ſicut patres eorũ. Ad hoc autem audiuit ⁊ ſoluit.

† an 22 Ut † annuntient in ſyon nomen domini: ⁊ † laudem eius in hieruſalem.

† annũtietur

† laus

℄ Ut]ſoluti iã[annũtiẽt]primo[in ſyon].i. in eccl'ia p̃mitiua [nomẽ dñi].i. laudẽ de dei eſſentia[et]deinde[laudẽ eius].ſ. opa[in hierl'm].i. in gñali eccl'ia. ad hoc enim a diabolicis ⁊ pctõꝝ laqueis ſoluunt̃ vt laudẽ annũtient in eccl'ia. Uel[vt annũtient in ſyon]que ſpeculatio dicit̃. i. in pñti eccleſia que adhuc p̃ ſpeculũ videt ⁊ gloriã dñi a lõge ſpeculat̃[⁊ laudẽ eius in hierl'm]celeſti que viſio pacis dicitur cui habitatores facie ad faciẽ vidẽtes laudãt eũ in eternũ: annuntient inq̃ꝫ

† re 23 In conueniendo populos in vnum: ⁊ † reges vt ſeruiant domino.

† regna

℄ In cõueniẽdo].i. ad conueniendũ[populos in vnum].i. in vnitatẽ fidei ⁊ moꝝ[et]ſilr[reges]terrarũ ⁊ p̃ncipes populorum ad hoc[vt ſeruiãt dño]vniuerſi. hoc eſt vt faciant magnos mediocres ⁊ paruos cõuenire in eccl'iaſticã vnitatẽ ꝫ vt oẽs ſeruiãt dño qui eis miſericorditer dignatus eſt ſubuenire. Exauditi ſunt ergo qui erãt in ꝓſſura ⁊ humilitate vt eſſet noſtris tẽporibus eccl'ia in tanta gloria vt iaꝫ regna que perſequebant̃ ipſa ſeruiãt dño. Illis aũt annuntiantibus

24 Reſpondit ei in via † virtutis ſue: † paucitatẽ dierum meorum † nuntia mihi.

† fortitudis.

† exiguitatem.

† annuntia.

℄ Reſpondit]eccleſia vocata[ei]ſcꝫ domino credendo. gratias agendo: bene viuendo: gratulãdo: ⁊ obſequendo. non cõtempſit: ſꝫ vocata rñdit ⁊ cõpluta fructũ reddidit. vocata eſt eccleſia: ⁊ rñdit dño q̃ñ quiſq̃ꝫ pctõꝛ grãs ei agit vocatus ab illo. Ille vocat iſte rñdet non voce ſꝫ corde. nõ lingua: ſꝫ vita ⁊ hoc[in via virtutis ſue].i. reuerſus ⁊ poſitus in via virtutis ac grẽ ⁊ pñie ⁊ reſpõdendo orauit. d. O deus[paucitatem]⁊ breuitatẽ[dierũ meoꝝ nuntia mihi].i. breue tp̃s vite mee fac me attẽdere ne trãſitorijs inhereã. valde enim ad eternitatẽ anime ꝓficit cũ ei deus breuitatẽ vite ſue ad memoriã reducit. Nã cũ finẽ ſuũ ꝓximũ cogitat minus eã peccare delectat hinc dicitur. Memorare nouiſſima tua ⁊ in eternum nõ peccabis. vñ ⁊ Hiero. philoſophia vera eſt aſſidua mortis meditatio. Et quia tendo ad eterna.

eccl'i. 7.

Hieronymus.

25 Ne reuoces me in † dimidio dierum meorum: in generatione † ⁊ generationem anni tui.

† dimidio.

† generationum.

℄ Ne reuoces me in dimidio dierũ meoꝝ]p̃ſentiũ. i. ne ſinas me reuocari ad trãſactam vitã pctõꝝ ſed hos dimidios dies ⁊ futuros cõtinuẽ. Cũ nos deus vocat ad ea que ante nos ſũt inuitat: contrarius reuocare eſt cũ ad ea que retro ſunt nos cadere permiſerit: p̃ſentes ꝟo dies quãtũcũq̃ꝫ ſint boni non ſunt niſi dimidij ⁊ imp̃fecti niſi addant̃ eterni. Orat ergo ne eũ in dimidio dierũ reuocet. i. ne hoc q̃ tp̃aliter viuit obliuiſcendo a curſu celeſtiũ ad tp̃alia amãda corruat. Minus eñ eterna diligimus cũ in delectatione p̃ſentis vite oculos cordis intẽdimus. Cũ ꝟo trãſitoria omnia cogitamus magis ad amãda celeſtia excitamur: dies enim mei exigui ſunt ſed[in generatione ⁊ generationẽ].i. in eternũ ſunt[anni tui]qui nõ tranſeũt nec mutant̃ de q̃bus fac me ſatagere. Anni dei eternitas ei⁹ eſt vbi nihil eſt p̃teritũ vl' futurũ: vbi nõ eſt niſi eſt. Quia.

26 † Initio tu domine terram fundaſti: ⁊ opera manuum tuarum ſunt celi.

† in principio terrã tu fundaſti dñe.

℄ Initio]tp̃is[tu dñe terrã fundaſti]q̃ eternitate tua p̃cedis oĩa que feciſti: ſine initio eñi ante creaturas extitiſti[⁊ opera manuũ tuaꝝ].i. verbi ⁊ ꝟtutis[ſunt celi]q̃ꝛ qd̃ ꝟbo facit hoc ⁊ manu. i. virtute: ⁊ per iſta duo. ſ. celũ ⁊ terrã intelligunt̃ oẽs creature a deo facte. Per terrã etiã eccleſia: ⁊ per celos ap̃li poſſunt intelligi in q̃bus celis manens deus intonuit p̃ceptis: corruſcauit miraculis: irrigauit terrã imbre veritatis. Et ſic añ oĩa creata fuiſti/ita poſt mutata p̃manebis. Uñ ſubdit

27 Ipſi peribunt tu autem permanes: ⁊ omnes ſicut veſtimentum veteraſcent.

℄ Ipſi]ſcꝫ celi ⁊ multo magis terra[peribunt]cõflagratione ignis quo ad aliquã diſpoſitionẽ ſcꝫ ſcd̃m qualitatem: de celis ꝓximis terre hoc cõſtat: de ſup̃ioribus aũt certũ nõ eſt. Uel [celi].i. iuſti ſcd̃m corpus[peribũt]ſed in melius mutabuntur in reſurrectione[tu autẽ p̃manes]oĩno ſemp̃ imutabilis qui mutari nõ potes[⁊ oẽs ſicut veſtimentuꝫ veteraſcẽt]a ſtatu in quo ſunt: qd̃ nõ de angelis accipi põt: ſed de mutabilibus ſ. de celis ad lr̃aꝫ. Uel de ſctis q̃ veteraſcẽt ſicut veſtimẽtũ. i. ſcd̃m corp⁹ qd̃ more veſtis ꝯſumit̃ ſꝫ in melius mutabuntur

28 Et ſicut opertoriũ mutabis eos ⁊ mutabuntur: tu † autem idẽ ipſe es ⁊ anni tui non deficient.

† ꝟo.

℄ Et ſicut opertoriuꝫ mutabis eos]celos[⁊ mutabuntur]a

statu suo in melioze: qz iā corruptioni sicut añ nō subiacebūt. vel c.los.i.sctōs mutabis vt vitioꝝ sorde mundati pulchriores fiāt: ⁊ mutabunť ad eternitatē [tu aūt idē ipse es] .i.idem permanes sine mutatione [⁊ anni tui] qui erūt in gñatiōne ⁊ generationē.i.duritia tua que in annis apud nos distinguitur [non deficient] ⁊ nullo fine claudētur: quia eternitas tua immutabilis permanet. Deinde sequitur hilaris conclusio ostēdens ꝙ ⁊ nos ibi esse poterimus

†ibi 29 habitabūt. †seculi.

Filij seruorum tuorum † habitabūt: ⁊ semen eoꝝ in seculum † dirigetur.

¶ Filij seruoꝝ tuoꝝ] .i.aplo̅ꝝ qui per ꝑdicationē eoꝝ in fide sunt geniti: ⁊ nō tm̄ ipsi serui [habitabūt] ⁊ ꝑseuerabūt in tuis annis nō deficiētib⁹ ⁊ eternaliter corā te [⁊ semē eoꝝ] .i.imitatores: ⁊ tota sequēs gñatio electoꝝ [in seculuz dirigeť] .i.in eternū qa semp actu ⁊ ꝯtinue in deū ferenť ⁊ dirigenť ad appetendū eternitatē ⁊ in eternū manebūt. Uel [filij seruorum tuoꝝ habitabūt] ibi.i.serui per bona opa quasi per filios: nemo eniz ibi habitabit nisi per opa sua. Non enim q dicit dn̄e dn̄e: sed q facit voluntatē pr̄is ipse intrabit in regnū celoꝝ [⁊ semē eoꝝ] .i.opa sine qbus nullus intrat: ⁊ vnde fructus eternus metiť [in seculuz] .i.in eternū [dirigetur] qz nihil totū intrat. Noli ergo esse sterilis si intrare ⁊ habitare vis: sed ꝑmitte fetus operū quos sequaris: precedant te opera tua parare tibi epulas eterne refectionis: filij tui te ducant ad terrā promissionis.

Mat.7.

Oratio.

Exorabilis dn̄e intēde in orationē supplicū tuorū: vt qui in peccatis veterē tanꝗ̄ senū aruimus respectu celestis misericordie subleuemur. Per dn̄m.

¶ Excitatio ad dei laudem ⁊ gratiaruz actionem pro multis beneficijs collatis ⁊ conferendis: ⁊ in omnibus eius operibus. Psal.CII.

†dn̄m ⁊ †interiora mea.

Benedic anima mea † dn̄o: ⁊ oia † que intra me sunt nomini sancto eius.

Auctor psalmi ꝓpheta Dauid. ¶ Titulus hic est psalmus scz iste sit ipsi dauid scz vero chr̄o: hoc est laus ista que hic cantatur sit chr̄o nō alij. Post ꝑdictas quidē preces paupis sequūtur hic ꝑconia gaudētis: primo seipsuz ad laudandū deū exhortātis atqz in hoc se ceteris exēplū ꝓponētis. ¶ Materia. enumeratio bn̄ficioꝝ dei multiplicū. ¶ Intētio. monere ad deuotā laudē dei ꝑ tātis suis bn̄ficijs. ¶ Sn̄ia in gñali. Propheta in isto psalmo in ꝑsona cuiuslibet fidelis excitat spm̄ humanū scz ꝓpriū spm̄ angelicū vniuersitatē creaturarū ad laudādū deū: enarrās ⁊ enumerās multitudinē bn̄ficioꝝ collatoꝝ ⁊ cōferēdoꝝ. ¶ Sn̄ia in spāli. Propheta ergo in ꝑsona gñalis iusti loquēs ⁊ qd sibi hoc oībus cōsulens (qz oēs q in chr̄o sunt quasi vn⁹ hō sunt ſm superiorē vim aīe.i.rōnē) exhortať aiaz ad bn̄dicēdū deū dicēs. [Benedic] .i.laudem dic: ⁊ grās redde pro bn̄ficijs o [anima mea dn̄o] ⁊ lauda cū qui dicit sacrificiū laudis honorificabit me. Nō eni habem⁹ qd ei ex tātis bn̄ficijs retribuamus nisi vt eū incessanter laudemus ⁊ nō ficte ⁊ oretenus sz ex intimis oib⁹. Unde subdiť [⁊ oia que intra me sunt] .i.interiora mea scilz oēs cogitationes: oēs vires: bona naturalia ⁊ gratuita benedicite [nomini sancto eius] vt si aliqn̄ foris cessat lingua a laude dei nunꝗ̄ cesset a laude eius affectus iterioris animi: ⁊ si aliqn̄ in laude eius fatigať corpus nunꝗ̄ fatigeť animus: ⁊ sic quicquid est hominis applicetur laudibus diuinis. Et ex intenso affectu idem replicat vt magis exhortetur

†dn̄m ⁊

Benedic anima mea † domino: ⁊ noli obliuisci omnes retributiones eius.

¶ Bn̄dic] inꝗ̄ [aia mea dn̄o] ⁊ vt semp bn̄dicas [noli obliuisci] tanꝗ̄ ingrata [oēs retributiones eius] .i.bn̄ficia que tibi retribuit q bona pro malis reddidit: que vere magna sunt: homo qppe ad imaginē dei factus pro similitudine quā deo debebat reddidit dissimilitudinez: ⁊ pro his malis retribuit deus bona inspirādo penitentiā ⁊ ꝑstando veniā ⁊ alia multiplicia. Cogita ergo oia mala tua: qz ꝗ̄ multa ea sunt, tā multe bone retributiones dei sunt. Nō eniz ante oculos tuos poterūt esse retributiones dei nisi ante oculos tuos fuerint peccata tua. Unde subdit retributiones

3 †propitius fit †languores tuos

Qui † propitiatur omnibus iniquitatibus tuis: qui sanat omnes † infirmitates tuas.

¶ Qui ꝓpitiatur oibus iniqtatibus tuis] originalib⁹ ⁊ actualibus eas remittēdo si volueris ⁊ vere penitueris [qui] post remissionē etiā [sanat oēs infirmitates tuas] que relinquunť ex peccato vt est ꝓnitas ad malū quā sanat impediēdo ꝯsensum: ⁊ difficultas ad bonū quā sanat expediēdo ꝓcessuz. Sanat etiam infirmitates anime nunc fouendo blandis nūc secando asperis ⁊ generaliter omnes infirmitates sanat taz corporales ꝗ̄ spūales ꝗ̄tuz ad salutē anime spectat. Omnipotēti enim medico nullus insanabilis languor occurrit.

4 †corruptiōe. †miseratione ⁊ mīa.

Qui redimit de † interitu vitā tuam: qui coronat te in † misericordia ⁊ miserationibus.

¶ Qui redimit] ꝑcio sui sanguinis [de iteritu] eterno.i.de morte quā incurristi ꝓpter peccatū [vitā tuā] quā perdidisti deū offendendo ⁊ ab eo recedēdo: qui si viceris etiaz [coronat te] post certamē.i.coronare disponit in celestib⁹: nō tn̄ tuis meritis sed [in mīa] sua [⁊ miserationibus] .i.mīe effectib⁹. Coronat nos deus ad gloriā non ex nostra iustitia sed in sua misericordia: non ex nostris operibus sed in suis miserationibus. Post coronam quid agam. Sequitur ⁊ dicit

5 †satiat †sicut

Qui † replet in bonis desiderium tuum: renouabitur † vt aquile iuuentus tua.

¶ Qui] etiā [replet] .i.satiabit [in bonis] celestibus ⁊ eternis que hic desiderabas [desideriū tuum] quo hic ad ea suspirabas. Manifestatione glorie sue nos satiabit. Satiabor inqt cum apparuerit gloria tua. Ibi quidē satietas cū desiderio: ⁊ desideriū cū satietate erit: nec desideriū penā: nec satietas fastidium pariet: ⁊ hoc erit quādo [renouabiť iuuētus tua] scz in futura resurrectione primitiua resumpta imagine vt a veteri in nouū hominē mutaris [vt aquile] que ad senectutem deueniens quibusdā modis in iuuētutem reparatur. Et quomodo id fieri possit demonstrat. Quia est

Ps.16.

6 †eis q iniuriaz accipiūt

Faciens misericordias dominus: ⁊ iudiciū † omnibus iniuriam patientibus.

¶ Faciens] modo ⁊ in futuro [misericordias dn̄s] sed misericordibus: qm̄ ipsi misericordiā consequunť. Illi sunt qui inimicos diligūt: ⁊ in se peccātibus dimittūt, ac indigētib⁹ subueniūt. Nō est aliud vehiculū quo ꝑducamur ex hac vita ad celestē pr̄iaz nisi mīa: sic.n.in te facit mīaz de⁹ si misertus fueris. Sz si nō feceris mīaz sz iniuriā, time: qa ⁊ dn̄s est [faciēs iudiciū] vnde ait. Mihi vindictam ⁊ ego retribuā: ⁊ hoc [iniuriam patientibus] qz punit iniuriam facientes: nec malum relinquit impunitum. Deinde subiungit beneficia antiquis collata vt nos speremus similia.

Ro.12. D.⁊ Ese. 9.a.

7

Notas fecit vias suas moysi: filijs israel voluntates suas.

¶ Notas fecit vias suas Moysi] per quas rite est incedēduz pijs.s.ꝑcepta ⁊ mādata legis: ⁊ ꝑ Moysen notas fecit [filijs israel volūtates suas] qd velit aut nolit per Moysen ⁊ filios israel oēs iustos intellige: qa Moysi.i.ei qui legē spiritaliter intelligit ⁊ filijs israel veris ꝑ fidē deuz cernētibus ⁊ in qbus non est dolus notas facit suas vias ⁊ voluntates. In lege magnū est mysteriū: que ideo data est vt crescēte pctō humilia

renttur superbi: humiliati cõfiterent: confessi sanarent. Iste sunt vie occulte quas notos fecit dñs deus Moysi per quez legẽ dedit: quia peccatum abũdauit vt super abundaret grã. Aliquando enim videt sibi homo sanus ꝛ egrotat: ꝛ ꝙ egrotat: non sentit: medicum non querit. Augetur morbus: crescit molestia: queritur medicus ꝛ sanat egrotus.

8 **Miserator ꝛ misericors dominus: longanimis ꝛ † multum misericors.** († multe mie.)

Miserator [in actu ꝛ exhibitione] ꝛ misericors [in natura ꝛ volũtate est] dñs [ꝛ hoc culpas remittẽdo ꝛ penas relaxando: ꝛ qꝛ misericordiã necessario sequit patiẽtia: subdit] lõganimis [.i. patiẽs dissimulãdo ac peccãtes diu sustinẽdo ꝛ ad pniam expectãdo] ꝛ multũ misericors [multos pctõres mul totiens: ꝛ multis modis reuocãdo ꝛ redeũtes recipiendo: nec est vllũ pctm qd penitẽti nõ remittit: etiã si blasphemus fuerit: nec tm pctã remittit sz ꝛ dona superaddit. Uocat multis modis ad correctionẽ ꝛ pniaz. vocat hñficijs creature. vocat impartiẽdo tẽpus viuẽdi. vocat per lectorem. vocat per intima cogitationuz. vocat p flagellũ correctionis. vocat per misericordiam consolationis. Et vere misericors: quia

9 **Non † in perpetuum irascetur: neqz in eternum † cõminabitur.** († in finem. † idignabitur.)

Nõ in perpetuũ irascet [penitẽtibus: nec eternã exercebit in eis vindictã: sed ꝯsolat pmittẽs irã finiendã] neqz in eternũ cõminabit [de pena eterna: sz ad modicũ tẽpus: qꝛ adueniẽte pnia statim adest dei mĩa ꝛ cõdonat veniã. Jam enim nõ sumus filij ire: qꝛ sublat⁹ est reatus culpe ꝗuis remaneat obnoxietas pene. Age ergo pniaz obediẽdo vocãti ne lõganimitate misericordie dei male vtẽdo thesaurizes tibi iram in die ire ꝛ reuelationis iusti iudicij dei. Ex hoc autem patet ꝙ non irascetur nec cõminabitur in eternum: quia

10 **Non ſm peccata nostra fecit nobis: neqz ſm iniquitates nostras retribuit nobis.**

Non ſm peccata nostra [.i. ſm merita peccatoꝝ nostroꝝ] fecit nobis [qꝛ qd nõ merebamur accipimus cuz gratis bona nobis prestitit] neqz ſm iniqtates nostras [.i. ſm merita iniqtatũ nostrarũ] retribuit nobis [vt mala que meruim⁹ inferret: sz aut nihil respectiue: aut citra cõdignuz nos puniuit: imo cũ digni essem⁹ morte: etiã pro nobis mortẽ subijt: ꝛ post offensaz nos absoluit. nos reddidim⁹ mala pro bonis ipse xpo retribuit bona pro malis. Unde sequitur

11 **Quoniam ſm altitudinem celi a terra † corroborauit misericordiam suam super timentes † se.** († cõfirmauit dñs. † eum.)

Quoniã corroborauit [ꝛ ꝯfirmauit] misericordiã suã [.i. misericordiã roboratã ꝛ indeficiẽtẽ exhibuit spãliter ꝛ maxime] sup timẽtes se [ꝛ penitẽtes: qꝛ tales se humiliãt. Sic leo miseret homini pstrato corã se: ꝛ hoc] ſm altitudinẽ celi a terra [.q.d. sicut celũ terrã valde excedit: ipmqz vbiqz ꝛ vndiqz ꝓtegit: ipsi influit: sine quo ipsa deficit cũ ide sit lux ꝛ aer pluuia ꝛ fructus: sic in infinitũ amplius mĩa dei nrãz miseriã excedit: nos vndiqz ꝓtegit: nobis grãz ifluit: luce sua nos illuminat: spũ replet: spũali pluuia rigat: fructu boni opis fecũdat.

12 **Quantum distat † ortus ab occidente: † longe fecit a nobis † iniquitates nostras.** († oriens. † elongauit. † esse peccata nrã.)

Quãtum distat ortus [solis seu lucis] ab occidẽte [ꝛ a tenebris tã] lõge fecit [.i. elõgauit] a nobis iniqtates nrãs [illas remittendo: qñ eni peccata nobis dimittunt: tũc tã longe sunt a nobis quantũ distat lux a tenebris: imo vt viuus a mortuo sic tũc iustus differt ab iniquo. Quãdo pctã remittuntur tũc occidũt peccata ꝛ orit grã. pctã quasi in occasu sunt. grã qua liberaris in ortu est. ad ortũ attẽdere debes ab occasu auerti. Auertere a peccatis tuis conuertere ad gratiam dei.

13 **† Quomodo miseret pr̃ † filioꝝ misertus est dñs timẽtib⁹ † se: qm̃ ipse cognouit figmentũ nostrũ.** († sicut † filijs sic. † eum)

Quomodo [ꝛ ꝗ paterno affectu] miseret pater [carnalis] filioꝝ [delinquẽtiũ etiã in flagellis] ita misertus est dñs timẽtibus se [ꝛ penitẽtibus de pctis suis. Pater miseret filio cuz eũ verberat vt emẽdet: ita ꝛ dñs corripit nos interdũ vt saluos faciat: nõ tñ derelinquit vt pdat] qm̃ ipse cognouit figmẽtũ nrm̃ [.i. fragilẽ plasmationẽ ꝛ infirmitatẽ nrãz. s. pnitatem ad peccãdũ ꝛ fragilitatẽ ad standũ. Nouit qd fecerit: quo lapsuz sit. quo reficiẽdũ sit. Deinde exponit figmẽtũ subdens

14 **† Recordatus est qm̃ puluis sumus homo † sicut fenum dies † eius: tanꝗ flos agri † sic efflorebit.** († memento † tanꝗ † illius sicut. † ita)

Recordatus est [misericorditer. Tũc dñs quasi obliuiscit qñ nõ miseret: ꝛ tũc videt quasi recordari qñ ei placet misereri] qm̃ puluis sumus [ꝛ origine ꝛ resolutione ꝗtum ad corpus vnde nisi aqs mĩe sue nos irrigasset a quolibet vẽtoruz flatu ꝓijceremur] homo [enim hoc habet ꝙ] sicut fenuz [.i. herba ad modicũ virens ꝛ cito arescẽs est] dies eius [.i. felicitas vel vita eius: vel stat ille nominatiuus homo absolute vt locũ habeat sequẽs relatio. s. eius ꝛ] tanꝗ flos agri [q cito trãsit] sic efflorebit [.i. ad tẽpus paruuz sic florebit. vel] efflorebit [.i. deflorebit ꝛ florere desinet. Attẽde o hõ i h xpu qd sis.

15 **Quoniam spũs pertrãsibit in † illo ꝛ non † subsistet: ꝛ nõ cognoscet amplius locum suum.** († eo † erit)

Quoniã spũs [.i. aĩa in hoĩe existẽs] ptrãsibit in illo [in morte ꝛ egrediet ab eo: ꝛ illo egresso] nõ subsistet [homo: ꝛ tunc oĩs iocũditas viriditatis eius tradit obliuioni] ꝛ non cognoscet [spũs] amplius locũ suũ [.s. corp⁹ in quo habitauit vt reuertat ad habitandũ in eo in hoc mũdo. Talis est vindicta peccati: talis est pena inobediẽtie. Cõsidera ergo hõ in teipso corruptionẽ ꝛ mortalitatẽ quã habes a pctõ: ꝛ ex tua pena recognosce quãta sit culpa nõ custodire dñi mãdata: ꝛ dũ tuaz attẽdis humilitatẽ ꝛ vilitatẽ noli extolli: quicqd eni meli⁹ eris grã illius est: ꝛ misericordia nõ tua iustitia. Unde sequitur

16 **Misericordia † autem domini † ab eterno ꝛ vsqz in eternum: super timentes eum.** († xo † in sclo ꝛ i sclm.)

Misericordia aũt dñi ab eterno [.i. a mũdi pncipio] ꝛ vsqz in eternũ [.i. sine fine. Uel] ab eterno [ꝓposita ꝛ prefinita: qa ab eterno fuit in eo ꝓpositũ miserẽdi] ꝛ vsqz in eternũ [permãsura erit ꝛ manebit nunꝗ deficiẽs in perpetuũ] sup timẽtes eũ [timore casto ꝛ filialis reuerẽtie: q etiã i pñia manebit: sed nõ sup alios sic erit: qꝛ qsqs eũ timere negligit in inferno ꝛ in tormento remanebit. q.d. talis est nã hoĩs: sed per mĩam dei erit eternus. Hinc pũmptionẽ premit: inde spẽ statuit.

17 **Et iustitia † illius in filios filiorum: † his qui seruant testamentum eius.** († eius super † custodientibus)

Et iustitia [remuneratio ꝛ retributio iustitie seu iusta] illi⁹ [idest ab illo exhibita erit] in filios filioꝝ [q sunt imitatores ꝛ heredes patronũ bonoꝝ. q.d. per misericordiã ꝛ iustitiam eius dabit timẽtibus eum eterna merces pro bonis opibus. Et ne omnes pũmant subdit] his qui seruant testamentum eius [.i. precepta dñi custodiũt corde recipiẽdo ꝛ ope adimplendo: intus per fidem ꝛ exterius per operationem. Et ideo quomodo custodiendum sit ostenditur cum subinfertur.

18 **Et † memores sũt mãdatorũ ipsi⁹: ad faciẽdũ ea.** († memoria retinẽtib⁹ mãdata ei⁹ vt faciant ea.)

Et [qui] memores sunt mãdatoꝝ ipsius [non tñ ad sciẽdũ in mẽte: vel ad loqẽdũ in ore: sed] ad faciendũ ea [in ope. i. vt agãt qd didicerũt. Pri⁹ est ergo volũtatẽ dñi i scripturis sanctis ingrere ꝛ postmodũ operãdo fideliter adiplere. Ille enim testamẽtũ dei bene custodit qui dñica pcepta ꝛ memoriter retinet ꝛ bñ operãdo implet. Qd si nimis multa tibi vident: in duobus mãdatis charitatis oĩa implent. Tene ergo

radicẽ

radicem charitatis ꝛ tota arbor est in te: ꝛ certe debemus eē memores ad faciendum: quia

19 **Dominus in celo parauit † sedem suaz: ꝛ regnū † ipsius omnibus dominabitur.**

† thronū suum. † eius oiam.

❡ Dñs] scʒ christus qui ascēdit[in celo]scʒ empyreo tanq̄ in loco digniori ꝛ eminētiori[parauit sedē suā]vt sibi oibus san ctis ꝛ electis elucerct virtus glorie sue. Qui holeʒ assumptuʒ in celū leuauit:ipse sibi ꝛ nobis in celo sedē parauit:sibi vt se deat ad dexterā patris:nobis vt sedeamus in regno patris[ꝛ regnū ipsius]cuius etiā ciues erunt reges[oibus dñabit]q̄ oia ei subycient ꝛ de oib⁹:scʒ bonis ꝛ malis iudicabit. Pre dicit iudiciū futurū ne peccātes insolescāt. Deinde oēs crea turas monet benedicere incipiēs ab angelis. Et dicit

20 **Benedicite † domino † omnes angeli eius potē tes † virtute: facientes verbuʒ † illius ad audien dam vocem sermonum eius.**

† do/minum. † non hʒ † fortitu/dine. † eius

❡ Benedicite dño oēs angeli eius]nuntij veritatis aggaudē tes saluti nostre ꝛ vestre:q̄ꝺ cōgratulādo dicit nō iperando vel monēdo.q.d.qꝺ facitis amore:q̄ quotidie bñdicunt ꝛ lau dant cantādo:sanctus sanctus sanctus ꝛc.qui estis[potētes] ꝛ excellētes[virtute]ꝛ ptāte data vobis a vestro creatore[fa cientes verbū].i.mādata illius ad hoies illico que fuerit lo cutus explētes:ꝛ hoc[ad audiendā].i.ad hoc vt p vos hoies audiant[vocē sermonū eius].i.intelligāt que precepit. Deus enim p angelos manifestat voluntatē suam hominibus.

21 **Benedicite † domino omnes virtutes eius: mini stri eius † qui facitis voluntatem † eius.**

† do/minum. † facien/tes. † ipsius.

❡ Benedicite dño oēs virtutes eius]q virtute illius robora/ti signa ꝛ mira ac queq̄ magnalia operamini diuina virtu te:deīde gñaliter de oibus subdit. O vos alij[ministri eius] qui in alijs gratiarū distributionib⁹ deo ministratis[q faci tis voluntatē eius]quā cū intuētes agnoscitis:ꝛ pro implēda volūtate eius facitis oia que facitis. Si ergo vis benedicere dñm/fac verbū eius:fac voluntatē ipsius. Ois enim male vi uens:ꝛ si lingua tacet vita dñm maledicit:ꝛ etsi hymnū cantat lingua:multos tñ i blasphemiā mittit vita. Et ne te iactes q̄ facis voluntatē eius:q̄ nō est opus tuū sed dei. Vñ subdit

22 **Benedicite † dño omnia opera eius: in omni lo co dñationis eius: benedic aīa mea † domino.**

† do/minum. † domī.

❡ Benedicite dño oīa opera eius]q̄ cū bene viuis ꝛ in bona vita dñm bñdicis,opera eius bñdicūt eū:nō merita tua:ipse est enim qui p te ꝛ in te bonū operat. Vel[bñdicite]ēt[dño oīa opera eius].i.celestia ꝛ terrestria:sciʒ angeli ꝛ hoies p se: alia deo inq̄ntū sunt creaturis intellectualib⁹ mā laudis di uine vt in eis ꝛ de eis benedicat deus:ꝛ hoc[in omni loco do minationis]ꝛ ptātis eius.i.vbiq̄. vñ sicut nulla creatura:sic nullus locus laudi eius excipit:vt q vbiq̄ est ꝛ vbiq̄ domi nat:vbiq̄ bñdicat ꝛ vbiq̄ ei bene viuat:ꝛ qui vndiq̄ est: vndiq̄ illi iubilet. Deinde ꝯcludēdo ad seipm rediēs a quo ꝛ psalmū icepit iterato excitat seipsuʒ ad laudem dei dicens. [Benedic aīa mea dño]iteruʒ ne vnq̄ cesses a laude ipsius: q̄ deus sine fine semp est laudādus. vnde incepit,inde finit. Per quod notat eos qui bonis initijs bonum finem adiun gunt. Hoc autez Propheta non de sua tñ anima: sed ad no stras quoq̄ aīas loquit vt dñm iugiter bñdicant. Oratio.

Sana domine languores populi qui semper pec catoribus sicut pater filijs misereris: vt excepti ab interitu mortis perpetue: te anima nostra be nedicat ꝛ vita clarificet. Per dominum.

❡ **Inuitatio ad dei laudem pro diuersis operib⁹ suis: ꝛ pro multis beneficijs vniuerse creature exhibitis. Psal. CIII.**

Benedic aīa mea † dño: domine deus meus magnificatus es † vehemēter.

† dñm † nimis

Auctor psalmi ppheta dauid. ¶ Titulus talis est:psalmus dauid scʒ pro phete qui vidēs aīo magna ꝛ iocunda dei opera hunc psalmū eructabat cū exultatione. ¶ Materia. Enume ratio diuersoꝝ dei operū ac etiā multoꝝ beneficioꝝ vniuer se creature exhibitoꝝ. ¶ Intētio. Monere ad laudē dei pro huiꝰ opibus ꝛ beneficijs. ¶ Snia in gñali. Propheta in isto psalmo:iterū ex alijs causis horrat ꝛ inuitat seipm: ꝛ exēplo sui oēs hoies ꝛ creaturas ad glorificādū deū.i. ppter magni ficentiā ipsius quā euidēter ostēdit i multis eius mirabilib⁹ ꝛ magnalib⁹. Et si fere cuncta que hic dicunt ad litterā reli giose possint accipi:sunt tñ plena mysterijs. Iuxta litterā ex visibilib⁹ operib⁹ que hic tāgunt inuisibilia dei debēt itelligi: sicut ex fabrice mundialis magnitudine ꝛ pulchritudine fa bricatoris inestimabilis magnitudo ꝛ pulchritudo pōt per pendi ꝛ amari:vt sic tandē possit videri. Spūalis tñ sensus in oibus querēdus est ꝛ pscrutādus. ¶ Snia in speciali. Pro pheta q̄ dei magnalia que mēte cōceperat narraturus visio nis ipsius exultatiōe eructat dicēs[Benedic]o[aīa mea]nō tñ lingua[dño].i.lauda eū pro tantis bñficijs ꝛ muneribus que hic narrant: vt dum bñdicis illuʒ,tu bñdicaris ab illo:ꝛ cōuertēs sermonē ad ipsum ostēdit cām quare sit benedicē dus:q̄ o[dñe deus meus]qui semp es magnus ꝛ magnific⁹ in te ꝛ tua natura:cuius magnitudinis nō est finis[magn⁹ es vehemēter].i. valde ꝛ excellenter in me ꝛ in reliquis sanctis tuis nō crescens in te q̄ psectus es:sed in nobis ꝛ nostra no titia ex cōsideratione operū tuoꝝ in q̄bus magnus inotuisti. Unde autē magnificatus sit demonstrat cum subdit.

Confessionem ꝛ decorem induisti: † amictus lu mine sicut † vestimento.

2 † circū amictus lumen † vesti/mētū.

❡ Confessionē].i.laudē angeloꝝ ꝛ hoiuʒ omniūq̄ creatura rum[ꝛ decorē].i.pulchritudinē[induisti]in creaturaꝝ pdu ctione ꝛ ordinatiōe.i.apparuisti in eis laudabilis ꝛ decorus: q̄ vndiq̄ habes creaturas que te cōfitētur.i.laudāt:ac deco rum ꝛ gloriosum ostēdunt:qui in te es[amictus]ꝛ coopertus [lumine]ineffabili[sicut vestimēto]q̄ lux vndiq̄ tibi est q habitas lucē inaccessibilē. Vel[ꝯfessionē ꝛ decorē induisti] idest ecclesiā in qua est prius cōfessio peccatoꝝ per quā de ponit feditatē. Deinde decor virtutū per quē placet specioso pre filijs hoium:ꝛ es[amictus lumine]sciʒ ipsa ecclesia tua: q̄ ecclesia facta est lux in dño:que prius erat tenebre i seipa [sicut vestimēto.]Ipsa enim est vestis sine macula ꝛ ruga: ipsa est tunica incōsutilis nō diuidēda:prius quidē ponit con fessionē:deinde decorē:q̄ ad decorē iustitie non venitur nisi pcedēte cōfessione:prius ergo de iniquitatibus tuis icipe cō fiteri:ꝛ a cōfessione incipis decorari:decoratus efficeris vesti mentum dei. Et q̄ omnia confitētur:de singulis subsequen ter agit. Et primo de celo dicens. Tu es

Extendens celum sicut pellem: qui † tegis aquis superiora eius.

3 † pro/tegis in

❡ Extēdens celuʒ sicut pellē]ꝛ quasi tectū ꝛ operturā oium super orbē terrarū. Ad litterā. Facultas dei operātis cōmen datur:q̄ plus q̄ tibi facile est extēdere vnā pellē:facilius illi fuit extēdere tam magnū celum. Figurate aūt p celos sacra scriptura accipit:q̄ per eā illuminamur:per pellē mortales hoies itelligunt. pellis enim que mortuis aīalib⁹ detrahitur mortalitatē significat:vnde pmi parētes cū peccauerūt:mor tales facti de pellib⁹ tunicas acceperūt. Celuʒ ergo sicut pel lis extēditur:q̄ sacra scriptura p mortales hoies vbiq̄ pre dicatur ꝛ aperit[qui tegis aquis superiora eius.]Ad litterā quādo iussit vt fieret firmamētū inter aquas ꝛ aquas factuʒ

est vt sunt aque inferiores que perfundunt terram: et sunt aque superiores ab aspectib⁹ hominum remote que tegunt superiora celi. vnde alibi. Aque que sup celos sunt laudēt nomē domini. Quidā dicūt hic p celos itelligi celos aereos vltra quos sunt nubes aquose quas dicunt eē aquas supra firmamētum sub quo sunt aque iferiores in grossa subā: quā expōnē ponit Augustinus sup Ge: ti. et eaz cōmēdat. Figurate aūt per superiores aquas charitas itelligit̄ que in cordib⁹ primis diffundit̄: que quidē super celos est. i. super omnes libros et scripturas. Bene autem his aquis celum tegi dicitur: q: in diuinis libris nihil eminencius charitate inuenitur.

(Ps. 148.)

4 Qui † ponis nubem ascensum † tuum: qui † ambulas super pēnas ventorum.

(† ponit nubes. † eius † ābulat. Act. 1.)

Qui ponis nubē ascēsum tuū]ad litteram. Dñs visibiliter ascēdit i celū: et scriptū est q nubes suscepit eū ab oculis eorum: et de resurrectiōe nostra dī: q rapiemur in nubib⁹ obuiam christo in aera. Figurate aūt predicatores veritatis nubes sunt: q: doctrinis cōpluūt. Extēsa est scriptura sup orbez terrarū: nec desunt nubes que pluūt. i. pdicant verbū veritatis: exponunt̄ oia que obscura sunt. Et sic p nubes corda nr̄a ad intelligētiā scripturarū et ad deū ascēdunt[q ambulas super pēnas ventoꝝ]ad litterā velocitatē venti p pēnas significatā dñs superat p agilitatē operationis q vbiqz p̄sens est: q: velocius q̄ venti currāt operatur. Unde alibi dicit̄. velociter currit sermo eius: cito implēs quicqd vult. Mystice aūt venti sunt anime: et pēne virtutes que sunt in duab⁹ alis. i. in duobus p̄ceptis charitatis: sed charitatē oium charitas chri̅ superat: et ideo sup pēnas ventoꝝ. i. sanctoꝝ per agilitatē charitatis ambulat: et oēs virtutes animarum transcendit.

(Ps. 147.)

5 Qui † facis angelos † tuos spiritus: et ministros † tuos ignem † vrentem.

(† facit † suos † suos † flagrātem. Isa. 6.)

Qui facis spiritus]in suba. i. spūales substātias tibi assistentes eē[angelos tuos]. i. nuntios tue voluntatis cū eos mittis. Spiritus eniz nomē nature est: angelus nomē officij.[et ignē vrentē]. i. spūs supremi ordinis: scz seraphin(qui iterpretantur ardētes)facis[ministros tuos]cū vis. Un̄ in Isaia. Uolauit ad me vnus de seraphin. Uel[q facis angelos tuos spiritus]vt spirent hoib⁹ tuā facere voluntatē[et ministros tuos ignē vrentē]. i. ardentē: vt in alijs lumē veritatis infundant: in alijs peccata cōsumāt. Figurate aūt possumus p spūs itelligere spūales: quos facit angelos suos. i. nuntios verbi sui: et ardentes spiritu et charitate facit ministros suos q alios itendunt et feruere charitate faciunt p verbū dei qd audiūt et vitia in eis cōsumūt: nō eni incēdit q nō ardet. Et iō opz homines anteq̄ p̄dicādi officiū assumāt eē spūales et spū feruētes

6 † Qui fundasti terram super † stabilitatez suam: non inclinabitur in seculum seculi.

(† fundauit. † firmitatē eius)

Qui fundasti terrā sup stabilitatē]et basem[suā]. i. imobilitatē centri sui: dando ei virtutē et firmitatez p quā stat tanq̄ ab illa sustētata et in illa fundata. vnde[nō iclinabit̄]vel cōmouebit̄[in seculū seculi]. i. in eternū in aliqua parte a loco suo totali et a centro mundi in quo ei⁹ virt⁹ sustētiua cōsistit. Quāuis enim trāseat f̄m qualitatē, nō tn̄ f̄m subam. Spūaliter fundauit terrā. i. ecclesiaz sup chr̄m qui est stabilitas huius ecclesie: et oia cōtinet ptāte et nos bonitate. Fundamētuz enim aliud nemo pōt ponere preter id qd positū est qd est Iesus christus: et ideo tali fundamēto suffulta nunq̄ inclinabitur vt deficiet. Terra itaqz non inclinabitur scz

(1. Cor. 3.)

7 Abyssus sicut vestimentum amictus † eius: sup montes stabunt aque.

(† ipsius.)

Abyssus]. i. mare et ois aquaꝝ cōgeries[sicut vestimētuz] sit[amictus eius]scz terre ex omni parte: q: mare et flumina operiunt terrā et vt vestis circundāt eam: excepta vna parte que remāsit arida pp̄ter vitā hoium et aialium que abyssus tpe diluuij: ita excreuit vt et montes operiret. vnde sequit̄[sup mōtes stabunt aque]in tpe diluuij: vbi ponit futurū pro preterito. vel hoc futurū erat referendo ad tēpus quo terra fundata fuerat. Mystice. Propheta ecclesiā futuram in diluuio psecutionū volebat itelligi. Fuit enim aliqn̄ tps quo terram dei. i. ecclesiaz ita cooperuit abyssus. i. multitudo psecutionū vt nec ipsi magni qui sunt mōtes apparerēt. Stabant quippe super montes aque: q: populi resistentes superabant auctoritatē fortiter euangelizantium verbuz dei et preualebāt super martyres. Sed hoc non diu quia

8 Ab increpatione tua fugient: a voce tonitrui tui formidabunt.

Ab increpatione tua]o dñe. i. f̄m ordinationez voluntatis tue ac si eēnt a te increpate[fugient]et recedēt scz aque diluuij ad locū destinatū[et a voce tonitrui tui]. i. venti terribilis et sicci[formidabunt]. i. quasi formidantes cessabūt vt appareat terra: q: per tales ventos cessauerunt. Mystice. Ab increpatione dei fugerūt aque recedētes a pressura montiū et eminēt montes in salutē populoꝝ: q: cor regū in manu dñi fuit qd deflexit quo voluit. Iussit p eos pacem dari christianis et eminuit auctoritas apostolica a voce tonitrui dei facta p apostolos: p nubes: p scripturas: formidāt aq̄ psecutionū: mali. n. cōminatione iudicij timēt. Quibus aquis cessantibus

9 Ascendunt montes et descendunt campi: in locū quem fundasti eis.

Ascēdunt mōtes et descēdūt cāpi]. i. per hūc recessuz aquarū apparuit in terra ascēsus et multitudo montiū et descensus seu planities cāpoꝝ qui prius latebāt sub aquis[in loco quē fundasti eis]. i. f̄m loca in qb⁹ eos a p̄ncipio fundasti. Mystice[Ascēdunt mōtes]. i. sancti in spiritalē pficiūt itelligentiam[et descēdunt cāpi]. i. populi se eoꝝ doctrinis subdūt vt virtutū fructib⁹ et floribus repleātur[in locum quē fundasti eis]in cōuentū ecclesiasticū et faciunt f̄m dona que cōtulisti eis quātū quis pp̄riū donū habet ex te. Alios enim dedit pphetas: alios euangelistas et huiusmodi. Ideo aūt nō seuiunt modo nec dant operam euertere terram: quia

10 Terminum posuisti † quē non transgredientur: neqz † conuertentur operire terram.

(† eis † reuertentur te gere.)

Terminū]et finē. s. alueos pprios[posuisti]. i. aqs oceani et alijs claudēdo eos litorib⁹[quē nō transgredient̄]trāseūdo a loco suo et vltra pcedēdo[neqz cōuertētur opire]. i. non reuertētur et redibūt amplius ab alueis suis vt operiāt[terrā] sicut in diluuio fecerūt. Mystice. Finē impositū transgredi nō pñt aque psecutionū: et si ad oras terre fluctus pstrepunt: etsi adhuc murmurāt: terrā tamē ecclesie diluuio nō opiunt vt iam liceat ecclesie libere p̄dicare. Terminū etiā et moduz aquis tribulationū posuit ne motus eaꝝ sit lōgior aut vehemētior q̄ sit opus. Sed qd fit in terra mūdata seq̄t̄. Et dicit

11 Qui emittis fontes in conuallibus: inter mediuz montium pertransibunt aque.

Qui emittis]et mānare facis[fontes in conuallib⁹]. i. in locis terre humilib⁹ et inde[iter mediū mōtiuz]scz in cōuallibus[ptrāsibunt aque]orte ex illis fontib⁹: sepe enim fontes p̄mo fluunt: et deinde flumina faciūt. Mystice. Emittit[fontes in cōuallib⁹]. i. grām sancti spūs qui sup humilem quiescit prestat humilib⁹ et gr̄e subditis et equaliter[iter mediū montium]. i. ecclesiarū[ptrāsibunt aque]. i. p̄dicatores verbi veritatis irrigādo doctrina et donis celestib⁹ ppl̄m et eque oib⁹ ministrādo: q: aqua dei. i. doctrina nō pp̄ria est alicui et priuata: sed cōis et publica. Uel[iter mediū montiū]qui sunt due spēs supbie quaꝝ vna nascit̄ ex re tēporali: alia ex re spūali: et inter istos duos montes est vallis humilitatis nō declinās

ad aliquā

ad aliquā speciē superbie: in isto medio| ptransibūt aque| gratiarum. Et de his fontibus ⁊ aquis

Hi· 12 scipient. sitim suam.

Potabunt omnes bestie agri: † expectabūt onagri in † siti sua.

¶ Potabūt oēs bestie agri| .i. aīalia regionum| expectabunt onagri| idest asini sylvestres in desertis exīstes| in siti sua| .s. refici p huiꝰ fontes ⁊ flumina. Mystice| Potabunt| de illis aquis spiritalibꝰ| oēs bestie agri| .i. oēs gētiles magni ⁊ pui| ⁊ expectabūt onagri| .i. supbi iudei supba iactantia vagantes tanq̄ in deserto| in siti sua| q̄riq̄z refici ⁊ bibere has aq̄s: q2 supbi iudei differūt bibere vsq3 in tps vltimū: fluunt g̃ ille aq̄ ⁊ inde bibūt timidi ⁊ feri: pui ⁊ magni: gētiles ⁊ iudei vt oībꝰ hec grā ministreť. Tēperata est aq̄ oībꝰ: nullū terret vt vnusq̄sq3 s3 suā sitim ⁊ desideriū capiat: alius plꝰ: aliꝰ minꝰ

Hi· 13 los volatilia. tinhabitabunt † vocem suam.

Super † ea volucres celi † habitabunt: de medio petrarum dabunt † voces.

¶ Sup| .i. iuxta| ea| que dicta sunt .s. ꝯualles ac montes ⁊ flumina| volucres celi| aerei| habitabūt| .i. morabunť| de medio petrarū| ⁊ nemoꝝ| dabūt voces| .i. cātabūt cōgaudētes vicinitati vbi sunt nutriti. Mystice| Sup ea| que dicta sunt scil3 aquas ⁊ huiꝰ| volucres celi| .i. spūales viri cōtēplatione gaudētes celesti g̃ virtutū pēnis ceteros volare docēt| habitabūt| q2 auctātibꝰ apostoloꝝ ⁊ sanctoꝝ nō suis cordibꝰ innitenť: ⁊| de medio petrarū dabūt voces| q2 in medio ecclesiarū apuerunt os suū ad docēdū populū ⁊ collaudādū deum. Vel| de medio petrarū| .i. de ꝯcordi auctē sanctoꝝ vel duorum testamētoꝝ in q̄bꝰ sonat xp̄s| dabunt voces| p̄dicationis. Emittis inq̄ fontes in cōuallibꝰ ⁊ cetera p̄dicta facis

14 **Rigans montes de superioribus suis: de fructu operum tuorum satiabitur terra.**

¶ Rigans| etiā o deus| mōtes de supiorib9 suis| .i. de aq̄s in supioribꝰ ptibus celi gn̄atis: q2 cōualles ⁊ cāpi riganť fontibus ⁊ fluminibꝰ: s3 mōtes indigēt rigari pluuijs vt ibi etiam crescat herba aīalibus opportuna| de fructu operū tuoꝝ| .i. de effectu pluuie qd̄ est opus tuū| satiabiť terra| .i. fecundabitur. Mystice| Rigans mōtes| .i. apostolos ⁊ predicatores| de supioribꝰ suis| .i. de celestibꝰ que sunt ipsis altiora: spūali enim gratia corda coꝝ rigauit effundēs sup eos spm̄ sanctum: ⁊| de fructu operū tuoꝝ satiabiť terra| q2 de spiritali doctrina apostoloꝝ ⁊ p̄dicatoꝝ reficiť ecclesia. Et bene nō de fructu montiū: sed operū tuoꝝ dr̄: q2 q̄cq̄d in virtutibꝰ sanctoꝝ agiť illius est gratie q̄ merita largiť. Terra inq̄ sic irrigata

15 **Producēs fenū iumētis: ⁊ herbā s̄uituti hoiu3.**

¶ Producēs fenū iumētis| .i. ad pabulū ⁊ nutrimētū iumentoꝝ| ⁊ herbā seruituti hoiu3| .i. iumētis que in cultu terre seruiunt hoibus. Mystice. Terra p̄ducit fenū .i. terrenū subsidium| iumētis| .i. p̄dicatoribꝰ q̄ iumenta facta sunt: q2 onera ecclesie portauerūt ⁊ in eadē laborauerūt. Iustū est enim si iumētum in terra laborat vt terra iumēto suo fenū p̄ducat: debēt sancti viri ab eis corporalia stipēdia pcipere q̄bus student spiritualia ministrare| ⁊ herba3| .i. tēporalia| seruituti hoiu3| .i. p̄dicatoribꝰ seruis hoium pro xp̄o ⁊ ex charitate factis: ⁊ est expositio precedētis. Nota per herbā ⁊ fenū intelligi victus simplicitatē. Hoc autem est necessarium

16 **Ut educas panem de terra: ⁊ vinum letificet cor hominis.**

¶ Ut| per coꝝ laborē| educas panē de terra| .i. frumētū vnde fit panis q̄ est hoiu3 nutrimētū: ⁊ silr| vinū| educas vt| letificet cor hois| nō inebriet: sed sobrios reddat ⁊ spūalē leticiam inducat. Mystice. Ut p coꝝ p̄dicationē| educas pane3| scz xp̄m: ipse est enim panis q̄ de celo descendit| de terra| .i. hoibꝰ in terra habitātibꝰ ⁊ terrenū corpus gestantibꝰ q̄ p eorum doctrinā credūt ⁊ xp̄m cōfitenť| et| educas| vinū| scil3 spūale interiorē hoiem reficiens: vt| letificet cor hois| spūali leticia ⁊ inebriet vt obliuiscať terrenoꝝ: quo vino nō solū letificari: s3 ⁊ inebriari debemus sic vt videať illa ebrietas in operibꝰ nostris in sancto amore iustitie in alienatione mētis nostre a terrenis in celum: vt educas etiam de terra oleum

17 **Ut exhilaret faciem in oleo: ⁊ panis cor hominis confirmet.**

¶ Ut| homo| exhilaret| .i. letificet| faciem| .i. mētem sua3| in oleo| ex eius sapore ⁊ cōdimēto: vel loquiť more antiquorū q̄ vngebāt facies suas in signū leticie. Et q2 vtilitatem vini ⁊ olei diperatiō etiā vtilitatē panis subdit dicēs| et| vt| panis cor hois cōfirmet| corpus reficiēdo. Mystice| vt exhilaret| .i. letificet ⁊ hilarē faciat| faciē suā| .i. mētē| in oleo| .i. in gratia spūssancti: q̄ quos repleuerit letos ⁊ hilares reddit: ⁊ gratiosos apud alios efficit: letificať enim hō in se ⁊ hilarať ad p̄ximū ad impēdēdū qd̄ habet ex charitate| ⁊ panis| spiritualis: scz xp̄s| cor hominis cōfirmet| in bonis: quia panis cordis est ⁊ dat vitam mundo.

18 † sa tiabunť omnia.

† Saturabuntur ligna campi ⁊ cedri libani quas plantauit: illic passeres nidificabunt.

¶ Gloria] scȝ testimoniū bone cōsciētie [ꝛ diuitie] sancte virtutum sunt [in domo eius] idest in cordis secreto: ꝛ cōsciētia vbi ipse cohabitante domino opulētius habitat cum spe vite eterne ꝙ̄ diuites seculi in marmoratis pallatijs cū timore mortis eterne [ꝛ iustitia eius] .i. merces iustitie eius: ꝛ hoc est gloria eius: he sunt diuitie eius que cū habet a deo [manet in seculum seculi] idest in eternū: quia propter meritum sue iustitie eternaliter premiabitur: quasi dicat non est temporaliter beatus: tanto ergo verior est iusti gloria: quanto sempiterna: tanto meliores sunt eius diuitie: quanto semper māsure. Et hec omnia inde sunt: quia

4 Exortū est in tenebris lumen rectis †: misericors ꝛ miserator ꝛ iustus†.

¶ Exortum est] ꝛ illuxit [in tenebris] huius mundi vt eas pellat [lumen] gratie ꝛ sol iustitie [rectis] corde .i. iustis: ꝛ subiungit qḋ est illud lumē scȝ dominus [misericors] natura ꝛ quātum ad habitū misericordie dum expectat [ꝛ miserator] exhibitione: ꝛ quātum ad actum miserendi dum iustificat [ꝛ iustus] reddendo ſm opera dum remunerat. Si peccator es noli diffidere veniā: quia misericors ꝛ miserator est. Si Xo superbus es ꝛ cōfidis de clementia dei: noli esse negligēs: qa ꝛ iustus est. Sȝ ne formides ꝛ ne terreat te iustitia beate vir q times dn̄m: sȝ fac qḋ seqṫ: ꝛ nō nocebit tibi iustitia dei: qꝛ

5 † Jocundus homo qui miseretur ꝛ cōmodat † disponit sermones suos in iudicio: † quia in eternum non cōmouebitur.

¶ Jocundus] .i. gratus est deo. Uel [iocundus] .i. hilaris sit [homo] ille [qui miseretur] in corde ꝛ animo condonando ꝛ ignoscēdo alijs offensas ꝛ peccata quo sibi veniā mereatur [ꝛ cōmodat] in opere ꝛ facto erogando alijs pecunie vel laboribus ꝛ huiusmodi beneficia vt ei in futuro detur: hilarē eniȝ datorē diligit dominus. De his duobus benignitatis officiis dicitur in euāgelio. Dimittite ꝛ dimitteṫ vobis: date ꝛ dabitur vobis: ꝛ talis [disponit sermones suos] .i. rationes facias faciēdas [in iudicio] futuro: qꝛ hec facta sunt quasi sermones quibus defendetur in iudicio: hoc enim nō erit ei sine misericordia: qꝛ ipse fecit misericordiā [quia in eternū nō cōmouebitur] idest nunꝗ̄ a gloria domini separabitur: quia

6 In memoria eterna erit iustus: † ab † auditione mala non timebit.

¶ In memoria] dei [eterna erit iustus] .i. pius ꝛ misericors: qꝛ scriptus est in libro vite: ꝛ iustitia eius coram deo nō trāsibit in obliuionē: sed manebit in memoria vt remuneretur: semꝑ enim in ꝑsentia domini apparebit: sic semꝑ beata visione illius fructur: ideo [ab auditione mala] que fiet in misericordibus quibus dicetur. Ite maledicti in ignē eternū [nō timebit] qꝛ est de misericordibus ꝗbus tunc dicetur. Uenite benedicti patris mei possidete regnuȝ. Et qꝛ hec in futuro erunt iustorum: ideo interim nō sua querit: sed que sunt chri: labores patienter sustinet: ꝓmissa fideliter expectat. Unde subditur

7 Paratum † cor eius sperare in domino: cōfirmatum est cor eius: non cōmouebitur donec † despiciat inimicos suos.

¶ Paratū] ꝛ promptū est [cor eius sperare in dn̄o] nō in mūdo: nō dicit simpl'r sperare: sed ꝑponiṫ paratū cor eius. Frustra eniȝ in dn̄o sperat qui prius cōscientiā nō parat. Et spes est infructuosa cuius nō est munda cōsciētia. Debemus igitur cor nostrū parare ꝛ peruersas cogitationes: illicita desideria:

pravas

3 † non habet. † huius iustitia

4 † est de † dn̄s deus.

5 † Homo iocundus vir. † dispo- sat. † qui

2. Cor. 9.

Luce. 6.

6 † et † audi- tio malo

Mat. x. Ibidem

7 † est † videat super

prauas voluntates abycere si in dño volumus vtiliter spe/rare. Nec vllis temptationibus frangit̃: qa [confirmatũ est cor eius] per grẽ ⁊ virtutis habitũ: ac in celestibus positum: ⁊ in amore christi fixũ vt nulla re seculi mollescat: ⁊ nec extollat̃ psperis: nec frangat̃ aduersis [⁊ non cõmouebit̃] a iustitia ⁊ spe sua: qꝛ corde in terra non figit̃: sed incõmutabilia amat: ⁊ ideo incõmutabiliter perseuerat [donec] existens in terra vi/uentium inde [despiciat inimicos suos] quoscũqꝫ scilꝫ visibi/les ⁊ inuisibiles quorum transcẽdit persecutiones ⁊ temptatio/nes. Et propter hoc futurum

† spar/ sit. 8 † **Dispersit dedit pauperibus iustitia eius manet in seculũ seculi: cornu eius exaltabit̃ in gloria.**

2. Cor. 9. ¶ Dispersit] sua tpalia bona per multos seu multis: qꝛ plus est oio multoꝝ q̃ vnius hominis: ⁊ [dedit] liberaliter ⁊ gra/tis nõ sub obtẽtu beneficij sibi reddẽdi [pauperibus] ⁊ indi/gẽtibus christũ representantibus: nõ diuitibus vel adulato/ribus ⁊ similibus [iustitia eius] .i. iustitie retributio ⁊ fructus [manet in seculũ seculi] qꝛ meritũ sue iustitie eternaliter pre/miabitur [cornu eius] .i. potentia ⁊ sublimitas illius cuius hu/militas a superbis cõtẽnebatur in terra [exaltabit̃ in gloria] eterna: qui enim hic humilis fuit, ibi potestatẽ habebit. Gre/gorius notat q̃ melius dicitur iustitia q̃ misericordia. Justi/tia enim est dare pauperibus qꝛ eis debetur. Unde cuꝫ pau/peribus tribuimus non nr̃a largimur: sed sua eis reddimus. Unde ⁊ Augustinus. Quere q̃tum tibi deus dederit ⁊ ex eo tolle tibi qd̃ sufficit. Cetera que superflua sunt pauperũ sunt. Res aliene possidentur cum superflua possidentur. Erogari sibi vult deus ex illo qd̃ dedit. Quid enim das qd̃ ille nõ de/dit: Quid enim habes qd̃ nõ accepisti: Unde etiaꝫ Ambro: Esurientium panis est quẽ tu detines: nudorũ vestimentum qd̃ tu recludis: captiuoꝝ redẽptio ⁊ absolutio pecunia quã in terra defodis. Non sunt ergo superflua retinẽda nec diui/tibus ⁊ vnde viuant habentibus: sed pauperibus eroganda: alioquin ⁊ retinens ⁊ tam erogans q̃ recipiens timeant sibi de rapina. Deinde post bona iustorum quibus hortatur enu/merat mala iniquorum quibus terret: dicens

Grego.

August.

Ambro.

† fren/ det. 9 **Peccator videbit ⁊ irascetur: dentibus suis † fre/met ⁊ tabescet: desideriũ peccatorum peribit.**

¶ Peccator] ⁊ impius [videbit] hoc ad suã penã scꝫ humileꝫ exaltari seqꝫ ꝯfundi [⁊ irascet̃] sibi ⁊ cõtra seipsum eo q̃ nõ fecit bona sed sera ⁊ infructuosa erit illius penitẽtia [dẽtibus suis fremet] per penã exteriorẽ in eo loco positus vbi erit fle/tus ⁊ stridor dẽtium [⁊ tabescet] .i. marcesset inuidia de feli/citate aliena [desideriũ peccatoꝝ] qd̃ hic in pñti habuerũt vi/ta circa delectationes ⁊ solatia peribit: ⁊ deficiet nullo succe/dẽte solatio cũ omnia velut vmbra transient ⁊ feno arescẽte flos decidet: quia desiderium eorum tñ de temporalibus ⁊ transitorijs fuit.

Oratio.

Lumen perpetuum rector cordium deus concede nobis te diligere: tua gloria iocũdari: ⁊ sic disperge/re in hoc seculo vt careamus auditu aspero in fu/turo. Per dominum.

¶ **Psalmus de exhortatione fidelium ad dei lau/dẽ ꝓpter sui excellentiã ⁊ ad sectandã humilita/tem laudatoribus necessariã.** **Psal. CXII.**

1 **Laudate pueri dominum: laudate no/men domini.**

Alle. quid interpetat. **Auctor** psalmi ꝓpheta Dauid. ¶ Titulus huius psalmi alla inscribit̃: quod laudate dñm interpretatur: quia in eo ad laudan/dum dñm inuitamur. Sed in hoc distat a duobus p̃cedenti/bus q̃ primus monuit exemplo: scd̃s de beatitudine laudan/tium sententiose tractando: hic ꝰo tertius directo sermone au/ditores exhortãdo. Et est ordo pulcherrim⁹ tanq̃ dicat. Ego laudo ⁊ beatus qui laudat: ergo vos ⁊ exemplo monitũ ⁊ pre/mio ꝓuocati laudate dñm. ¶ Materia. Laus dei ⁊ exaltatio humiliũ. ¶ Intẽtio. Monere ad laudis diuine p̃coniũ. ¶ Sẽ/tentia in gñali. Propheta in isto psalmo monet deuotos vt deũ iugiter laudẽt: ⁊ vbiqꝫ predicẽt: ipseqꝫ facit qd̃ alios mo/net .i. deũ laudat. ¶ Snia in spãli. Ad laudẽ ergo monẽs ostẽ/dit qui: ⁊ quẽ: ⁊ q̃diu: ⁊ vbi: ⁊ quare laudẽt dicẽs. [Laudate] o vos [pueri] .i. omnes deuoti simplices: ⁊ pueri puritate cor/dis, oris, ⁊ operis: ⁊ paruuli nõ sensu sꝫ malitia ⁊ maxime su/perbia .i. humiles: qꝛ tales soli digne laudãt [dñm] in essentia extollẽdo maiestatẽ eius. Nec solũ laudetis deũ in se: sꝫ etiaꝫ in suo nomine: vñ subdit̃ [laudate nomen dñi] p̃dicãdo vir/tutes ⁊ opa eius qbus noiatus est: ⁊ famosus: vel ita operan/do vt alij vidẽtes opa vestra bona glorificẽt patrẽ vestrum qui in celis est: ⁊ de bonis seruis laudetur bon⁹ dñs. Nec ad horam putetis me imperare laudem: sed

Sit nomen domini benedictum: ex hoc nunc ⁊ vsqꝫ in seculum. 2

¶ Sit nomẽ domini benedictum] .i. sicut est in seipso benedi/ctum sic benedicatur a fidelibus: ⁊ sic laudibus predicatum non ad horã sꝫ [ex hoc] .i. ex quo ceperũt hoies credere ⁊ lau/dare ⁊ [nũc] hoc est in presenti [⁊ vsqꝫ in seculum] .i. sine fine hoc est semper ⁊ omni tempore ⁊ in eternum: nã ⁊ antea sem/per fuit benedictum. Semper enim laudandus est qui sem/per est. Nec in vno loco tñ impero laudari: sed

A solis ortu vsqꝫ ad occasũ † laudabile nomẽ dñi. 3 † lau/date.

¶ A solis ortu vsqꝫ ad occasuꝫ] .i. in oi loco ⁊ vbiqꝫ sit [lauda/bile nomẽ dñi] ⁊ laudib⁹ extollẽdũ: vt q vbiqꝫ est, vbiqꝫ lau/detur. q.d. non pauci sed omnes partes mundi conueniant in laudibus dei: per circuitũ enim solis significat̃ hic mũdus in quo toto laudãdus est deus. Nomẽ ergo dñi est laudandum ⁊ glorificandum semper ⁊ vbiqꝫ omni tẽpore ⁊ loco vt nũq̃ ⁊ nusq̃ cesset ipsius laus ⁊ bñdictio. Ideo aũt semꝑ ⁊ vbiqꝫ ⁊ ab omnibus dominus est laudandus: quia

Excelsus super omnes gẽtes dominus: † ⁊ super celos gloria eius. 4 † non habet et

¶ Excelsus] est dñs: scꝫ celsitudine nature ⁊ potẽtie [sup oẽs gẽtes] .i. hoies: qa oẽs sibi sũt subiecti [⁊ sup celos] .i. angelos ciues celestes: est [gloria] ⁊ sublimitas [eius] qa excedit oẽm altitudinem angeloꝝ: vel per gentes omnia terrena: per ce/los omnia celestia notat: vt per hec duo oẽs creaturas: scilꝫ celestes ⁊ terrestres indicet sibi subiectas. Et qꝛ talis est ⁊ tã/tus: ideo merito est laudãdus. Deinde sicut docuit ita ⁊ facit. q.d. vere dominus est excelsus super omnes.

Quis sicut dñs deus noster qui in altis habitat: ⁊ humilia respicit in celo ⁊ in terra: 5

¶ Quis] eni altus .s. in hoibus vel celestibus est [sicut dñs de⁹ noster] .q.d. nullus q per se possit vt ipse: ipse est [qui in altis habitat] .i. in sanctis quo dono eius alti sunt qui in terris po/siti: in celis tñ cõuersant̃ [⁊ humilia] scꝫ eosdẽ in quibus habi/tat [respicit] intuitu misericordie [in celo ⁊ in terra] existens. Sãcti enim qui hic in terra sunt humiles, apud deuꝫ sunt al/ti: ⁊ hi sunt in celo per libertatẽ spũs: ⁊ quãdo eleuãtur in cõ/tẽplatiua: ⁊ in terra per habitationẽ carnis: ⁊ quando humi/liantur in actiua: respicit inquã humiles

† **Suscitans a terra inopem: ⁊ de stercore † eri/gens pauperem.** 6 † qui erigit. † exaltat

¶ Suscitans] per solã gratiã [a terra] .i. a labe corporis [ino/pẽ] prius ⁊ adhuc q̃diu gemit in corpore. Uel [a terra] .i. ab amore terrenoꝝ [inopẽ] .i. nihil habẽtẽ ⁊ omnia possidẽtem [⁊ de stercore] .i. vitioꝝ putredine ⁊ sorditate vt ea tanq̃ ster/cora reputet [erigẽs pauperez] spiritu ⁊ abiectum vt ei sicut

prius carnis vitia non dominent: de terra eni ⁊ puluere ere*Eccli.10* xit nos quibus dicitur. Quid superbis terra ⁊ cinis. Suscitat inquam ⁊ erigit ad hoc

7 **Ut collocet eum cum principibus: cum principibus populi sui.**

¶ Ut collocet eum] ⁊ sedere faciat non iam in terra ⁊ stercore inter inopes ⁊ pauperes: sed in sede honoris ⁊ glorie [cum principibus] idest cum angelis ⁊ [cum principibus populi sui] .i. cum patriarchis prophetis ⁊ apostolis qui spiritualiter prefuerunt populo dei. q.d. ad hoc suscitat inopē ⁊ erigit pauperem vt ad tantam potentiam ⁊ gloriam perducat q' addat eum celi ordinibus qui sunt ex angelis ⁊ hominibus: deinde exponit vbi suscitat ⁊ erigit in ecclesia: scilicet que ante sterilis erat: nunc xpo est fecunda. Unde sequitur

† non s bz qui. † **Qui habitare facit sterilem in domo: matrem filiorum letantem.**

¶ Qui habitare facit sterilem] scilz ecclesiam de gentibus [in domo] .i. in ecclesia iudeorum inter ipsos iudeos vt in lapide angulari duo parietes cōiungant ⁊ fiat vnum ouile [matrē] scilicet factam [filiorum] spiritualium ⁊ ideo [letantem] de fecunditate sibi collata: q2 iam sunt multi filij deserte: hec nostra mater ecclesia prius: scilicet ante aduentū sponsi sterilis erat a filiorum spūalium ⁊ bonorum operum generatione: nunc xpo est mater filiorum ⁊ operum fecunda ⁊ leta in vna domo habitans super fundamentum apostolorum ⁊ prophetarum sitariam de filiorum multitudine ⁊ virtutibus ⁊ pulchritudine letatur. Oratio.

Laudantes benedictum nomen tuum omnipotens deus rogamus vt nos in sinu matris ecclesie collocatos charitatis tue facias stabilitate connecti. Per dominum nostrum.

¶ Psalmus de laude pro mirabilibus ⁊ beneficijs pplo israel in exitu de egypto: ⁊ chrīanis i recessu spiritali ab h sclo exhibitis. Psal.CXIII.

1 **In exitu israel de egypto: dom⁹ iacob de populo barbaro.**

Auctor psalmi propheta Dauid. ¶ Titulus qui hic inscribitur alleluia inuitat nos ad laudē dei ex alterius cōsideratione negocij q' in premissis psalmis tribus etiā ad laudem dei pertinētibus. Sicut eni populus hebreus fuit de egypto liberatus: sic ⁊ quotidie per christū peccatores a Pharaone diabolo liberātur. Propheta ergo per magna miracula illi populo exhibita christū mūdo datum annunciat. Nam illa miracula figure mysteriorum christi ⁊ ecclesie erant. Unde non tā preterita hic narrantur q' futura predicantur: quia in illis gestis futura signabuntur. ¶ Materia. Beneficia ⁊ miracula hebreis in figura: ⁊ christianis in spiritu a deo exhibita. ¶ Intētio. Inuitare ad dei veri cultum ⁊ laudem ob istorum beneficiorum exhibitionem. ¶ Sententia in generali. Propheta in isto psalmo cōmemorans bn̄ficia a deo exhibita pplo hebreo in exitu de egypto que spiritualiter sumpta fuerit populo christiano in exitu a peccato dicit ex his gloriam nomini diuino non alteri tribuendam: ⁊ insuper simulachra gentium inania probat: ⁊ religionem dei commendat. ¶ Sententia in speciali. Incipiens ergo propheta a mirabilium narratione ait. [In exitu] populi [israel de egypto] ⁊ idem sub alijs verbis repetens subiungit [domus iacob] quia totus israel descēdit de iacob qui alio nomine dictus est israel [de populo barbaro] .i. gētili ⁊ extraneo: q2 omnes populi dicuntur barbari *August.* exceptis hebreis: grecis: ⁊ latinis: non est enim: vt dicit Augustinus lingua nostra sed barbara que deū laudare non nouit q.d. cū populus israel de egypto .i. de populo barbaro exiret.

2 **Facta est iudea scificatio ei⁹: israel potestas ei⁹.**

¶ Facta est iudea sanctificatio eius] .i. sanctificatus est populus ille in iudea: idest in terra promissionis colēdo verū deum que terra erat ante per idolatrias polluta ⁊ [israel] factus est [potestas eius] terre idest potens factus est in ea: qui eni in egypto fuerant serui, ibi facti sunt domini.

3 **Mare vidit ⁊ fugit: iordanis cōuersus ē retrorsū.** *Exo.14 Josue.3.*

¶ Mare] rubrum [vidit] populum de egypto exeuntem .i. ad modū videntis ⁊ intelligentis voluntatem domini se habuit [⁊ fugit] se diuidendo ⁊ dando populo iter vt sicco pede transiret ⁊ [iordanis conuersus est. retrorsum] reuertendo ad locum originis ⁊ eleuando se ad modum collis.

4 **Montes † exultauerunt † vt arietes: ⁊ colles † sicut agni ouium.** *† gestierunt. † velut † velut*

¶ Montes exultauerunt vt arietes: ⁊ colles sicut agni ouium] Metaphorice loquitur: quia causam exultationis dederunt ipsis filij israel inclinantes se in aduentu eorū quasi applaudendo. Nam magister in hystorijs innuit hoc dictum de scopulis torrentium arnon qui in transitu filiorum israel inclinati leguntur. Hec autem predicte figure sunt. Per israel ergo ⁊ iacob intelligitur christianus populus qui prius est Jacob .i. luctator post israel .i. videns deum. Per egyptum xo que interpretatur tenebre seu afflictio intelligitur seculum a quo spiritaliter ⁊ mente est recedēdum. Sic enim quisq3 hierusalem celestis idoneus ciuis fit cū primo huic seculo renūtiauerit quēadmodū ipse populus in terram promissionis duci nō potuit nisi prius ab egypto recederet. Sed sicut ille nō inde discessit nisi diuino liberatus auxilio: sic nemo corde ab hoc seculo auertit nisi diuine misericordie munere adiuuet. Sicut ergo populus ille cum exiret de egypto sanctificatus ⁊ potens factus est in iudea: ita christianum populum exeuntem de peccatis ⁊ confitentem fidem trinitatis sanctificat cōfessio. Judea enim cōfessio interpretatur: ⁊ per eā factus israel fit potēs ad resistendum peccatis ⁊ vt filius dei fiat. Et hoc [mare] idest gentilitas vel seculi peccatores [vidit] ⁊ intellexit scz sanctos predicatores supplantatores vitiorum ⁊ animas vidētes deū [⁊ fugit] idest non potuerūt resistere apostolis: q2 deus erat in illis ⁊ sic cesserunt ⁊ fluxerunt vt tibi sine contradictione ad libertatem spiritualem via panderetur [⁊ iordanis] qui interpretatur descensus .i. humiles baptizati [conuersus est retrorsum] .i. ad eum vnde orti sunt redierunt. Et tunc [mōtes] scz apostoli ceteris preeminētes [exultauerūt] ⁊ gauisi sunt: quia peccatores conuersos viderūt [vt arietes] idest vt totius gregis dominici duces ⁊ principes duobus testamentis quasi duobus cornibus muniti [⁊ colles] dicti a colendo .i. minores qui semen fidei receperunt, exultauerūt [sicut agni ouium] humiles ⁊ innocentes lacte adhuc indigētes ab arietibus per euangelium in fide generati. Sed *Egyptus quid inter pretatur. Colles vn de dicti.*

5 **Quid est tibi mare q' fugisti: ⁊ tu iordanis quia conuersus es retrorsum?**

¶ Quid est tibi] o [mare q' fugisti] ⁊ tu] o [iordanis] quid est tibi [quia conuersus es retrorsum] Et o vos

6 **Montes † exultastis sicut arietes: ⁊ colles † sicut agni ouium?** *† q̄re gestastis velut. † velut*

¶ Montes] qd fuit vobis q' [exultastis sicut arietes] ⁊ o vos [colles] quid fuit vobis q' exultastis [sicut agni ouiū?] .q.d. Unde venerunt ista mirabilia in mari rubro in iordane in montibus ⁊ collibus. Interrogat quare hec facta sint vt admirationem excitet. Et quasi respondens questioni secunde de montibus ⁊ collibus subiungit.

7 **A facie dn̄i † mota est terra: a facie † dei iacob.** *† commota. † dn̄i.*

¶ A facie] .i. a presentia [dn̄i] descēdētis [mota est terra] ⁊ ex

terre motu ad p̄sentiā dei facto hoc puenit.[a facie]r pre- sentia[dei iacob]qui nō est deus recens. Ex hoc etiā p3 solu- tio prime questionis de mari r iordane:qa factum est ad pre sentiam dei qui hoc voluit fieri.q.d.a diuina voluntate pro- cesserunt omnia:cui etiam obediunt insensibilia

Exo. 17. † rupes

8 **Qui conuertit petram in stagna aquarum:r † ru pem in fontes aquarum.**

Qui]etiā[cōuertit petrā in stagna aquar]sc3 faciēdo vt de petra fluerēt aque abūdāter. Nā Moyse eleuāte manum r percutiēte virga bis silicē egresse sunt aque largissime[r ru- pē in fontes aquarū]repetitio est euidēs sub aliis ꝟbis. Hec etiā sp̄ualiter intelligunt ac si diceret.Quid est tibi o seculares qr tua ipedimēta cesserūt:Et qd est vobis o tot milia credē- tiū toto corde huic mūdo renūciātiū q̄ ad vestrū deū cōuer tertimini:Itē qd est q̄ gaudetis o duces r fideles dispensa- tores ꝟbi vitalis:Et qd est q̄ gaudetis o subditi r minores q tēporalia nō relinquitis:sed bene disponitis:Qui responde- bunt.Ideo gaudemus:qa[a facie dn̄i].i.a cognitione r p̄ntia dn̄i:qr de' in suis p̄dicatoribus erat q dicit.Ecce ego vobiscū sum vsq3 ad cōsumationē seculi[mota est terra].i.hoīes ter- reni a sua superstitione ad cultū dn̄i:q est de' iacob.i.luctātiū r vitia supplātantiū. Ipse est etiā[qui cōuertit petrā in stagna aquarū r rupē in fontes aquarū] Ista petra r ista rupis est xp̄s qui seipsū prius durū cū ignoraret liquefecit vt de eo mānarent aque grārū r doctrinarū.de eo eni quattuor flumi- na hoc est q̄tuor euāgelia exierūt r totū mundū irrigauerūt. r ipse misit sp̄ritūsanctū:de quo dicebat. Si qs sitit veniat r bibat.Sed iā grā cōmendatur cum subinfertur.

Matth. 28.

Ioh. 7.

9 **Non nobis dn̄e non nobis:sed noi tuo da gloriā.**

Non nobis]iudeis o[dn̄e nō nobis]gentibus[sed nomini tuo da gloriā]de p̄dictis mirabilibus r b̄n̄ficiis.i.fac vt inde nomē tuū glorificet r nō nr̄is meritis:nō nr̄is virib' ascriba tur.Grā qdē ista nō quasi ex opibus r meritis p̄cedētib' da- ta est:sed miserāte illo q iustificat ipiū ne vilā suā3 hoies sed nois dei quererēt gloriā: r nec nomē ei' glorificet in oīb' gē- tibus:qa pro bonis gratis vobis datis apparet gloriosus:glo ria eni est cui dat immeritis:da inquā gloriā nomini tuo

† mi- sericor- diā r ve- ritatē tuā.

10 **Super † misericordia tua r veritate tua:nequan do dicant gentes vbi est deus eorum.**

Super misericordia tua r veritate tua].i.de mirabilibus r b̄n̄ficiis que fecisti misericorditer pro populo tuo:vt imple- res p̄missor tuor veritatē[nequādo dicāt gentes]blasphe- mādo[vbi est deus eor.]Si eni non adimplesset p̄missa r nō fecisset ista videret gētibus q̄ sua virtus defecisset r suos saluare nō potuisset:hoc sepe impii imputant bonis afflictis dicentes:vbi est deus eor:hoc etiā solēt nobis dicere gentes que habēt deos visibiles:qa inuisibilē deū colimus.Sed iam tot mirabilibus factis pro nobis respondemus eis.

† que

11 **De' aūt noster in celo:oia † quecūq3 voluit fecit.**

Deus aūt noster]est[in celo]sursū:qa oia corpora celestia r terrestria trāsgredit:r ibi magis relucet sua potestas r glo- ria qui tā potēs est in celo r in terra q̄ hic r ibi[oia quecūq3 voluit]vel in corporalibus vel in sp̄ualib'[fecit]per qd om- nipotēs apparet:r ita ex factura poterūt cōprobare factorē r opibus sentire dei p̄sentiā.Desistāt ergo hoies 9 eū loq co- gitare vel operari p̄curiose:qr suū facere r iudicare cōsistit in sola voluntate.Noster qdē deus talis est r tam potens appa ret ex operib' q̄ ipsi non possunt dicere de diis suis:quia

12 **Simulachra gentiu3 argentum r aurum:opera manuum hominum.**

Simula- chra gē.

Simulachra gētiū].i.idola r imagines quas tanq̄ deos co lūt.Et dicit simulachrū qr ad similitudinē alicui' hois mor- tui fictū:sunt[argentū r aurū]quo ad materiam de qua sunt quā fecit de':hoc est sunt creatura nō creator:habēt quidē3 gētiles r lignea r erea r marmorea r terrea:sed p̄ciosiora po nit quor materia charior habet:r qbus maior reuerētia ex- hibet:vt q erubescit in his facilius erubescat i ceteris:r sunt [opa manuū hoīum]quo ad formā stultitia hoīum supaddi- tā:hoc est sunt factura non factor.Sūt ergo manu hoīu3 for mata:sed nō habēt mēbror officia.Unde subdit

13 † enis

Os † habent r non loquentur:oculos habent r non videbunt.

Os habēt]sc3 s̄m hoīs similitudinē[r nō loquent].i.nō ha bent loquēdi potētiā:hō ergo illis melior est qui loquit. hoc eni p̄priū est homini:scil3 loq:cetera ꝟo que sequunt cōmu- nia sunt homini cū beluis vt nō solū hoies sed etiam beluas scias simulachris esse anteponendas.Sequitur[oculos hūt] scilicet in apparentia r non in veritate[r non videbunt].i.ca rent debita oculorum operatione

14 Ps. 134.

Aures habent r non audient:nares habent r nō odorabunt.

Aures habent]s̄m apparentiam non s̄m veritatē[r nō au dient]nec possunt in operationem auribus deputata3[nares habēt]in apparentia r non in veritate[r non odorabūt]nec gaudent narium operatione

15 † cō- trecta- bunt. † faucib' suis.

Manus habent r non † palpabunt:pedes habēt r nō ambulabūt:non clamabūt in † gutture suo.

Manus habēt]s̄m apparentiā nō s̄m veritatē[r nō pal- pabūt]nec possunt in debitā manuū opatione hoc etiam sy- mie possunt que manibus cōtrectāt r meliores illis sunt[pe des habēt]similitudinarie r nō vere[r nō ambulabūt]exercē- do pedū officiū:r silr l3 videant hēe guttur[non]tn̄[clama- būt in gutture suo]nec hn̄t eius vsum. Unde melior est illis bestia:que si nō loquit:clamorē tn̄ h3 in faucibus. Meliora ergo sunt animalia bruta que r vitā r sensum habent:etsi pu det adorare bruta animalia:multomagis simulachra que r vita r sensu carent.Et quia talia sunt simulachra

16 † oēs Ps. 134.

Similes illis fiant † qui faciunt ea:r omnes qui confidunt in eis.

Similes illis]sc3 simulachris[fiant]carēdo vita sp̄uali si- cut illa sensibili. In animo siles efficiunt dum nō emendan- tur:qr mente insensibiles facti nec vidēt nec intelligūt nec di scernūt. Non optat hoc sed predicit.Uel[similes illis fiāt].i. similes se eis esse intelligāt vt dissimiles fieri laborēt[qui fa ciūt ea]per sculpturā vel fusurā[r omnes qui 9fidūt in eis] r ea adorāt nō solu3 qui faciūt. Nihil eis peius esse potest q̄ vt diis suis similes:sc3 muti:ceci:surdi:r oino insensibiles in- tus fiant. Moraliter vniuscuiusq3 hominis simulachrum r deus est qd veneratur r colit sicut auari deus pecunia:castri margi deus vēter r sic de similibus[Os habent r nō loquē- tur]veritatē r iustitiā defendēdo vel que ad eos pertinēt ore nō exercēdo.[oculos]sc3 corporis[habent]ad cōcupiscēdu3 tēporalia[r nō videbūt]oculis mētis ad cōtēplandū eterna [aures habēt]corporis[r nō audiēt]precepta dei aurib' au- diēdi r cordis[nares habēt]corporis[r nō odorabūt]intus chr̄i bonū odorē:de quo dicit Apl's. Bonus odor sumus deo. [Manus habēt r nō palpabūt]bn̄ operādo[pedes habēt r nō ambulabūt]in via dn̄i r de virtute in virtutē[nō clama- būt in gutture suo.] Illi clamāt in gutture quor vox p̄cedit ex corde:garruli ꝟo r laudiloqui in labior summitate. Bo- ni ꝟo claustrales sensus suos cohibētes[os habent r non lo- quent]inutilia vel nociua[oculos habēt r nō videbūt]vana ad cōcupiscēdū vel delectandū[aures habent r nō audient] detractiones r q edificāt[nares hn̄t r non odorabūt]illicita [Manus hn̄t r nō palpabūt]tāgēdo illicita vel opando ma la aut inutilia[pedes hn̄t r non ambulabūt]alicubi sine licē-

2 Cor. 2.

tia vel ad mala[nō clamabunt in gutture suo]silentiū frangendo vel in corde murmurando. Ita gentes cōfidunt in simulacbris qui iuuare non possunt. Sed

† aūt 17 **Domus † israel sperauit in dño: adiutor eorū ꝛ protector eorum est.**

❡ Domus israel].i. subditi in eccl'ia[sperauit]qd̄ nō videtur [in dño]mūdo abiecto: ꝛ ideo vt perduret vsqꝫ in finē patiētia eoꝝ[adiutor eoꝝ]in bonis agēdis[ꝛ ꝓtector eoꝝ est]ꝯ mala iminētia: bene aūt nō solū adiutor sed ꝛ ꝓtector dñs dicitur: nisi eni ipse adiuuerit nihil possumus facere: nisi protegēdo custodierit exercitia in quibus adiuuamur non possunt prodesse. Ne autē videatur maioribus iam esse res que minoribus adhuc est spes addit

† non 18 **Domus aaron sperauit in domino: adiutor † eorum ꝛ protector eorum est.**
† hꝫ eorū.

❡ Domus]etiā[aaron].i. etiā ordo pontificū ꝛ sacerdotū qui ceteris sūt ꝓlati[sꝑauit in dño]nō in mūdo: ꝛ ideo dñs[adiutor eoꝝ]vt ꝛ ipsi ꝑseueranter extendant̄ in ea que ante sunt: ꝛ currant donec apprehēdāt[ꝛ ꝓtector eoꝝ est]ne eis noceat̄: Ideo minoꝝ ꝛ maiorū est dñs adiutor ꝛ ꝓtector: qr vtriqꝫ timent dñm ꝛ vniuersaliter omnes in ecclesia

† veri 19 †**Qui timent dominum sperauerunt in domino: adiutor eorum ꝛ protector eorum est.**
† qꝫ eni timent dominū ꝛ sperauerunt in dñm.

❡ Qui timēt dñm]in omni gente[sperauerūt in dño]non in alio. Omnis multitudo fideliū ꝛ vl'is ecclesia l his verbis cōprehendit̄ ꝛ dñs[adiutor ꝛ protector eoꝝ est]modo ꝓdicto. Spes ꝛ timor beatos faciunt: ꝛ sunt due mole inter quas debet moli ois chr̄ianus. Ut fiat panis coram deo reponēdus. Si speras ꝛ nō times presumis: si times ꝛ non speras desperas. Spes ad alta ꝓficiētes ꝛ de virtutibus cogitātes ptinet: timor vo ad inchoātes: ꝛ peccata sua per penitētiā corrigendo ad misericordiam recurrentes. Et hos eniꝫ ꝛ illos pius ꝛ misericors dñs adiuuat ꝛ ꝓtegit. Et quia nullis nostris meritis preuenimus misericordiam dei sequitur

† nos 20 **Dominus memor fuit nostri: ꝛ bñdixit † nobis.**

❡ Dñs]qui quasi oblitus videbat̄[memor fuit nostri]ostendēdo beniuolētiā suā erga nos ſm modū loquēdi hoiūm qñ quis facit nūc bonū qd̄ ꝑus non faciebat[ꝛ bñdixit nobis]of bñdictione spirituali bona spūalia dādo ꝛ multiplicando. Et exponēs qbus benedixit: declarat pmo in minoribus. d.

† do- 21 **Benedixit † domui israel: bñdixit † domui aarō.**
mum. † domū.

❡ Benedixit domui israel].i. subditis in ecclesia: scdo in maioribus: scilicet prelatis[benedixit domui aaron].i. pontificibus ꝛ sacerdotibus suis. Tertio generaliter in omnibus deū colentibus: hoc est in vniuersali ecclesia dicens.

† oēs 22 **Benedixit † omnibus qui timent dominum: pusillis cum † maioribus.**
timētes † magnis

❡ Benedixit oībus qui timent dñm]timore casto: ꝛ hoc sine personarū acceptione. Unde subdit[pusillis cū maioribus]idest indifferēter oībus iperfectis ꝛ ꝑfectis. Nullū genus ꝛ nullus gradus excludit̄ hoiūm: dū tñ timeāt dñm. Sed qa benedictio dñi semꝑ crescit in eis qui in eius seruitute ꝓficiūt: hñ psalmista iprecādo illis bonoꝝ augmētū subiūgit. d.

23 **Adiiciat dominus super vos: super vos ꝛ super filios vestros.**

❡ Adiiciat].i. apponat ꝛ addat dñs: scꝫ bñdictionem ꝛ bona [suꝑ vos]o pres ꝛ magistri[suꝑ vos]inq̄[ꝛ suꝑ filios vr̄os]idest discipulos ꝛ imitatores. Et ita factū est. Accessit enim fides oīum gentiū ꝛ creuit numerus: nō solū sapientiū antistitum ꝛ magistroꝝ: sed etiā obedientiū populoꝝ ꝛ discipulorum adiiciēte dño nō solū super patres: sꝫ etiā suꝑ filios eorū: ꝓinde vtrisqꝫ pusillis ꝛ magnis dicit ꝓpha: qd̄ sequitur

Benedicti vos a domino: qui fecit celum ꝛ terrā. 24

❡ Bñdicti]estis[vos]vtrisqꝫ scilꝫ pres ꝛ filii[dño].i. honori dñi vt ei seruiatis. Uel[a dño]per astificationē gratie in ꝓsenti ꝛ glorie in futuro[q fecit celū].i. aplos ꝛ maiores: de qbus dicit̄. Celi enarrāt gloriam dei[ꝛ terram]scꝫ populū: ꝛ minores qui respectu maiorum sunt sicut terra ad celū. Hoc autē
ps. 18.

Celum celi dño: terrā autem dedit filiis hominū. 25

❡ Celū]dedit[celi dño]qm̄ apostolos ꝛ maiores subdidit filio suo qui celi ꝛ terre dñs est: qa illi magnū soli dans dociles sunt: ꝛ per ipsum vbertatē sapiētie captūt[terrā autē].i. subditos ꝛ minores[dedit filiis hoiūm].i. apl'is ꝛ maioribus vt vomere predicationis ꝛ doctrine excolant ad fructificandū: ꝛ quia alia est multitudo reproba que ad istos non pertinet que a domino non benedicitur sed maledicit̄ subiungit de ea: ꝛ conuerso sermone ad dominum dicit

Non mortui laudabunt te dñe: neqꝫ omnes qui descendunt in infernum. 26

❡ Nō mortui]in pctis ac tibi ꝛ a te qui es vera vita ꝓ̄tatitatibus suis separati[laudabūt te domine]qa non est speciosa laus in ore pctōris[neqꝫ oēs].i. aliqui oīum[qui descēdūt in infernū].i. in ꝓfundū vitioꝝ: scꝫ laudabūt te: qa ipsus cū venerit in ꝓfundum malorum contēnet. Illi inqꝫ laudabunt.

Sed nos qui viuimus benedicimus dño: ex hoc nunc ꝛ vsqꝫ in seculum. 27

❡ Sed nos qui viuimus]vita grē in ea persistēdo ꝛ te verā vitā sequēdo. i. quos viuificabit diuina grā in bonis opꝫibus qui fidē ꝛ opa habemus[benedicimus dño].i. laudamus dominum: tales enim dñm digne laudare possunt sicut scriptū est. Rectos decet laudatio[ex hoc]idest ex quo incepimus. ꝛ[nūc]scꝫ modo ꝛ ꝓgrediēdo[ꝛ vsqꝫ in seculū].i. sine fine: qr ex h tpe vsqꝫ in eternū laudādus est dñs. Oro.
ps. 32.

Esto nobis domine adiutor ꝛ protector in te sperātibus: ꝛ memor nos fecisse de terra da vt semper viuamus in laude superna. Per dominum.

❡ **Psalmus de gratiarū actione pro exauditione orationis liberati a multis periculis: ꝛ de oratione pro requie inueniēda post huiusmodi beneficium liberationis.** Psal. CXIIII.

Dilexi quoniam exaudiet dominus: vocem † orationis mee. 1
† depcationis.

Auctor psalmi ꝓpheta Dauid. ¶ Titulus est all'a. i. laudate dñm: hic titulus sepe iterat̄: qa laudatio dei ꝛ dignitas est operis ꝛ preciū est laboꝝ. i. ꝛ meritū est ꝛ ꝓmiū. ¶ Materia. Grāꝝ actio de exauditione orationis pro liberatiōe a malis: ꝛ oratio pro requie post huiꝰ grām liberationis. ¶ Intētio. Monere ad dei laudē ꝛ in omni afflictione recurrere ad deū per orationē. ¶ Snia in gn̄ali. Propheta in isto psalmo in ꝓsona cuiuslibet fidelis ad magnā ꝛ instantē petitionē suā de ꝓfunda pctōꝝ fouea vel de afflictione spūali siue corporali se diuinitus liberatū esse recognoscēs grās agit: ꝛ iterū orat vt liberatus ad requiē veniat. Et est iste psalmus ꝯsolatio fideliū cōtra dolores seculi. In hoc etiā psalmo ꝛ tribus sequētibꝰ ipsum sunt alie ꝛ alie rōnes laudādi deū. ¶ Snia in speciali. Propheta ergo in ꝓsona liberati grās agēs deo ait.[Dilexi]scilꝫ dñm non ꝓpter tpalia bona mihi data vt infideles: sed [qm̄ exaudiuit]ipse[dñs]sicut certitudinaliter spero[vocē orōnis mee]in angustiis. Quia dilectionē spes boni futuri solet accēdere: inde dilexisse se dicit: qm̄ sꝑauit exauditurū deū vocē orōnis sue. Tria nobis cōmēdant̄ in hoc versu: scilicet fides: spes: ꝛ charitas. fides eni orat: spes futura prestolatur: charitas corroborat fidē ꝛ spē: sꝫ fides ꝛ spes nutriūt charita

tem: maxime eni deũ diligim⁹ ꝓpter inuisibilia ⁊ eterna que speramus ⁊ credimus. Inde aũt spero: quoniam exaudiet

† Quia inclinauit aurem suam mihi: ⁊ in diebus meis † inuocabo. — 2 † qꝛ † inuocaui

Quia [iam] inclinauit aurẽ suã mihi [dicit per similitudinem auris dei mĩa ipsius quã videt inclinare cũ nos clemẽter dignat audire: aurẽ singulariter suã inclinauit quãdo filiũ suuz nobis misit ⁊ pro nobis in mortem dedit. Inclinatio ergo sue auris ꝓbatio est future exauditionis: ⁊ idcirco in hoc ego expertus misericordiã [inuocabo [eũ ⁊ eius auxiliuz [in diebus meis] .i. in dieb⁹ mee miserie quos mihi feci peccãdo q sunt pleni laboris ⁊ doloris. Uel [in diebus meis] presentib⁹ .i. in diebus salutis mee tẽpore scz acceptabili. Modo enim ⁊ in hac vita tñ sunt dies nostri ad inuocandũ. Ex necessitate aũt magna compellor inuocare: quia

Circundederunt me dolores mortis: † ⁊ pericula inferni inuenerunt me. — 3 † non habet et.

Circũdederũt me dolores mortis] .i. vehemẽtissime tentationes peccati: que pariũt dolorẽ mortis: vel ipsa etiaz peccata que sunt causa doloris ⁊ mortis eterne que mors erit in inferno: vnde sequit [⁊ pericula inferni] .i. debita ⁊ reatus penarũ inferni [inuenerũt me] aberrantẽ abs qz te: ⁊ expositum malis ita vt in inferno puniar nisi adiuuer in tentationibus istis ⁊ liberer a peccatis. Ego ꝟo ea nõ inueniebã: qa prosperis seculi gaudebam: in qbus plus fallunt inferni pĩcula: ⁊ suffusus carnali voluptate nõ animaduerti mala me circũdãtia. Illa ĝ mala prius inuenerunt me nesciẽtẽ: sz post ẽt ego tũ dẽ

4 Tribulationem ⁊ dolorem inueni: ⁊ nomen domini inuocaui.

Tribulationẽ] .i. afflictionẽ ex timore [et] per ꝯsequẽs [dolorẽ] interiorẽ de periculis [inueni] qꝛ per illã afflictionez ex timore inueni ⁊ cognoui meã miseriã interiorẽ quã nesciens habebã: scz dolores mortis ⁊ pericula inferni: prius enim vana me seducebãt ⁊ vtilitas tribulationis me latebat: q̃ tribulationẽ deus infert homini ad vtilitatẽ: qꝛ per flagella exteriora cognoscit homo suã miseriã interiorẽ: ⁊ ideo cognita mea miseria [nomẽ dñi inuocaui] in his tribulationibus ⁊ periculis satagẽdo vt per eũ liberarer ab ipsis. Inuocaui inq̃ .d.

5 O domine † libera animam meã: misericors dominus ⁊ iustus: ⁊ deus noster miseretur. — † eruee

O dñe] qui potes omnia [libera animã meaz] ab his miseriis ne tãtis perplexitatibus inuoluta pereat in eis: ⁊ nullus dubitet liberari si deuote clamauerit: qa [misericors] est [dominus] parcẽdo delictis: ⁊ mĩ iustus: quia flagellat pro eis ne misericordie remissio credat inutilis [⁊ de⁹ noster] iterũ [miseret] qꝛ recipit ad beatitudinẽ quẽ flagellat. Nec tñ amarũ debet esse q flagellat, q̃ dulce qđ recipit. Erige aures peccõr misericors est dñs: sed noli esse negligẽs: sequit eniz [⁊ iustus ⁊ deus] inq̃ [noster miseret] nõ dicit de p̃terito: sed p̃senti vt semper eũ misericordẽ ostẽdat. Semel etiã iustum posuit ⁊ bis misericordẽ: qꝛ non tanta habeo bona quanta mala. Incipiunt grauare pctã mea ⁊ vincit in sua mĩa. Miseret inq̃: qꝛ

6 Custodiens paruulos dominus: humiliatus suz ⁊ † liberauit me †. — † saluuz † fecit.

Custodiẽs] est vt pastor [paruulos] idest humiles [dñs] vt grãdes faciat heredes. Si qs se humiliat huius miseret dñs ⁊ eũ custodit: ⁊ quanto minor qs est apud hoĩes: tanto maior est apud deum. Et experto credite: qꝛ ego [humiliatus sum] veraciter corã ipso [et] ideo [liberauit me] ab angustiis meis sua gratia ⁊ virtute. Deinde hortatur animam suam vt conuertatur ad deum: vnde requies est. q.d. Et quia dñs est misericors ⁊ custodiens paruulos: ergo

Conuertere anima mea in requiem tuam: qꝛ dominus benefecit tibi. — 7

Conuertere [o] anima mea] affectione ⁊ desiderio [in requiem tuã] .i. ad deum in quo solo est tibi mẽtis requies: non tamen desidia vt operari cesses. Et merito cõuertere [quia dñs benefecit tibi] ⁊ multis periculis te liberãdo ⁊ custodiẽdo ⁊ varia dona tibi dando. Talis actio debet esse anime que tendat ad quietã securitatẽ non que augeat inquietũ laborem. Requies nostra chris est deus noster. Si qñ fuerimus in angustia ⁊ cepit nos cogitatio captiuare in pctm̃ dicamus. Cõuertere anima mea in requiem tuam. Ita bene fecit

† Quia eripuit animam meam † de morte: oculos meos a lachrymis: pedes meos a lapsu. — 8 † qꝛ exemit † a

Quia eripuit aiam meam de morte] infidelitatis peccati ⁊ eterna [oculos meos a lachrymis] pro lapsu ⁊ peccatis [pedes meos] ⁊ affectus [a lapsu] ⁊ periculo peccandi de morte infidelitatis: potest intelligere homo fidelis iam ereptaz esse animam suam eo ipso quo ex infideli fidelis effectus est. Eripuit etiam in presenti a morte peccati: sed in futuro eripiet a morte eterna. Cetera ꝟo duo spe cõpleta sunt in eis que nõdum ex hac vita emigrauerunt: sed non in re. Nunc enim cũ lapsus nostros periculosos cogitamus non cessant oculi a lachrymis. Tunc autẽ eripiet oculos nostros a lachrymis qñ ⁊ pedes a lapsu. Unde subiungens non ait placeo: sed

Placebo † domino: in regione viuorum. — 9 † in cõspectu dñi.

Placebo dño] perfecte in futuro qñ nullus erit lapsus: nullum infirme carnis lubricum. ⁊ hoc [in regione viuorũ] idest eternaliter viuentium: scz in celesti regno ⁊ gloria beatorum vbi nemo morit. Ibi enim anima semper viuit: ibi cum corpore de imortalitate letat. vbi satis ostẽdit ab ea parte nõdũ se placere deo que est in regione moriẽtiũ .i. in carne mortali. qꝛ in p̃nti seculo ꝑfectus iustus nemo esse põt: nec eniz mũdus a peccato: nec si vnius diei fuerit vita eius. Oratio.

Absolutor peccaminum domine qui animam te fideliter inuocantẽ velociter ꝯsolaris: rogamus, vt nos a periculis inferni erutos in regione viuorum ablata peccati morte restituas. Per dominum.

Psalmus de cõstantia fideliũ ⁊ sctõꝝ martyrum in fide ⁊ ꝯfessione, ꝓpter chr̃m alios ad hoc ip̃m suis ꝟbis ⁊ exẽplis ꝓuocãtiũ. Psal. CXV.

Credidi propter quod locutus suz: ego autem humiliatus sum nimis. — 1

Auctor psalmi ꝓpheta Dauid. ¶ Titulus est alleluia: voce laudis congrue pretitulatur iste psalmus: qa in hoc psalmo verba sunt martyrũ qui ꝯfessione viguerũt ⁊ premia dei ꝯsecuti sunt. ¶ Materia. Constãtia fideliũ ac sanctoꝝ martyrũ in fide ⁊ cõfessione. ¶ Intẽtio. Monere ad dei laudẽ: pro donis istis fidelibus collocatis. ¶ Sñia in gñali. Propheta in⁹ isto psalmo loquit in ꝑsona martyrũ inuictoꝝ quãta pro fide ꝑtulerũt: aliis referẽtiũ vt sui exẽplo ꝯstãter in passionibus se haberẽt: ⁊ cõmemorat dei bñficia .s. fidẽ ⁊ cõfessionẽ: qꝛ crediderũt in fidẽ chr̃i nõ obstãtibus multis ⁊ magnis tribulationibus publice cõfessi sunt: ac gloriosam mortẽ pro chr̃i noie ⁊ catholica fide cõstanter susceperunt. ¶ Sñia in spãli. Propheta ergo in persona martyrũ cõmemorãs dei bñficia ait. [Credidi] .s. vere ⁊ ꝑfecte [ꝓpter qđ locutus sum] .i. cõfessus sum cõstanter ea que credidi nõ negaui cibaria cõferuis: non tacui corã speculatore. Credẽti necesse est loq. Non eniz perfecte credit qui quod credit vel pigritia vel timore nõ loquitur: debet enim loquẽdo alios lucrari vt mereat audire. Intra in gaudium dñi tui. Si martyres quidam moriendo tan — Math. 25.

tum:quidam etiaʒ loquēdo sub discrimine gladij ꝯfessi sunt quāto magis nos ꝯfiteri debemus in securitate[ego autē humiliatus sum nimis]ab eis qui veritati ꝯtradicunt.i.passus sum multo propter verbū dei qđ fideliter tenebaʒ.Et ne vera confessio viribus hominis detur subiungit.

† aūt ꝛ † extasi mea.

Ego † dixi in † excessu meo: omnis homo mēdax.

¶ Ego]aūt nō attribuēs mihi ꝯfessionē[dixi in excessu meo] idest in extasi:scʒ mēte rapta ad superna ꝛ ad pure veritatis cognitionē vel in pauore passionū seu infirmitatis mee dixi inq̃ hoc scʒ[ois homo]de se ꝑsumēs[mēdax]est ex se ꝛ fragilitate sue nature:ꝛ nō audet ꝯfiteri deū sicut Petrus:q2 cō fidit de se negauit.Sed grā dei verax efficit vt passuris nō cedēs qđ credit libere ꝛ publice confiteat̄. Natura enim humana horret penas:ꝛ ideo tutum confiteri deū sed gratia excludit timorem vt audacter loquatur veritatem. Qđ vidēs iste gratia dei factum in se subdit

Penas horret nā humana.

† pre- 3 stitit.

Quid retribuam domino: pro omnibus que † retribuit mihi?

¶ Quid]ergo[retribuā dn̄o]scʒ cōdignū[pro oībus]scʒ bonis suis[que retribuit mihi]pro malis meis. Retribuit eniʒ dn̄s hoībus bona pro malis:passus pro precedētibus eoruʒ peccatis cui hoīes retribuūt mala pro bonis per ingratitudinem ꝛ offensam frequētem.q.d.Quid habeo dignū qđ illi ꝑ suis bn̄ficijs retribuā:nihil ꝯdignū reddere possum.qđcūq3 illi dedero ipsius est:ꝛ magis illi reddo q̃ dono.vnde nō inueniens iste quid retribueret nisi ex his que ipse dominus prior retribuit subiungit.

4 **Calicē salutaris accipiā: ꝛ nomen dn̄i inuocabo.**

¶ Calicē]i.passionē que dicit̄ calix:q2 sub mēsura bibit̄: fidelis enim deus nō ꝑmittit nos tētari supra id qđ possumus [salutaris]i.salutis:q2 in eternā salutē propinat̄. Uel[salutaris]i.iesu qui prior passus est docēs nos suas passiones tā q̃ exēplar imitari[accipiā]amore ꝛ desiderio ad morteʒ me preparādo.q.d.poculū passionis bibā pro illo:q2 prior bibit pro me.Et ista sola digna est cōpēsatio passionis eius.Et hoc ipsum martyrium non est mee virtutis sed gratie dei:q2 non sum verax nisi eius dono.Propterea non possum eum bibere nisi deum inuocauero:ꝛ ideo non in me sed in domino cōfisus[nomen dn̄i inuocabo]in auxilium.Et tandem

Passio xp̄i digna cōpēsatio.

† alia 5 lr̄a non hʒ vsq3 preciosa

† **Vota mea domino reddā coram omni populo eius: preciosa in conspectu dn̄i mors sctōꝝ eius.**

¶ Uota mea]i.desideria mea moriēdi pro christo[dn̄o reddam]ipso actu ꝛ hoc[corā omni populo eius]nō erubescens mori pro ipso vt exinde laus dei crescat ꝛ alij exemplum capiāt. Reuera qsq3 seipsum vouere debet/seipsum reddere: imago sua reddat̄ Cesari:imago sua reddat̄ Deo. Nec mirū q̄ ita facio:q2[preciosa]i.chara grata ꝛ accepta est[in cōspectu dn̄i]quicūq3 videat̄ vilis ꝛ abiecta[mors sctōꝝ eius]q2 pro ipsa morte tēporali reddit vitā eternā. Uel[preciosa]i. precio mortis eius empta.emit enim eā sanguine suo quem pro eis prior fudit ne pro eo mori dubitarēt.Confiteat̄ itaq3 cōditionē suā mancipium tanto precio comparatū ꝛ dicat.

† non 6 hʒ qa.

O domine † q2 ego seruus tuus: ego seruus tuus ꝛ filius ancille tue.

¶ O dn̄e]q2 precio nos cōparasti ꝯfiteor ꝯditionē meā[quia ego]sum[seruus tuus]q2 redēptus ꝛ emptus precio magno scʒ sanguine precioso[ego seruus tuus]obediēs in omnib9.repetitio sermonis indiciū videt̄ esse affectionis siue deuotionis[ꝛ filius ancille tue]i.ecclesie que est ancilla in presenti dū seruit ꝛ militat:libera in patria dū triumphat ꝛ regat:vel eadem ancilla hic ꝛ libera:ancilla quantum ad carnē:libera quantum ad spiritum:quia in libertate spiritus seruimus.Et merito pro te debeo mori ꝛ libenter immolor tibi qđ totum per te est:q2 non mee vires:non mea merita:sed tu

Dirupisti vincula mea: tibi sacrificabo † hostiaʒ laudis: ꝛ nomen domini inuocabo.

7 † sacrificium. † alia lr̄a nō hʒ totum resi duum.

¶ Dirupisti vincula mea.i.vincula peccatoꝝ meoꝝ:vincula malarū cōsuetudinū:impedimenta huius seculi vt o fuga redīēs religarer tibi.vel[dirupisti]virtute martyrij[vincula] peccatoꝝ oīum penalitatum:omniū satisfactionū:q2 martyrium omnia peccata absumit ꝛ omnia sanguine abluuntur. Iste versus vt ait Cassiodorus tante virtutis o quibusdā creditur vt peccata homini dimittant̄ si in fine vite trina confessione dicat̄. Et qa dirupisti ideo[tibi sacrificabo]vt gratus [hostiā laudis]i.sacrificiū laudis tibi debeo.s.me ipsum ad te iugiter laudandū: vel ipsam laudē tanq̃ hostiaʒ[ꝛ nomen dn̄i inuocabo]nō fretus meis virib9.Dicit hic Hiero.q̄ sicut martyres laudāt dn̄m pure in regione viuorum:ita ꝛ monachi qui die ac nocte psallunt dn̄o debent eandē puritateʒ habere martyrum.Si quidem ꝛ ipsi martyres sunt. Quod eñ faciunt angeli in celis hoc monachi faciunt in terris. Sacrificabo inq̃ hostiam sic:quia

Et

Hiero.

Vota mea dn̄o reddā in cōspectu omnis populi eius: in atrijs domus dn̄i in medio tui hierusalē.

8

¶ Uota mea]scʒ sacrificiū laudis[dn̄o reddā]ꝛ offerā:hoc ꝛ superius dicit:sed nō est frustra qđ idē spiritussanctus replicauit.Cum enim superius dixisset vota mea dn̄o reddā corā omni populo eius,premissuʒ est calicē salutaris accipiam vt hoc sit votū deo reddere passionē martyrij pro amore eius suscipere. Nūc ṽo dicēs[vota mea dn̄o reddā in conspectu omnis populi eius]q2 premissum est tibi sacrificabo hostiaʒ laudis huius voti redditionē:possumus intelligere sacrificij ꝛ laudis imolationē. Neq3 enim tm̄ dn̄o deo votū redditur cum pro eius amore corpus hoīs occidit̄: sed hoc est ei magnum votū reddere cuʒ interior homo spiritalis amoris gladio se imolans seipsum nō cessat deo in sacrificiuʒ laudis offerre. Adorabo ꝛ laudabo inq̄t dn̄m nō in occulto: sed[in cōspectu ois ppl̄i eius]i.coraʒ omni cetu sctōꝝ:ꝛ hic ꝛ in futuro:publice enim laudari debet qui pro omnibus pati voluit ꝛ hoc[in atrijs domus dn̄i]quātū ad ecclesiā militanteʒ per quā tanq̃ per atrium intratur ad domū dn̄i eternam nō manufactā.s.ad ecclesiam triumphantē. Atrium enim est quasi porticus ad ingrediendum medium domus ꝛ[in medio tui hierusalem]celestis ciuitatis q̃tum ad ecclesiam triūphāteʒ vbi pax est ꝛ sancti visione dei letantur. Oratio.

Talis sit quesumus domine vito supplicum sicut est in conspectu tuo mors preciosa sanctorum: vt a vinculis peccati liberi mereamur future hierusalē gaudia prelibare. Per dominum.

¶ Inductio ad laudē dei ꝓpter impletioneʒ promissi de incarnatione christi per quam facta est reparatio totius gn̄is humani. Psal.CXVI.

Laudate dn̄m omnes gentes: laudate eum omnes populi.

1

Auctor psalmi ꝓpheta Dauid. ¶ Titulus est alla qđ est laudate dn̄m.Un̄ ꝛ psalmus incipit. Breuis est iste psalmus ꝛ modicus:sʒ oēs cōpēdio sue locutionis superat:ꝛ est quasi pūctus psalmoꝝ:vnde diuerse species formant̄:cōtinet enim omnē laudis materiā:ꝛ sub cōpēdio ea que ceteri psalmi diffusim: ꝛ est mira variatio ꝯtra tediuʒ salutaria dicere modo paucis modo late. ¶ Materia. Aduentus christi in carne promissus misericorditer ꝛ exhibitus. ¶ Intētio. Monere ad laudē dei ꝓpter impletionē ꝓmissi.s.effectus incarnationis chri. ¶ Sententia in generali. Propheta in isto psalmo inuitat oēs tā gē-

tiles q̄ iudeos ad laudē dei ꝓpter aduentū in quo reparatio hoīs per ꝓphetas misericorditer ꝓmissa fuit veraciter adimpleta ⁊ confirmata. ¶ Sententia in spāli. Omnes ergo gentes ad laudē monet dicens[Laudate dn̄m oēs gētes].i.oēs gentiles ad fidem christi cōuersi vel vocati[laudate eū oēs populi].i.iudei in duodecim tribus diuisi. Uel[collaudate eum]vt sit in vnū redacta oīum laudatio qḋ est catholice ecclesie. Ideo dicit oēs gētes oēs populi:ne qs pretereaꝛ de toto orbe. Qḋ titulus ille prenūtiauit quē sup crucē dn̄icā Pilatus posuit scriptū hebraice:grece:⁊ latine:rex iudeorū:hec sunt illa atria domus dn̄i:⁊ ille oīs populus de quibus egit in psalmo ꝓcedēti nō soli iudei. Ne qs enī putaret per illa atria ⁊ omnem populū solos iudeos significari omnes monet ad laudem dei:laudate inquam hac de causa.

2 **Quoniā confirmata est super nos misericordia eius: ⁊ veritas domini manet in eternum.**

¶ Quoniā misericordia eius].i.reparatio hoīs misericorditer ꝓmissa[ꝯfirmata est sup nos]per effectū incarnationis: qꝛ qḋ per ꝓphetas ꝓmisit aduentu chri cōpleuit ⁊ firmauit misericordiā vt nunq̄ moueaꝛ:qꝛ qui dedit custodit[⁊ veritas dn̄i].i.exhibitio ꝓmissionis facte de chrō[manet in eternum]sicut ⁊ chrs. Uel qꝛ quecūq̄ ꝓmittit infallibilr facit:siue in eis que ꝓmittit pijs,siue in eis que cōminaꝛ impijs. Et bene dicit ꝯfirmata est sup nos misericordia eius:qꝛ quāuis sine mīa nūq̄ fuerit cū etiā nominatim misericordia nūcupetur:sup nos tn̄ ei⁹ misericordia ꝯfirmata maior ⁊ mirabilior apparuit cū dn̄s pro seruis:iustus pro peccatoribus:incarnari:nasci:multa pati:⁊ mori dignaret:cū veritas etiā dn̄i manere nobiscū in eternum dignaꝛ sicut ipsa veritas pollicetur dicens:non te deseram nec derelinquā.Et ecce ego vobiscū sum vsq̄ ad consumationem seculi. Oratio.

Matth. 28.

Omnipotens pijssime dominator qui omnium gentiū ore laudaris:precamur vt dilates veritate tua montem nostrū ⁊ confirmes super nos misericordiam tuam. Per dominum.

¶ **Exhortatio ad dei laudem propter suā bonitatē ⁊ mīam:ac propter multiplicia bn̄ficia p eū nobis misericorditer ipēsa. Psal.CXVII.**

† est 1 **Confitemini domino quoniā bonus†: quoniam in seculū misericordia eius.**

Auctor psalmi ꝓpheta Dauid. ¶ Titulus est alla:hoc est laudate dn̄m:ad qḋ monet iste psalmus qui est multis figuris decoratus. ¶ Materia. Bonitas dei:multipliciaq̄ ipsi⁹ bonitatis diuine bn̄ficia nobis exhibita. ¶ Intētio. Monere ad dei laudē ob cām multiplicē. ¶ Snīa in gnāli. Propheta in isto psalmo in ꝑsona fidelis ppl̄i seu eccl̄ie ⁊ spāliter martyrum alios ad imitationē sui nūc verbis nūc exēplis exhortantiū monet ⁊ incitat oēs laudare dn̄m rōne sue eximie bonitatis ⁊ misericordie quib⁹ exaudit oēs inuocātes eū in tribulatione. Unde nō in hoīe sed in deo solo dicit esse sperādū:qꝛ ipse solus prestat salutē. ¶ Snīa in spāli. Ad laudē ergo monens ait.[Cōfitemini dn̄o]cōfessione laudis,i.laudate dn̄m confitendo bn̄ficia eius oēs gnālr[quoniā]ipse solus[bonus est]essentialiter cuius bonitati nō est finis.hoc est ꝓpriū dn̄i qui per se ⁊ ex se bonus est sicut ipse ait:nemo bonus:scz sua bonitate nisi solus de⁹.hec est ꝓcipua materia ⁊ causa laudis illius:qꝛ cū ꝓpter se laudaꝛ,laudaꝛ gratis ⁊ sic laudandus est: tū ꝓpter vitā eternā minus gratis:tū ꝓpter bn̄ficia tēporalia oīno nō gratis:bona tn̄ est laus si referanꝛ ista ad alia:non si principalr fiat ꝓpter tēporalia.Et in hoc pꝫ q bon⁹ est[qm̄ in seculum].i.in eternum est ⁊ durat[misericordia eius]quia semper subuenit ⁊ misericordie dona concedit.Et specialr

2 **Dicat † nunc israel quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius.** † aūt: domus

¶ Dicat]ꝯfitēdo:⁊ est qḋ sentio de bonitate dei sentiat ⁊ ꝓfiteaꝛ mecū[nūc].s.nō differēdo[israel].i.quilibet subditus in ecclesia per fidē vidēs deū hoc.s.[quoniā bon⁹]est:⁊[qm̄ in seculum]est[misericordia eius]Ut supra.q.d.moneo vos confiteri:⁊ vt ego vos moneo ita ⁊ vos inuicem monete.

¶ Supra dorsum meū]⁊ retro[fabricauerūt]⁊ mala accumulauerunt[peccatores] .i. persecutores: hoc est nisi sunt occulte mihi nocere: vt qui a facie venientes viderentur: a tergo non sentiantur: vel non nocuerunt mihi: quia[supra dorsum meum fabricauerūt peccatores.]nam cum crebris tribulationibus affligerent me: ego faciem mentis cōuertens ad dominum: ⁊ dorsum ad seculum: mala eorū respicio retro quasi paruipendens ⁊ equanimiter tolerans: ⁊ sicut sepe expugnauerunt me ita ⁊ diu: quia[prolōgauerūt]⁊ in longū protraxerunt[iniqtatē suā]peccatū peccato adiūgētes: qꝛ nō sunt momentanee eoꝝ insidie: sed diutine. Sed quid eos sequitur.

4 auertantur. **Dominus iustus concidet ceruices peccatorū: ꝯfundantur ⁊ †conuertantur retrorsum omnes qui oderunt syon.**

¶ Dominus iustus]s̄m iustitiā[concidet] .i. cōteret ⁊ succidet[ceruices]⁊ ceruicositatē[peccatorum]⁊ maloꝝ .i. destruet superbiam impiorum ceruicosos ⁊ superbos malis gradib⁹ suis humiliando. Talis est fructus superbie: quia humilitas habet gloriam sed superbia confusionem. Unde subdit̄[cōfundantur]sera confusione tanꝙ victi a deo[⁊ conuertantur retrorsum]recedendo ab eo[omnes qui oderunt syon]idest ecclesiam futura speculantem ⁊ iustorum congregationem: quā non tm̄ manifesti persecutores: sed etiā qui ficte intrāt oderunt. Qui enim nolunt obseruare ꝟbum dei oderunt ecclesiam. Tunc autem erit iniquorum confusio quando ⁊ foris eternus iudex cernitur: ⁊ intus ante oculos culpa versat̄. Tunc conuertentur retrorsum quando tollentur ne videant gloriam dei: ⁊ mittentur in ignem eternum.

5 aruit. **Fiant sicut fenum tectorum: quod priusꝙ euellatur †exaruit.**

¶ Fiant]etiā[sicut fenū tectoꝝ]qđ in alto scilꝫ in tectis nascitur: sꝫ radice pingui ⁊ firma nō solidat̄[qđ priusꝙ euellat̄] ⁊ carpat̄[exaruit]⁊ exiccatum est .i. post modicum virorem

etiam non euulsum citius arescit & deficit: in hoc petit propheta q prosperitas persequentium & odientium ecclesiam qui in culmine superbie nascunt vbi nō solide stant cito trāseat & deficiat. Feno ergo tectorū cōparant mali & ficti qui alta quidem apparent: sed in radice firmi nō sunt: qz transitoria sunt que concupiscunt: qui etiam sepe anteq̄ de vita tollantur aridi sunt ab humore gratie & disperiunt.

† non 6 bis de q̄ † reple bit † messos

† De quo non † implebit manum suā † qui metet: & sinum suum qui manipulos colliget.

¶ De quo] scz feno arido [nō implebit manū suaz qui metet] qz tenuiter & sparsim & sine cōdēsatione crescit [& sinū suum] nō implebit [qui manipulos colliget] qz nec in tāta copia crescit nec vtilitas ei⁹ tā magna est q aliqs colligere illud velit. Sic erit de istis malis & aridis qñ venerit messores angeli collecturi triticū in horreū celestis māsionis: qz nō colligent bonum fructū ex eis: qz nullus reperit in talibus: sed eos tanq̄ puluerē & paleam inutiles gehenne derelinquunt incendijs. De quibus adhuc subiungitur.

† trāseuntes viam.

Et non dixerūt † qui preteribāt bñdictio dñi sup vos: benediximus vobis in nomine domini.

¶ Et nō dixerūt] malis & reprobis illi [qui preteribant] scilz patriarche / pphete / apostoli / & ceteri viri sancti qui per vitā istā currēdo ad patriā transierunt: nō dixerūt inquā istud. s. [bñdictio dñi] sit [super vos] qa sunt ea indigni: sed nō dixerūt talibus [bñdiximus vobis in nomine dñi] qa nouerūt eos maledictos. Cōsuetudo erat in gēte iudeoꝝ vt si qs transiret & videret aliquos facere aliqd opus in agro vel i vineas vel aliud eiusmodi nō licebat trāsire sine bñdictione. Illi ergo qui per istā vitā ad celestē patriā trāsierūt: benedixerunt illos in quib⁹ radicē charitatis & bona opa viderūt: sz nō eos quos in tectis eminere & in ceruice supbire viderūt. Nulla. n. scriptura inuenit que de illis bona loquat: sz equa omnia de eis mala dicunt. Illi trāseuntes si bene viuimus bñdixerūt nos. Oēs enim bñ viuētes bñdicūt nō in noie suo: sz in noie dñi a quo oia bona dicūt eē nō a seipsis. Bene ergo viuam⁹ & male viuentes equanimiter toleremus vt ab omnibus sanctis benedici in nomine dñi valeamus. Oratio.

A omnium impugnationum nequitijs ecclesiam tuam domine dextere tue protectione defende: vt inimicis retrorsum cōuersis sacris a te benedictionibus repleatur. Per dominum.

¶ Oratio & clamor vere penitētis pro liberatiōe a peccatis & miserijs: allegatioqz magne misericordie dei miserentis. Psal. CXXIX.

1 **De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam.**

Auctor psalmi ppheta Dauid. ¶ Titulus vt s pra. ¶ Materia. Oratio vere penitētis pro liberatiōne a pctis. ¶ Intentio. Monere hoies ad prlam. ¶ Sentētia in gñali. Propheta in isto psalmo in persona vere penitentis clamat ad dñm: vt a pctōꝝ pfundo liberet eū: allegās ipsi⁹ magnā misericordiaz vnde sperat cōsequi veniā. Undecimus gradus est penitentialis supplicatio: q cōgrue post pdictos gradus ponit: qz nec timēs deū nec oia ferēs dignū se penitus sentit cū in corpore nullus est sine peccato: ideo vna securitas est precibus inclinari. ¶ Snia in spāli. Hoc ergo penitēs sciēs se eē in pfūdo a simili Ione clamat dicēs. [De pfundis]. i. pctōꝝ & malorū: seu de magnis tribulationibus pro pctis. Uel [de profundis]. i. a pfundo cordis de alta humiliatione mētis ab intimis anime & spūs [clamaui] orādo corde & ore [ad te dñe] qui solus potes me liberare [dñe exaudi vocē meā]. i. orōnē mei pctōris que de pfundo ad te puenia. Deinde alijs vbis idez repetit & pcibus deū placat vt clemēter audiat dicēs. Et

Fiāt aures tue itēdētes: in vocē depcationis mee. 2

¶ Fiant aures tue intēdentes]. i. auditus pietatis & misericordie tue intēdat [in vocē depcationis mee] vt meaz petitionem diligēter audiat & clemēter impleat: pietas & mīa sūt aures dñice qbus nos peccatores dignat exaudire. Tūc autez dñs intētas aures habet nrīs orōnibus qñ nos intēta mente & deuota preces ad ipsum fundimus. Sed illam orationem deus non exaudit, cui ipse qui orat non intendit. De quo autē profundo clamet ostendit dicens.

Si iniquitates obseruaueris domine: dñe quis sustinebit? 3

¶ Si inigtates obseruaueris dñe] ad iudicandū & puniendū eas sm quātitatē culpe & rigorē iustitie [dñe qs sustinebit?] te iudicē vindicantē si nobiscū seuerus iudex agere volueris nō misericors pater: qs stabit in iudicio ante oculos tuos. q. d. nullus: qz vix aliquis sine peccato reperit. Si ergo non est castū cor qd presumat de sua iustitia psumat omniuz cor de dei misericordia & dicat deo nullus potest te iudicez sustinere: sed tamen de tua misericordia non despero.

† Quia apud te propitiatio est: † & propter legem tuam sustinui te domine. 4 † qm † non habet ei.

¶ Quia apud te ppitiatio est]. s. sacrificiū qd pro nobis oblatum est & peccata soluit: scz innocēs sanguis pro nobis fusus & oblatus delēs oium peccata nocētiū [& ppter legē tuā] scilz euāgelicā que est lex charitatis & amoris misericordie & grē & pmittit vere penitētib⁹ veniā de peccatis [sustinui te dñe] expectādo beneficiū & effectū tue misericordie in spei lōganimitate: quia dignatus es legem misericordie afferre & omnia peccata dimittere. Et conuertens se ad auditores dicit nobis ad edificationem quid egerit.

Sustinuit anima mea in † verbo ei⁹: sperauit anima mea in † domino. 5 † verbū tuū. † dñm.

¶ Sustinuit anima mea]. s. patiēter tulit dilationē cōsolationis pmisse [in verbo eius] qd penitentibus veniā & regnum pmittit & reddit qa nō fallit. Securi ergo in eius verbo speramus: qz falli nō possumus. Unde ait [sperauit anima mea in dño]. i. in mīa ei⁹ q est imēse pietatis & clemētie & potens est ab oī malo liberare. Et qa spauit iō sustinuit. Nā spes fortitudo patiētie est. Ideo. n. sancti viri patiētes sunt in tribulatione: qa gaudēt in spe. Deinde iā dicit qd facere debeamus

A † custodia matutina vsqz ad noctē: speret israel in † domino. 6 † vigilia. † dñm.

¶ A custodia matutina vsqz ad noctem]. i. a mane iuuētutis vsqz ad noctē mortis [speret israel]. i. populus vidēs deū p fidē formatā / hoc est omnis fidelis [in dño] misericordiā ei⁹ expectādo. Aliter eni nō valet nisi vsqz ad finē spei. Quia q pseuerauerit vsqz i finē / hic saluus erit. Nā si nō vsqz ad finē speraueris delet totū qd speraueras. Ab illa ergo hora matutina qua in vineā dñi locatus est fidelis spem suā in illā defigat horā qua denarū mercedis accipiat ab eo qd ei lumē veritatis illuxit indesinēter celestia cōtēplet. Ideo aūt speret

Matth. 10.

† Quia apud dominū misericordia †: & † copiosa apud † eum redemptio. 7 † qm † est † multa † illum.

¶ Quia apud dñm] est [mīa] in relaxatione pctōꝝ. Ergo si pmimur pctis nrīs nō despem⁹: qa adest mīa dei parcēs nobis [& copiosa]. i. sufficiēs imo supereminēs [apud eū] est [redemptio]. s. sanguis preciosus: qz nō auro neqz argēto: sz preciosio sanguine suo nos redemit: quia tot⁹ mundi peccata deleuit. Copiosa fuit redemptio nostra q̄tum ad id per qd redempti sumus: scilicet passionē christi & sanguinis effusionē que multiplex fuit: & quantum ad id a quo sumus redempti:

⁊ q̃tum ad effectũ redemptionis: quia liberati sumus a cul/pa actuali ⁊ originali: ⁊ a pena tam corporis q̃ anime: ⁊ quia ad salutem omnium ac totius mundi sufficit.

8 Et ipse redimet israel: ex omnib⁹ iniq̃tatibus ei⁹.

¶ Et]adeo est copiosa q̃[ipse redimet].i. liberabit tanq̃ p̃cio redemptũ[israel].i. populũ fide formata vidẽtẽ deũ[ex oibus iniq̃tatibus eius] vt nõ reseruent̃ ad vindictã. Qui nõ cõmisit pctm̃ ipse põt redimere a pctõ. Nõ ergo timeas ac/cessurus ad deũ aliq̃s iniq̃tates tuas: tñmodo accede pleno corde ⁊ desine iã facere que faciebas ⁊ de p̃fundo clama ad dominum: obserua illum ⁊ expecta ⁊ sustine propter legem ipsius: quia multa apud illum redemptio. Oratio.

Intendant quesumus dñe pietatis tue aures in ora/tiones supplicũ: q̃a apud te est propitiatio peccato/rũ vt non obserues iniquitates nostras: sed impar/tias nobis misericordias tuas. Per dñm.

¶ Psalmus de humilitate interiori cordis ⁊ ex/teriori corporis ⁊ operis: ⁊ de spe continua sem/per ⁊ iugiter in domino habẽda. Psal. CXXX.

1 Domine non est exaltatum cor meum: neq̃ †elati sunt oculi mei.

†in altũ

Auctor psalmi propheta Dauid. ¶ Titu/lus vt supra. ¶ Materia. Humi/litas interior cordis ⁊ exterior opis. ¶ Intẽtio. Inducere fideles ad humilitatẽ. ¶ Snia in gñali. Propheta in isto psalmo exẽplo suo docet humilitatẽ: obstringẽs se ma/xime pene ⁊ maledicto si nõ extiterit humilis intus ⁊ extra: ⁊ si aliq̃d iactãtie in eo fuerit: hortat̃ etiã israel populũ scz fide/lem iugiter sperare in dño quatenus seculi aduersa valeat to/lerare. Duodecimus gradus est humilitas quã intus ⁊ extra hic se habere ostẽdit. ¶ Snia in spãli. Ostẽdens q̃ se humilẽ intus ⁊ extra ait o[Dñe]cũ ad tot ⁊ tantos gradus p̃motus efferm[nõ est exaltatuz]intus[cor meũ]per superbiã scz mo/tu supbie interiori. Minus dicit. s.[nõ est exaltatũ]⁊ plus in/telligit. s. humiliatũ est cor meũ qd̃ est deo sacrificiũ. Sacrifi/ciũ ergo deo obtulit q̃ hoc dixit[neq̃ elati sunt]extra[ocu/li mei]per elationis apparẽtiã que maxime relucet in oculis idest signũ supbie exterius nõ ostendi. In supiori pte corpis sunt oculi: ⁊ superior corporis sensus est visus. A digniori er/go corpis parte ceteras partes ⁊ etiam actiones motus ⁊ oia que sũt in hoie possumus accipe: in q̃bus etiã vitiũ elationis sicut in oculis aliq̃n apparet: deinde postq̃ ostendit qualis fuerit in corde ⁊ corpore, ostẽdit qualis fuerit in actiõe dicẽs

†in/gressus. 2 Neq̃ †ambulaui in magnis: neq̃ in mirabilibus super me.

¶ Neq̃ ambulaui]supbiendo[in magnis].i. nõ incessi in his que magna videbant̃ hoib⁹ ostẽdẽdo supbiã in apparatibus ⁊ põpis: vel iactãdo me de magnis: sicut ille phariseus qui se de suis iactabat opib⁹. In magnis ẽt ambulare est in v̓tutis opib⁹ aiuz p̃ supbiã eleuare[neq̃ in mirabilibus sup me].i. trãscẽdẽtib⁹ statũ meũ: hoc est nõ quesiui innotescere hoib⁹ quasi in mirabilibus que erãt supra vires meas vñ me iacta/rem apud eos. Hec eni sunt p̃pria supbor̃. Deinde aperit q̃ humilis in sciẽtia fuerit qui quãdoq̃ inflare p̃suerit dicens

3 Si non humiliter sentiebã: sed exaltaui aiaz meã.

¶ Si nõ humiliter sentiebã]vt viderer mihi quasi sapiens: ⁊ inde extolerer ⁊ supbirẽ p̃sumẽdo de me ⁊ virib⁹ meis[sed exaltaui]supbiẽdo[animã meaz]altiora me querẽdo ⁊ plus q̃ oportet sapiẽdo: ac maiora q̃ sint de me sentiẽdo. Qui eni tales sunt vix ad humilitatẽ pertingũt: q̄ fm̃ Grego. Ualde difficile est vt is q̃ se sapientẽ estimat mẽtẽ ad humilitatẽ re/ducat. Uel[si nõ humiliter sentiebaz]beneficia mihi data a deo recognoscẽdo[sed exaltaui animã meaz]me de eis qua/si ex me haberem eleuando. Si inquã nõ est ita. Et

Grego.

4 †Sicut ablactatus est super matre sua: ita retribu/tio in anima mea.

†Quẽ admo/dũ q̃ abla/tat⁹ est a lacte sup matrẽ su/az: sic re/tributio in aiam meam.

¶ Sicut]aliq̃s incũbens[super matre sua].i. indigens adhuc foueri sinu ⁊ lacte m̃ris cõtristat̃ ⁊ perit si sic[ablactatus].i. a lacte m̃ris separatus: q̄ mater subtrahit ab eo mãmillam. [ita]fiat[retributio in aia mea].i. punitio in p̃sona mea: vt. s. a deo subtrahat̃ mihi ois grã ⁊ p̃solatio diuina ⁊ pereã: maledi/cto se obstringit si a supbia se nõ cohibuit: sic enim dicere so/lemus q̃n de causa bñ p̃fidimus. Uel est p̃dictio nõ optatio. Ultimo cõcludit dicẽs. Et quia ego ita ago: ergo meo exẽplo

5 Speret israel in dño: ex hoc nũc ⁊ vsq̃ in seculũ.

¶ Speret israel].i. fidelis fide formata deũ vidẽs[in dño]fa/ciẽdo sicut ego q̃ vere me humiliaui ⁊ in deo speraui: speret inquã in dño nõ p̃sumat de se[ex hoc nũc ⁊ vsq̃ in seculũ].i. hãc spem p̃tinue ⁊ sp̃ sine fine habeat quousq̃ ad eternitatẽ veniat: q̃a postea nõ erit spes s̄ res: fides eni ⁊ res trãseũt. nã qd̃ credimus videbim⁹: ⁊ qd̃ spam⁹ tenebimus. charitas aũt manet in eternũ: p̃pter qd̃ ⁊ maior horũ dicit̃. Docet ergo vt nullo fine temporũ spes nostra claudat̃: vt per spem pac fer/ris cui bona futuri seculi capiamus. Oratio.

Ne permittas nos exaltari in superbijs seculi omni/potens pater: sed qui mitis es ⁊ humilis corde: do/ce nos humilibus tibi placitis p̃sentire. Per dñm.

¶ Psalmus de bono desiderio pro edificatione domus dei spũalis scz eccl'ie in morib⁹ ⁊ fide: ⁊ de huius desiderij impletione. Psal. CXXXI.

1 Memento domine dauid: ⁊ omnis mã/suetudinis eius.

Auctor psalmi p̃pheta Dauid. ¶ Titulus vt supra. ¶ Materia. Edificatio eccl'ie in moribus ⁊ fide. ¶ Intẽtio. Monere vt nosip̃sos ⁊ alios edificemus domũ dñi: iuxta illud. Templũ dei sanctũ est qd̃ estis vos. ¶ Snia in gñali. Propheta in illo psalmo declamat bonũ desideriũ de edificatione eccl'ie i mo/ribus ⁊ fide: ⁊ p̃cat̃ pro eius ip̃letione. In hoc tredecimo gra/du iã humilis ⁊ mãsuetus satagit de edificatione spũalis do/mus dei: vt ⁊ dauid ad litterã sollicitus fuit de materiali. Et cõgrue post gradũ humilitatis agit de edificatione domus: q̄ per humilitatez efficit̃ aliq̃s domus dei. Uñ alibi. Super quẽ requiescet spũs meus: nisi sup humilẽ ⁊ quietũ. ¶ Snia in spãli. Uolẽs ergo edificare domũ dño ait in p̃sona toti⁹ chri. [Memẽto]o[dñe]pater[dauid]spũalis manu fortis: ⁊ sup/ponit causaz dicẽs[⁊ ois mãsuetudinis ei⁹]qua vicit diabolũ ⁊ inimicos eccl'ie. Illi seuiebãt: iste sufferebat: victi sunt q̃ se/uiebãt: vicit q̃ sufferebat. Ad l̃ram. Dauid rex ille valde mã/suetus fuit: s̄ nõ de illo hic agit̃: imo de eius significato. Da/uid eniz interp̃tat̃ manu fortis: ⁊ per illũ typice significat̃ to/tus chr̃s scz caput ⁊ corp⁹: cuius humilitas ⁊ mãsuetudo hic cõmẽdat̃ christus manu fortis: ad belland uz mansuetudine vicit aduersarios: ⁊ in ista mãsuetudine corpus christi (qd̃ est ecclesia) vicit inimicos. Sic manu fortis vincat operando. Ad hoc autem memento vt impleat

j.Cor.3.

Esaie.11

Dauid qd̃ interp̃tat.

2 Sicut iurauit domino: votum vouit deo iacob.

¶ Sicut iurauit dño].i. firmiter p̃misit[⁊ votũ vouit]ex de/uotione ⁊ bona volũtate[deo iacob.]Ideo dicit̃ deus iacob vt nos simus spũaliter iacob si deũ volumus habere adiuto/rẽ. Jacob enim supplantator dicitur: ⁊ ille est iacob qui vitia supplãtat. q. d. ita memento dauid vt impleat qd̃ deo promi/sit. Nemo p̃sumat viribus suis se reddere qd̃ vouerit. Qui te hortat̃ vt voueas: ipse adiuuat vt reddas. Uouit autẽ eccl'ia vt sit domus dei quo nihil gratius potest deo offerri. vouet etiã quelibet fidelis anima vt faciat in se domũ dño cũ renũ/

Jacob sup/plantator di

ciat diabolo et põpis eius in baptismo. vñ ex psona ipsi⁹ ecclesie ꝯsequēter ostēdit que iurauit et vouit domino dicens.

3 †super

Si introiero in tabernaculū domus mee: si ascē dero † in lectum strati mei.

¶ Si introiero] i. nō itroibo. hic eni ponit si pro nō [in tabernaculū dom⁹ mee] vt intēdēs reb⁹ meis querā que mea sunt nō que dei: et satisfaciā priuate volūtati mee. i. mea et propria attendēs ea que dei sunt nō postponā: sciebat se priuato impedimēto et ꝓprio: ne fieret locus deo [et si ascēdero] i. nō ascendā [in lectū strati mei] ad quiescendū. i. non acquiescā carni: nec sequar voluptates eius. In primo. s. [si introiero] notat supbia. In scdo scilicet [si ascēdero] concupiscētia carnis. In tertio qd sequit scz [si dedero] concupiscentia oculorum.

4 **Si dedero somnū oculis meis: et palpebris meis dormitationem.**

Felicitates terrene somnia sunt.

¶ Si dedero] i. nō dabo [somnū] i. vanā et carnalē delectationē [oculis meis] i. s. mētis. Terrene felicitates somnia sunt: qz cito trāseunt in qbus dormire et torpere nō debēt qui locū dño inuenire volūt [et] vt plus dicā: nō dabo [palpebris meis dormitationē] vt nūc ad talia incliner: nunc erigar qd minus est ꝙ dormitio. Somnū oculis dat et dormit q terrena et felicitates seculi ꝯcupiscit: nō dormit: sz dormitat q modo retrahit a terrenis: modo inuoluit illis: et quasi q dormit caput crebro inclinat et reuelat. Sic etiam dormit qui peccat et non penitet. dormitat qui vices peccandi et penitendi alternat. obdormit qui in peccato moritur.

†si dedero q̄ adusqz. 5

Et requiem temporibus meis † donec inueniam locum domino: tabernaculum deo iacob.

¶ Et] vt adhuc plus dicā si desidero. i. nō dabo [requiē tēporibus meis] tali parti capitis vnde somnus venit ad oculos. Cū ceperit te aliqd tēporale delectare ad peccādū iā grauātur tibi tēpora. Noli te dare tali delectationi: maiores enim dolores habebit ꝙ suauitates. Et ea cogitatione quasi cōfricans frontē excutis somnū et paras locū dño. Si eniz nō dederis requiē tēporibus tuis / non venit somnus. Hec igit oia nō faciā [donec inueniā locū dño] in me vbi requiescat q sup humilē regescit. q. d. nō faciā illa predicta: sed istud scz [inueniā locū dño] in meipso [tabernaculū deo iacob] qd idez est idest ecclesiā plenē fundatā et firmatā: hoc est meipsum faciam locū dño: et edificabo ecclesiā in qua militandū est deo. Ecclesia sm presentē statum vbi lucta est et pugna dicitur tabernaculū in quo militat: in futuro erit domus in qua pausabit. In tabernaculo qd militandū et pugnantiū est gemimus et laboramus in domo gaudebimus et laudabimus. Uel ex persona chri capitis potest legi ab illo loco. [Si introiero] q. d. Iurauit dauid. i. chrs dicēs [Si introiero in tabernaculū domus mee] i. celestis habitationis: et [si ascēdero in lectum strati mei] i. ad dexterā pris vbi est reges et finis laborum. et [Si dedero somnū oculis meis] i. requiez triduane mortis. Deinde alijs verbis idez repetit [et palpebris meis dormitationē: et requiē tēporibus meis donec inueniā locū dño tabernaculū deo iacob] i. donec ecclesia sancta pdicatione sit fundata. Hoc promisit totus christus: et impletum est. Nam

†eum 6 †ea †sal tuū.

Ecce audiuimus † eam in effrata: inuenimus † eā in campis † silue.

Effrata qd dicit.

¶ Ecce audiuimus eū] i. s. locū seu deū: vel [eā] i. s. sedē dñi seu ecclesiā [in effrata] i. in ꝓphetis speculatorib⁹ futurorū [inuenimus eā] vel eū [in cāpis silue] i. in humilib⁹ gētibus incultis. Effrata hebraice dicit speculū latine: speculū qppe imaginem hz: et ois ꝓphetia imago et figura est futurorū. cāpi autez silue sunt humiles gētes inculte. Qd g̃ audiuimus in effrata inuenimus in cāpis silue: qz qd pdicatū est in imagine ꝓphetie iudeis / manifestū est in fide gētibus. Nec tñ inuenimus: sed perseuerando in militia: etiam

7 †intrauim⁹ in tabernacula.

† Introibimus in tabernaculum eius: adorabim⁹ in loco vbi steterunt pedes eius.

¶ Introibimus] p fidē [in tabernaculū eius] i. s. dñi dei iacob nos qui in vna domo ecclie per dñm aggregamur et per charitatē viuis lapidibus et sanctis cōpaginamur: et tūc dom⁹ dei efficimur: et a deo habitamur: et etiā a deo. i. debito cultu dñi venerabimur [in loco vbi steterūt pedes ei⁹] scz dei. i. in quo pdicationes aplice audiunt et stabilitas fidei quā credimus reperit: que tanꝙ pedes sustētant totū corpus ecclie. Recte autē prius introire postmodū adorare se perhibet: qa eū qui extra domū dei remanet vt qui charitatē nō hz deus ad salutem nō exaudit. Et quia omnia pro celestis patrie requie habenda facere debemus: recte subiungitur

8 †exurge.

† Surge domine in requiem tuaz: tu et archa sanctificationis tue.

¶ Surge] o [dñe] a morte et inferis reuertere [in requiē tuaz] ascēdēdo in celū et nō solū tu: sed [tu] primo et deinde [archa sanctificationis tue] i. vniuersa ecclia et te pri⁹ exaltato exaltet postea ecclia: quā figurauit archa Noe vel testamēti que adhuc in multis carnalibus lata est: in paucis spiritalib⁹ angusta nō auderet sibi resurrectionē ꝓmittere corp⁹ nisi prius resurgeret caput. Et bene archa sanctificationis ecclesia dicitur: quia ab ipso sanctificatur a quo et redimitur. Unde subditur. Et te eunte ad patrem

9 †letētur

Sacerdotes tui induantur iustitia: et sancti tui † exultent.

Grego.

¶ Sacerdotes tui] scilz regale sacerdotiū [induant] et muniātur [iustitia] fidei. i. fide: qa iustus ex fide viuit et in vita iustitie muniti nō sauciēt a iaculis inimici: qa sm Gregoriū. Sicut vestimētū a frigore: sic iustitia defendit a morte [et sancti tui] i. mēbra tua accepto pignore spūsscti [exultēt] i. letētur testimonio bone cōsciētie et spe resurrectionis que pcessit in capite: et sic accepit eosdē sacerdotes et sanctos scz fideles qb⁹ dicit. Uos estis genus electū regale sacerdotiū: gens sancta: populus acquisitionis. Uel [sacerdotes tui] i. pclari ecclesie [induant] i. vndiqz circūdent [iustitia] et alijs virtutib⁹ et inde [sancti tui] i. minores et subditi fideles [exultēt] te laudādo. Sed iā rogat deus pro reliquijs israel cum subditur

j. Pet. 2.

10

Propter dauid seruum tuum: non auertas faciē christi tui.

¶ Propter dauid seruū tuū] i. ꝓpter illū qui de semine Dauid formā seruilē suscepit [nō auertas] penit⁹ a iudeis o de⁹ pater [faciē chri tui] Quia eniz chrs faciē suā auertit a iudeis a qbus crucifixus est et cōuertit ad gētes rogat pater ꝓpter reliqas israel vt salue fiāt qd iā in plurib⁹ impletū est. Nota ꝙ ait ꝓpter dauid: ac si diceret mei etiā memēto vt propter me et ꝓmissionē mihi factam iudeos funditus non repellas. Et bene dicit propter dauid seruum tuum: quia

11 †in veritate. †penitebit. †ex

Iurauit dñs dauid † veritatē et nō † frustrabitur eū: † de fructu vētris tui ponā super sedē tuam.

¶ Iurauit dñs] i. per semetipsum firmauit et certitudinaliter ꝓmisit [dauid] illi actuali [veritatem] ꝓmissionis implende [et] ideo [nō frustrabit eū] decipiēdo in ꝓmisso. Iurauit inquā. q. d. [de fructu vētris tui] i. filiū vginis natū de stirpe tua [ponā] regē [sup sedē tuā] iudaice plebi spūaliter psidentez iuxta illud. Et dabit illi deus sedē dauid pris eius: quia quos dauid rexit temporaliter / eos christus rexit spiritualiter. Et non tñ illum ponam super sedem tuam: sed etiam

Luce. 1.

12 †illos.

Si custodierint filij tui testamentum meuz: et testimonia mea hec que docebo † eos.

¶ Si custodierit filij tui] i. hoies ex te nati [testamētū meū]

idest est pactū⌊ ꝛ testimonia⌋.i.pcepta⌊ mea hec que docebo eos⌋nō que ipsi sibi ꝯstituūt:sicut legit̄ de scribis ꝛ phariseis q plus innitebant̄ adinuētionib⁹ suis ꝙ͂ dei pceptis ꝛ mādatis

† se/ 13 debunt vsqz in eternū:

Et filij eorum † vsqz in seculum:sedebunt super sedem tuam.

¶ Et ⌋etiam⌊ filij eoꝝ ⌋.i.sequaces ꝛ imitatores si custodierint tūc⌊ vsqz in seculū⌋.i.ꝙ͂diu durabit hoc seculū⌊ sedebūt ⌋filij tui ꝛ filij eoꝝ⌊ super sedē tuā⌋Et si nō custodierint:nō tamē perit ꝑmissio:qa si nō implet̄ in te implebit̄ in alio. Nā ꝛ filij Dauid nō stirpe:sꝫ cultu dei ꝛ fide sunt qui spūales reges sui ꝛ alioꝝ erūt. Uel de xp̄o sic accipe.⌊ Jurauit dn̄s ⌋pater ⌊dauid⌋.i.xp̄o⌊ veritatē ꝛ nō frustrabit̄ eā ⌋qa ea nō euacuat: sed adimplet dicēs⌊ de fructu vētris tui ponā sup sedeꝫ tuā⌋ idest illos quos ad fidē paries o xp̄e faciaꝫ reges sui seipsos bene regētes:nō tn̄ omnes sed custodiētes⌊ testamētū meū⌋ idest pactū baptismi⌊ ꝛ testimonia mea⌋.i.pcepta vite: quia tūc sedebūt sup sedē tuā.i.participes erūt tue beatitudinis ꝛ eternas sedes accipiēt:vt sicut tu es regie potestatis:ita ꝛ ipsi pro modo suo ꝛ hoc vsqz in seculū.i.in eternum. Nos sumus fructus vētris eius quos spūaliter tanꝙ͂ ex vtero generauit. Qui si testamētū ꝛ testimonia eius custodiamus sedere nos faciet in celestibus. Ergo imitemur ꝛ nos opera dauid.i.manu fortis nostri xp̄i:vt p imitationē bonoꝝ opeꝝ mereamur eē filij ei⁹ quatenus possim⁹ illā sedē adipisci:de q̄ ipse discipulis ait. Uado parare vobis locū. Et iteꝝ i domo pris mei mansiones multe sūt. hec aūt ꝑmisit de⁹ gratis ꝛ nō pro meritis.

Joā.14.

† pre/ 14 elegit.

Quoniam elegit dominus syon:† elegit eā in habitationem sibi.

¶ Qm̄ elegit dn̄s ⌋sola grā⌊ syon ⌋.i.sanctā eccl'iaꝫ:nō enim ex opib⁹ iustitie que fecimus nos:sed s̄m suā miām saluos nos fecit. vnde ipse ait. Ego vos elegi de mūdo vt eatis ꝛ fructuꝫ afferatis: ꝛ fructus vester maneat:hic eniꝫ erit permanēs fructus eoꝝ vt ipsi habitent in deo ꝛ deus habitet in ipsis. Unde sequit̄⌊ elegit eam inhabitationē sibi ⌋vbi spiritualiter habitet qui vbiqz est. Elegit inquā dicens rei experientia

Joā.15.

† secu/ 15 la sc'loꝝ. † pelegi.

Hec requies mea in † seculuꝫ seculi:hic habitabo quoniam † elegi eam.

¶ Hec ⌋scꝫ eccl'ia est⌊ requies mea ⌋vbi.s.requiesco. ꝛ hoc⌊ in seculū seculi⌊ qa durat in eternū. Quantū amat nos de⁹ in istis verbis ei⁹ attēdere debemus/vt qꝛ nos requiescimus se dicat requiescere. Non enim ipse aliquādo turbatur vt sic requiescat:sed dicit se requiescere in nobis:quia nos in illo requiem habebimus:ꝛ⌊ hic⌋.i.in ecclesia⌊ habitabo ⌋perseueranter nō merito suo:sed⌊ quoniam ⌋gratis⌊ elegi eam ⌋dans gratiam ꝛ benedictionem. Unde apte subiungit

† et 16

Uiduam eius benedicens benedicaꝫ:† pauperes eius saturabo panibus.

¶ Uiduaꝫ eius bn̄dicens benedicā⌋iugi bn̄dictione gratie ꝛ glorie. Uidua est ois anima que intelligit se destitutā ꝛ desertam omni auxilio nisi solius dei. Si istud sentit:si viduitateꝫ suā nouit benedicit̄ in hoc seculo in virtutibus ꝛ opib⁹ i multis cōsolationib⁹ spūalibus:ꝛ tēporalib⁹ bn̄dicet̄ ꝛ in futuro cū angelis ꝛ celestibus virtutibus vt ibi iā sponsum suum videat ꝛ gloria eterne vite pfruat̄⌊ ꝛ pauperes ei⁹ ⌋spū nō psumentes de se vel de seculo:sed de deo non habētes elatuꝫ spiritum:sed humiles corde⌊ saturabo panibus ⌋nunc sacra scriptura ꝛ sancta eucharistia ꝛ in futuro celestis patrie cibis spiritualibus ꝛ reipsa. Et

17

Sacerdotes eius induam salutari: ꝛ sancti eius exultatione exultabunt.

¶ Sacerdotes ei⁹ ⌋.i.genus electū scꝫ omnes fideles seipsos offerētes⌊ induā salutari⌋ scꝫ xp̄o.i.orabo ꝯformitate salutaris sui s̄m illud apostoli. Quotquot in christo baptizati estis christū induistis:ꝛ ideo⌊ sancti ei⁹ ⌋per eū sanctificati scꝫ ideꝫ qui ꝛ sacerdos⌊ exultatione ⌋interna⌊ exultabūt ⌋spāli gaudio ex hoc fidei indumento:qꝛ induti sunt salutari. vn̄ enim per fidē xp̄m cognoscūt inde de spe celestis patrie vehementer hilarescūt. Uel⌊ sacerdotes eius ⌋.i.platos⌊ induā salutari ⌋.i. xp̄o ꝛ grā spūsc̄ti vt honesti ꝛ idonei sint ad ministrāduꝫ ꝛ docendum: ꝛ inde⌊ sancti eius ⌋.i.subditi⌊ exultatione exultabunt ⌋.i.in dn̄o gaudebūt. Et etiam ideo exultabūt:quia

Gal.3.

† Illuc producam cornu dauid:paraui lucernam christo meo.

18 † ibi suscitabo.

¶ Illuc ⌋scꝫ in eccl'ia⌊ pducā ⌋.i. suscitabo⌊ cornu dauid ⌋.i.regnū ꝛ altitudinē xp̄i qd̄ est in xp̄ꝫ credere ꝛ de eo psumere. Sancte enim ecclesie cornu ꝛ altitudo spūalis est fides que ad superiora tendit:donec id qd̄ modo est fides erit spēs cuꝫ id qd̄ modo credimus manifeste videbimus. Sed qꝛ fidei charitas in tenebris erat:recte dicit̄⌊ paraui ⌋ad hec perficienda⌊ lucernā ⌋scꝫ Joānē qui erat lucerna lucēs ꝛ ardens⌊ xp̄o meo ⌋manifestando. Joānes baptista a deo dicit̄ lucerna preparata xp̄o qui eum in huius mundi tenebras venturū nunciauit. Necessarium enim erat vt ante lumen lucerna appareret:vt hi qui in tenebris ꝛ in vmbra mortis sedebant per lucernā addiscerēt qualiter in lucē credere debuissent

† Inimicos eius induam confusione:super ipsuꝫ autem † efflorebit sanctificatio mea.

19 † non habꝫ mediatateꝫ versiculi † florebit

¶ Inimicos ⌋aūt⌊ eius ⌋.i.xp̄i aduersantes sibi.s.q in xp̄ꝫ credere noluerūt⌊ induā ꝯfusione ⌋cū viderint dn̄m in sua maiestate cū eos in fine seculi vndiqz calamitas atqz interitus inuoluet:sed ad ꝯsolationē iustoꝝ subiūgit̄.⌊ sup ipsum auteꝫ ⌋ scꝫ xp̄ꝫ⌊ efflorebit sanctificatio mea ⌋flos sanctificationis est gloria diuinitatis flos sanctificatiōis est nouitas resurrectionis. Nā quasi aruerat in passione dn̄s:cum xp̄o resurrexit a mortuis iam cepit florere sanctificatio eius: iam cepit filius dei apparere ꝛ exaltare cornu eius. hoc dicit̄ a simili arboris que qn̄ floret pulchrior est. Oro.

In omni ingressu nostro memor esto nostri oipotēs de⁹:indue nos sacerdotali iustitia vt induti mereamur ingredi in tabernacula sempiterna. Per.

¶ Psalmus de vnitate ꝛ cōmēdatione fraterne charitatis eccl'iaꝫ ꝛ xp̄ianā religionē edificantis ꝛ compaginantis. Psal.CXXXII.

Ecce ꝙ͂ bonum ꝛ ꝙ͂ iocunduꝫ:habitare fratres in vnum.

1

Auctor psalmi propheta Dauid. ¶ Titulus vt supra. ¶ Materia. Fraterna charitas ecclesiā edificās ꝛ cōpaginās. ¶ Intentio. Monere fideles ad habendā fraternam charitatem. ¶ Snīa in gn̄ali. Propheta in isto psalmo cōmendat vnitateꝫ charitatis fraterne in christiana religione:declaratqꝫ hoc exēplis ꝛ vtilitatibus diuersis. Quartusdecimus gradus est charitas pximi que facit fratres habitare in vnū vnde est benedictio ꝛ vita. ¶ Snīa in spāli. Hic ergo vir iustus de fratrū cohabitatione exultās ait⌊ Ecce ⌋qd̄ ostēdētis est:qꝛ plus ostēsione ꝙ͂ lingua explicat̄ qd̄ dicturus est⌊ ꝙ͂ bonū ⌋.i.vtile⌊ et ꝙ͂ iocūdum ⌋.i.delectabile est⌊ habitare fratres ⌋non fratres dicit corpore sed mēte:nō carnales sed spirituales⌊ in vnū ⌋fidei mēte ꝛ sincera charitate habere cor vnū ꝛ animā vnam. Ista psalterij xp̄iste dulcis sonuscista suauis melodia velut tuba spūsc̄ti diuisos corpore in vnū ꝯgregauit ꝛ monasteria plima pepit. Ad hūc sonū frēs excitati sunt q habitare in vnū ceperūt:a qb⁹ tn̄ bn̄dictio ad ceteros descēdit:q etsi non corpe:tn̄ i vnū habitāt mēte ꝛ fide. Ubi Petrus cantor. Illi vere habitāt in vnū qui requirūt illā:de qua dicit̄. Unam

Petrus cantor. Ps.26.

pety hac requirâm. Habitant aût omnes christiani in vnum vnitate fidei: specialius cenobite vnitate loci ꝛ ꝯuẽtus: specialissime aût anachorite habitât in vnũq ꝛ si sint separati a cõsortio boĩꝫ deo sunt vniti ꝛ socij eccl'ie triũphâtis. Hãc enĩ vitã qꝛ pfectior est nõ ꝯcedit Benedictus vel Hieronymus nisi perfectissimis ꝛ ꝓbatissimis viris. Hec Petrus. Ita aût est bonum ꝛ iocũdum habitare fratres in vnum.

2 **Sicut vnguentum in capite: qd descendit in barbam barbam aaron.**

℄ Sicut vnguẽtũ] .i. vnctio spũsſcti que fuit prius [in capite] chr̃o. ꝛ dicit hoc a similitudine regũ ꝛ sacerdotũ qui in veteri testamẽto in figura chr̃i inungebant [qd] vnguẽtum postea [descẽdit] a capite chr̃o [in barbã] ꝛ determinat in cuius barbã subdẽs [barbã aaron] scilicet chr̃i veri sacerdotis. Noster aaron nr̃ sacerdos est chr̃s: hic seipm obtulit in sacrificiũ pro nobis: ꝛ resurgẽs ascẽdit in celũ ꝛ venit spũsſctũs a capite in barbã eius .i. in fortes ꝛ pfectos quos barba designat. nã barba maturitatẽ grauitatẽ fortitudinẽ: ꝛ perfectionem significat: scꝫ in aplõs ꝛ in alios primitiuos sanctos qui familiari᷒ ꝛ vicinius chr̃o capiti suo adherẽtes prius in vnũ habitare ceperunt ꝛ pmos ipetus seculi sustinuerũt nec vinci potuerunt

3 **Quod descendit in orã vestimenti eius: sicut ros hermon qui descendit † in montem syon.** (margin: † super)

℄ Quod] vnguẽtũ postea [descẽdit] ab illis [in orã vestimẽti eius] scꝫ chr̃i .i. in illos pfectos qui norũt habitare in vnuꝫ qui legẽ implẽt inuicẽ onera sua portãtes. Secuta est enim ecclesia ꝛ peperit monasteria. Nã vestis dñi ꝛ sacerdotalis significat ecclesiã. ora aût pfectionẽ: qꝛ in ora pficit vestimẽtũ. Et forte p istã orã vult intelligi que est in capitio tunice per quã intrat caput. Tales sunt q habitãt in vnũ: vt sicut p istã oraꝫ intrat caput hoĩs vt se vestiat: sic per cõcordiã fraternã chr̃s q caput nr̃m est intrat vt vestiat ꝛ illi eccl'ia hereat: vel descẽdit vsqꝫ ad orã .i. vsqꝫ ad nos ad q̃s fines seculoꝝ deuenerũt. nã de plenitudĩe illi᷒ oẽs nos accepim᷒. hoc aût ꝙ fratres habitãt in vnũ nõ ex suis viribus vel meritis est: sꝫ ex dei dono ꝛ grã. ideo subiungit [sicut ros hermon] idest gratia christi. ros enim de celo veniens est gratia. Hermon ꝟo interpretatur lumen exaltatũ a chr̃o: ergo est ros grẽ qua fratres in vnũ habitãt qui pri᷒ exaltatus est in cruce postea in celo [qui descẽdit in montẽ syon] .i. in sanctã ecclesiã que ꝓpter altitudinẽ vite ꝛ speculationẽ celestis patrie nõ immerito ꝛ mons ꝛ syon appellat: nõ ergo habitant in vnum nisi in qbus fuerit grã ꝛ charitas chr̃i: ꝛ qbus est aĩa vna ꝛ cor vnũ in deo. Ideo aût bonũ est ꝛ iocũdum habitare fratres in vnum. (margin: Hermon quid interpretatur.)

4 **Quoniam † illic mandauit dominus benedictionem: † ꝛ vitam † vsqꝫ in seculum.** (margin: † ibi † non habet et † non habet vsqꝫ)

℄ Quoniã illic] .i. in fratribus in vnũ habitãtibus: ꝛ vbi est talis vnitas fraterne charitatis [mandauit] ꝛ precepit [dñs benedictionẽ] suã: per multiplicationẽ grẽ ꝛ ꝓmotionẽ virtutũ in presenti. ꝛ [mãdauit] .i. ꝓmisit [vitã] p collationeꝫ glorie ꝛ multiplicationẽ premioꝝ in futuro [vsqꝫ in seculũ] .i. in eternum duraturã. Serua ergo ꝯcordiã si vis a dño ꝯsequi bñdictionẽ ꝛ vitã. Qui enĩ in vnũ sunt solũmodo corpore: hi in insula: in agro: in lecto relinquuntur: ceteri ꝟo qui in vnũ sunt corde assumunt. valde ergo bonuꝫ est ꝛ iocundum habitare fratres in vnum. Oratio.

Infunde domine in ecclesiam tuam charitateꝫ fraternitatis ꝛ pacis: vt rore spiritualis vnguẽti aspsi benedictionis tue gratia iocũdemur. Per dñm.

℄ **Psalmus de cõmendatione charitatis diuine ꝛ laude dei: ac gratiarũ actione in tribulationis ꝛ aduersitatis temptatione. Psal. CXXXIII.**

Ecce nunc benedicite † domino: omnes serui domini. (margin: 1 † dñm)

Auctor psalmi ꝓpheta Dauid. ¶ Titulus vt supra. ¶ Materia. Inuitatio ad diuinã laudẽ. ¶ Intentio. Incitare fideles ad diligẽdũ ꝛ laudãdũ deũ. ¶ Snia in gñali. Propheta in isto psalmo oẽs electos ad diuinũ cultũ ꝛ dei laudẽ inuitat: eisqꝫ bñdictionẽ dei optat. Quintusdecimus gradus est charitas dei: de qua hic agit sicut supra de charitate chr̃i: nõ ꝙ alia virtus sit qua diligit deus ꝛ alia qua ꝓxim᷒: sꝫ qꝛ diuersos act᷒ hꝫ ipsa virtus ꝛ diuersa diligunt ea. ¶ Snia in spãli. Monẽs ergo ad bñdicẽdũ ait [Ecce] tot gradib᷒ ascẽsis vel bñficijs dei circa nos visis [nũc] .i. sine tardatione. Uel [nunc] in hoc tẽpore in aduersis [benedicite dño] laudando ꝛ grãs agendo [omnes serui dñi] in vnũ adunati ꝛ vnanimiter habitãtes in domo dei qui nõ estis serui peccati sꝫ serui dñi: qbus non dominant vitia: sꝫ solũ dñm habetis deũ qui deo militatis non seculo. Nã per transactas tribulationes cõstat ꝙ benedictioni vacabimus sicut scriptum est. Beati qui habitãt in domo tua dñe: in secula seculoꝝ laudabunt te. Qui ergo tũc bñdicturi sunt: sine defectu hic benedicere dominuꝫ in tribulationibus ꝛ tentationibus incipiunt. vos dico (margin: ps. 83.)

2 **Qui statis in domo dñi: in atrijs dom᷒ dei nostri.**

℄ Qui statis] nõ succũbitis ad impulsuꝫ tẽtationũ .i. qui perseueratis [in domo dñi] .i. in ecclesia: ꝛ qui statis [in atrijs domus dei nostri] .i. in latitudine charitatis vbi nullus angustatur. Atria dicuntur ampliora domus spatia. sta in charitate ꝛ stas in atrijs. In charitate enim que extẽdit etiã vsqꝫ ad inimicos latitudo est: in odio angustia. In latitudine mane ꝛ poteris diligere inimicũ tuũ. Et habebis verã bñdictionẽ domini qñ nõ maledicis inimicis. Uel [qui statis in domo dñi] .i. in penetralib᷒ .i. maiores in eccl'ia ꝛ pfectioreſ: ꝛ vos etiã qui statis [in atrijs domus dei nostri] .i. in ingressu scꝫ incipiẽtes ꝛ minores: sunt enim in hac domo diuersi ordines. Et (margin: Atria que sint.)

3 **In noctibus extollite manus vestras in sancta: ꝛ benedicite † domino.** (margin: † dñm)

℄ In noctibus] .i. in tribulationibus ꝛ aduersitatibus nõ solũ in diebus prosperitatis [extollite] .i. leuate [manus vestras] corporis gratias agẽtes ꝛ manus operis bonũ faciẽtes: ꝛ hoc [in sancta] .i. intẽtione sanctoꝝ ꝛ eternoꝝ [ꝛ bñdicite dño] celesti grãs ei de collatis bñficijs referẽtes ꝛ nil boni vobis sed totũ deo tribuẽtes. Nõ ait in diebus sed in noctibus: qꝛ facile est bñdicere in diebus .i. in ꝓsperis sed difficile in aduersis qd est ꝓbatio gratuiti amoris: deus quidẽ nõ indiget nostra benedictione: sed ideo iubemur bñdicere qꝛ cũ ipse a nobis benedicitur eius in nos benedictio retorquetur. Unde ꝛ populo quem ad benedicenduꝫ induxit ipse eque bñdici optat q.d. dixi benedicite ꝛ vt hoc possitis.

4 **Benedicat † te dominus ex syon: qui fecit celum ꝛ terram.** (margin: † tibi ps. 127.)

℄ Benedicat te dñs] bñdictiõe que est [ex syon] .i. de celesti hierusalẽ qd põt: qꝛ ipse est [qui fecit celũ ꝛ terrã] .i. oẽm superiorẽ ꝛ inferiorẽ creaturã: ꝛ ideo potẽs est benedicere. Nota ꝙ supra hortat plures benedicere vni/ hic ꝟo precat vnũ benedici: qꝛ etsi plures sint: tñ vnũ sunt habitãtes in vnum ꝛ vnitati bñdictio cõuenit. Tu ergo esto vnũ/ ꝛ per charitateꝫ habita in vnũ: ꝛ ad te bñdictio perueniet. Attẽde etiaꝫ ꝙ vir iustus qui tot gradib᷒ cõscẽdit bñdictionẽ supnã loco remunerationis accipit: qꝛ oẽ mun᷒ ascẽdẽtiũ bñdictio est. Oratio.

Benedicentes te oẽs serui tui dñe deprecamur: vt nos mũdi huius nocte contectos illuminare digneris: quatenus duꝫ manus nostras in bonis operib᷒ eleuam᷒ bñdictionẽ a te largissimã ꝯseq̃mur. Per.

℄ Psalmus

¶ Psalmus de inuitatione fidelium ad dei laudem propter magna ipsius beneficia z magnalia plurima z diuersa. Psal.CXXXIIII.

1 Laudate nomen domini: laudate serui dominum.

Auctor psalmi ppheta dauid. ¶ Titulus est alla: post gradus q ducunt ad eternitatē cōgrue ponit alla: vt laudib⁹ dei fruatur ecclesia cui tale munus paratū est. ¶ Materia. Laus dei z cā laudis. ¶ Intētio. Monere fideles ad laudādū. ¶ Sententia in gñali. Propheta in isto psalmo inuitat gñaliter fideles ad laudē dei magnalia ipsius diuersa cōmemorādo falsitatē idolo₽ destruēdo: eorūqz cultores redarguēdo. ¶ Sētentia in spāli. Propheta ergo post ascēsiones z pdictos gradus stantes in domo dñi alloquit vt post beneficia laudent deum dicēs[Laudate nomē dñi]idest rem nois sui z potentiam eius ipm quātū potestis extollendo laudib⁹ z debetis: qz laudādo deū meliores eritis nō deus. Deīde qui z quare laudare debeāt: subdit[laudate serui dñi].q.d. vos serui z qz serui estis laudate dñm cui oēs tenētur seruire deuote p beneficio creationis: redemptionis: z generalis gubernationis: alioquin nisi laudēt offendūt cū ipsi serui sint z ille dñs. Deinde quales sint qui laudare dñm debeāt: docet dicēs

2 Qui statis in domo dñi: in atrijs domus dei nri.

¶ Qui statis in domo dñi: in atrijs domus dei nostri].q.d. vos serui laudate q statis z pseueratis non titubatis nec ruitis. Illi stare dicunt q in mādatis eius pseuerant: qui in fide nō ficta z spe firma ac charitate sincera deo seruiūt z eius ecclesiam honorāt: z nō dant offensionē male viuendi eis q venire volūt z i via lapides offensionis nō sunt. De h habes ēt supra in psalmo pcedēti: vbi cetera melius videre poteris.

†q̄m 3 benigni⁹ suauis

Laudate dominum †quia bonus dominus: psallite nomini eius quoniam †suaue est.

¶ Laudate] inquā[dñm] pp̄ter hoc[qz bonus]est[dñs]ex se z in se a quo omnia cetera bona cuius bonitas nō qualitas est sed nā. Quidā pro bonis tēporalib⁹ laudāt eū: alij pp̄ter pmiuz eternū eis pmissum: tertij sincerius eo solo intuitu qa bonus est. Est enim ifinite bonitatis pp̄ter qđ est summe laudabilis[psallite]operādo z cantādo[nomini eius].i. ad laudem nois eius nō querētes gloriaz vestrā[qm̄ suaue est]nomen eius.i.res nominis scz ipsi gustanti z experto suauis est dñs in pcepto: qz iugum eius suaue z onus leue: suauior in pmisso, suauissimus in premio. Breuiter vno verbo explicita est cā laudis dei nostri: nō enim iuenis melius qđ de illo dicas nisi qa bonus est dñs. Ipsa merces tua summa: deus ipse erit quē gratis sic amare debes vt ipm pro mercede desideres: quia solus te satiabit. Deinde subiungit opera eius z que circa nos fecit que magis capere valemus.q.d. Ideo etiam laudate z psallite qz ista que sequuntur fecit.s.

4 Quoniaz iacob elegit sibi dominus: israel in possessionem sibi.

¶ Quoniā iacob].i. iudaicū populū ab iacob descendētē[elegit]gratia nō merito ex ceteris nationibus[sibi dñs]idest in suā protectionē: z idem repetens alijs verbis subdit[israel] scz elegit dñs[in possessionē sibi] pp̄riā z specialē. Ad litterā ceteras gētes sub angelis posuit: sibi istam possidēdam seruandāqz deputauit. Per iacob q interpretat luctator vel supplantās significat ille qui bene seruiēdo z cōtra spūales nequitias luctādo vitia supplantat. Per israel xo que interpretatur vidēs deū significat qui eū fide z oculis interioris hois contēplatur: hūc elegit sibi dñs in possessionem quē vt agrum excoleret: seminaret: possideret: z seruaret: qui nō suis meritis sed gratia dei est electus z iustificatus. Et merito eū suadeo laudandum z ei psallendum

5 †q̄m †super omnes deos

†Quia ego cognoui q magnus est dominus: z deus noster †pre omnibus dijs.

¶ Quia ego cognoui]z scio[q magnus est dñs]in se scz potestate z virtute qui vbiqz est z oia cōtinet: z cuius magnitudinis non est finis[z deus noster]est[pre oibus dijs].i. sup oēs deos qui sunt in celo z in terra est magnus z potēs scz super hoies sanctos, z angelos q dij digni sūt vocitari. Necesse est enim eū esse sup omnē creaturā z corporalem z spiritalem: z sup omnia que fecit z hoies z angelos z oia: z ideo eū laudabilem predico: magnus est in essentia: magnus quoqz in operibus excedit excellentiā oium: z hoc probat effectus: quia

6 †que ps.113.

Omnia †quecunqz voluit dominus fecit in celo z in terra: in mari z in omnibus abyssis.

¶ Omnia quecūqz voluit dñs fecit in celo z in terra]oia visibilia z inuisibilia nō coactus est facere aliqd: sed quicqd voluit fecit. Causa oium operū eius est pp̄ria voluntas: z nulla necessitas: vnde sm Augu. Stultū est in singulis reb⁹: quo₽ creationis certa cā ignorat aliā inquirere q̄3 diuinā voluntatez: z nō tm̄ in celo z in terra: sed[in mari] qđ cōmeatur[z in oibus abyssis]idest in pfunditate ignoti oceani. Si ergo oia eius opera comprehendere non possumus hoc de eis firmiter teneamus q oia a deo sunt facta. Deinde enarrat que fecit.q.d. fecit que voluit: quia ipse est

Augu[st].

7 †fulgurans.

†Educens nubes ab extremo terre: fulgura in pluuiam fecit.

¶ Educens nubes]scz mediāte corporū celestium calore[ab extremo terre].i. ex vltimis finibus terre q icludunt mari in quo eleuati vapores cōdensant in nubes: z flatu vento₽ deferunt ad mediū terre vt ibi pluant: z de talibus[fulgura in pluuiam fecit]idest fulgura z tonitrua in dictis nubibus generata per resolutionē nubium in pluuiam terminauit: z, qui fulgure terruit pluuia refecit. Ipse est etiam

8 †educit.

Qui †producit vētos de thesauris suis: qui percussit primogenita egypti: ab hoie vsqz ad pec⁹.

¶ Qui pducit vētos de thesauris suis].i. de occultis z latentibus causis: qđ eniz flat ventus sentis: z qđ iussu dei flat scis: sed qua cā flat vel de quo thesauro rōnis editus sit nescis. Ipse est[qui pcussit pmogenita egypti]non tm̄ quedā sz[ab hoie vsqz ad pecus]idest hoium z peco₽. Hec fuit decima plaga quā solā in spāli exprimit: qz inter ceteras oēs terribilior fuit. Alias aūt plagas tangit in generali dicēs

9 †immisit

†Emisit signa z prodigia in medio tui egypte: in pharaonem z in omnes seruos eius.

¶ Emisit signa z pdigia]que pter vsitatū nāe cursum cōtingūt: sicut de istis erat plagis[in medio tui]o[egypte]pro populi israel liberatiōe[i pharaonē z i oēs suos ei⁹]quos post multas plagas finalr̄ in mari rubro submersit. Ipse est etiā

10 Qui pcussit gētes multas: z occidit reges fortes.

¶ Qui]postq̄3 eduxit israel de egypto[pcussit gētes multas] occupantes terrā filijs israel pmissaz[z occidit]idest occidi fecit[reges fortes]filijs israel resistētes. videlicet

11 Seon regem amorreorum z og regem basan: z omnia regna chanaan.

¶ Seon regē amorreo₽ z og regem basan]q pcussi sunt sub Moyse cū prohiberēt filios israel per fines suos transire[z omnia regna chanaan]que pcussit deus sub Josue. Ubi triginta vnum reges interfecit

12 †seruo suo.

Et dedit terram eorum hereditatem: hereditatez israel †populo suo.

¶ Et dedit terram eorũ]scilꝫ regū ⁊ gentium[hereditatē].i. hereditario iure possidendam: ⁊ specificās cui vel quibus eā dedit repetit dicens[hereditatē]nō cuicūqꝫ: sed[israel pplo suo]ex ceteris nationib⁹ electo. Et qa ex his factis est a filijs israel spāliter laudabilis: ꝯuerso ad dñm ſmone subiūgit. O

13 Domine nomen tuum in †eternum: domine memoriale tuum in †generatione ⁊ generationes.

† sclꝫ ... † gnōnē ⁊ gnōne

¶ Dñe]q mirabilia iam enumerata fecisti[nomē tuū in eternū]est laudabile a nobis[dñe memoriale tuū].i. memoria mirabiliū tuorū ꝑmanet in generatione ⁊ generationē] idest in gñationibus singulis sibi succedētib⁹. Dū ergo audis que in ipios facta sunt caue ne ⁊ in te fiāt. Ad hoc eñ facta sunt in illis vt eos nō imitareris ⁊ talia non patereris. Attēde exempla bñficioꝝ dei ⁊ vindictā dei time: omnipotens est ⁊ ad cōsolādū ⁊ ad castigādū. Ideo hec vtilia sunt qꝛ cū legunt̄ ipsos legentes ⁊ auditores instruūt. Quādo eñ pius videt seu audit qḋ passus est ipius purgat se ab omni ipietate ⁊ cauet dei offensam ne veniat ⁊ ipse in talē penā taleq́ꝫ vindictam. Hec qdē ad litterā facta sunt. Sed videamus quid typice significent: celū sunt spūales: terra carnales: ⁊ ex his duobus constat ecclesia dei ⁊ ad spirituales predicatio: ad carnales vero pertinet obsecundatio. Ergo in ecclesia sua ⁊ in predicatoribus ⁊ in plebibus suis tanq̃[in celo ⁊ in terra oīa quecunqꝫ voluit fecit.]Et similiter[in mari ⁊ in omnib⁹ abyssis.]Mare designat infideles apertos persecutores q nō seuiūt nisi ꝑmittant̄: nec vindicat̄ in eis nisi deus iusserit. Abyssi sunt latētia corda ⁊ ꝓfunde cogitatiōes hominū: sed hec nuda sunt deo quē nihil latet: ⁊ ibi facit quod vult ⁊ cōsolat̄ cor bonuꝫ ⁊ torquet cor malū. Et ipse[educit]⁊ excitat[nubes]⁊ predicatores nō tm̄ de medio terre ⁊ filijs israel: sed ⁊ ab extremo terre ⁊ de gētibus ⁊ mittit in fines orbis terre. Vel[de extremo terre]idest de humilibus ⁊ infimis mundi vel purgans eos ab omni terrenitate: ⁊ vocat nubes qꝛ fulgurant minis, coruscant miraculis: pluūt doctrinis. Et de ipsis nubib⁹[fulgura in pluuiā fecit]idest minas ⁊ cōminationē ad mīam ⁊ propitiationē flexit ⁊ de terroribus irrigauit. Nā qñ tibi minatur deus ꝑ ꝓphetā seu ꝑ apostolū ⁊ times coruscatio terruit te: sed cū penitēdo corrigis ⁊ agnoscis hoc fieri ꝑ mīam terror fulguris vertit̄ in pluuiam: ⁊ q te terruit ipse te reficit. Eosdē aūt quos vocauit nubes vocat ⁊ ventos: nubes ꝑꝑ carnē: ventos ꝑꝑ spiritū. Nubes enim videnẗ venti: sentiunt̄ ⁊ nō videnẗ. Et ideo qꝛ carnē videmus esse de terra[nubes] inquit[educens ab extremis terre]⁊ qꝛ spūs hominis ignoratur vnde veniat[qui producit]inquit[ventos]⁊ spiritus predicatorū[de thesauris suis]percussit et[primogenita egypti]idest destruit principalia a vitia atqꝫ crimina mūdi[ab homine vsqꝫ ad pecus]idest prudētib⁹ seu doctis ⁊ in ideotis seu indoctis.[Emisit]quoqꝫ[signa in medio egypti]commonēs mūdū miraculis per predicatores factis[in pharaonem ⁊ in oēs seruos eius]idest cōtra diabolum ⁊ ministros eius: seu in cōfusionē ⁊ destructionē eorū[percussit]etiā[gentes multas]idest innumera vitia ⁊ cateruas vitiorū que mūdum oppresserūt[⁊ occidit reges fortes].i. vitia fortissima ⁊ dominantia. vel reges sunt imundi spiritus qui occisi sunt duꝫ nequeūt in nobis quod volunt. Occidit plane ⁊ nunc occidat a cordibus seruorū suorū: ⁊ a tētationibus ecclesie sue nō cesset manus eius in occidendis talibus regibus ⁊ talib⁹ populis.[Seon regē amorreorū].i. simulationē vel arborē infructuosam habētē secū execratores dei qui simul ꝑcussi in ignem ꝓijciūtur eternū[⁊ og regē basan]idest materiam cōfusionis que nobis ne deū agnosceremus ⁊ in eū crederemus obstabat[⁊ omnia regna chanaan]idest regna cōmotionis ⁊ supbie que dominabant̄ nobis ⁊ cōmouebant nos a deo. Omnia ergo ista q̄ euertit tūc deus corporaliter euertit nūc spiritaliter: nec cessat manus eius vsqꝫ in finē. Sed qꝛ ad hoc euertit vt releuet ⁊ q̄si dānat vt saluet recte subditur.[Et dedit terrā eoꝝ hereditatē]idest celestē beatitudinē quā demones ꝑ superbiā deseruerūt. Inde eñ electoꝝ populuꝫ gratia diuina ad celestē hereditatē deducit: vñ prius malignū hostē ⁊ populū vitiorū ac seruoꝝ suorū cordibus repellit. Et qꝛ qḋ tūc circa impios fecit corporaliter: nūc circa nos facit spiritaliter bene subiūgitur.[Dñe nomē tuū in eternū] est exaltatū.i. operatio potētie tue seu manus tua non cessat facere hoc in tota presenti vita ⁊ in hoc seculo que tunc ꝓnunciasti in figura[⁊ memoriale tuum].i. memorabilis mīa tua manet[in gñatione]ꝓsente qua renascimur per baptismū[⁊ gnōnē]futurā q̄ resurgem⁹: qꝛ nō est oblit⁹ de⁹ in hac nos vocare, ⁊ illa coronare. Ideo aūt laudabilis ⁊ laudādus est de⁹.

14 †Quia iudicabit dominus †populum suum: ⁊ in seruis suis †deprecabitur.

† sqꝛ † plebeꝫ suam. † aduocabitur.

¶ Non est occultatũ] ꝛ abscõditũ [os meũ] dictũ ab osse nõ ab ore .i. firmitas anime interior ꝛ cõstãtia virtutũ que frãgi nõ põt: qꝛ quelibet tribulatio seu aduersitas huius seculi seuiat [a te] sic vt cognitionẽ tuã lateat [qd fecisti i occulto] ꝛ abscõ/dito: qꝛ illud homines nõ vidẽt: tu autẽ vides q fecisti vides bona q̃ fecisti in me vt nõ appareãt mala que ego feci in me. Operuit tua gratia peccata mea [et] tamen [substãtia mea] scilꝫ corporis [in inferioribus terre] .i. in hac peregrinatione afflicta gemit tribulationibus ꝛ tẽtationibus fatigatur. Ego subsisto in carne corruptibili: tamen os nõ cedit huius seculi malis. Ex quibus verbis pẽsanda est dei misericordia atqꝫ iustitia: qꝛ intus diuina virtus spiritualibus donis ꝛ virtuti/bus nos roborat: spe ad celestia subleuat: ꝛ sue diuinis tegmi/ne culpas nostras misericorditer occultat: sed pp̃ter culpas nostras adhuc nos punit: ꝛ natura nr̃a adhuc in hac mortali/tate gemit tẽtationibus ꝛ anxietatib9 vrget: ꝛ innumeris tri/bulationibus fatigat. Et qa nõ nostris meritis sed diuine mi/sericordie respectu agit vt corruptio ad incorruptionẽ suble/uetur. Bene subiũgit loquẽs nũc in persona capitis .o.

† per diẽ errabũt

15 **Imperfectum meũ viderũt oculi tui: ꝛ in libro tuo oẽs scribẽt: † dies formabunt ꝛ nemo i eis.**

¶ Imperfectũ meũ] scꝫ titubãtes [viderunt oculi tui] miseri/corditer ne perirẽt dũ adhuc nõ haberẽt os ꝛ anime firmita/tem interiorẽ [ꝛ in libro tuo] .i. in diuina memoria [oẽs scri/bentur] omnes .s. illi quos oculi tui viderunt: ac si diceret in memoria tua eterna semp erũt. vñ adhuc de ĩpfectione sub/iũgit [dies formabuntur] ꝛ de filijs noctis filij lucis fiẽt qui alios illuminabũt. nã q̃si dies formauit dñs qñ sanctos apo/stolos elegit: quãdo eos luce fidei illuminauit: sꝫ isti in tene/bras cõuersi sunt: cũ in chr̃i passione lucẽ fidei pdiderũt [ꝛ ne/mo in eis] remãsit qui non erraret: sed tamen non perierũt: quia imperfectum eorum oculi tui viderunt: qd preuidens propheta subiungit. Et si errabunt: tamen

† val/de † valde

16 **Mihi autẽ nimis honorificati sunt amici tui de/us: † nimis confortatus est principatus eorum.**

¶ Mihi aũt] .i. a me [nimis] .i. valde ꝛ excellẽter. Excellit .n. honor celestis honorẽ terrestrẽ: vel vltra q̃ dici possit [hono/rificati] ꝛ honorabiles facti sunt lꝫ alijs despicabiles videant [amici tui] o [deus] scꝫ apl̃i ꝛ sancti qui errabũt: vere nimis sunt honorificati illi qbus auctor celi ꝛ terre dignatus est di/cere. Jam nõ dicã vos seruos sed amicos meos. Magn9 ho/nor: magna gloria: magna dignitas est esse amicos dei. Tali honore digni sunt qui pro amore dei cuncta que mundi sunt deserũt: q pp̃ter chr̃m viles ꝛ abiecti esse appetũt: quos mũ/di pspèritas non eleuat: quos aduersitas ab amore chr̃i non separat: ꝛ [nimis] super omnẽ principatũ [cõfortatus est pnci/patus eorꝫ] .i. firmiter stabilitus: qꝛ primo duces ꝛ pastores ecclesie facti sunt: ꝛ ex isto principatu ad honorẽ eternũ trã/sierũt. Nimis etiã cõfortati sunt apl̃i ꝛ ceteri sancti quos ni/hil poterat a charitate chr̃i separare: q terrena despiciebant: mũdi gl̃iaꝫ calcabãt: ad celestẽ patriã totis virib9 anhelabãt: sed hi tales: lꝫ sint magni: nõ sunt tñ pauci. vnde sequitur

Joã. 15.

17 **Dinumerabo eos ꝛ super arenaꝫ multiplicabũ/tur: exsurrexi ꝛ adhuc sum tecum.**

¶ Dinumerabo eos] quos in fide genuerunt illi quorũ prin/cipatus est confortatus [et] ipsi mihi enumerati [super are/nam multiplicabuntur] alijs ad dinumerandum. Deo ergo numerabiles sunt electi: nobis Xo tam innumerabiles sunt q̃ innumerabilis est arena: hoc autem fecit mortalitas ꝛ re/

surrectio chri: vnde ⁊ subditur [exsurrexi] a morte [⁊ adhuc] toto tempore vite presentis [sum tecum] occultus ad dexteram tuam donec ab omnibus videar in iudicio.nã ante passionem ⁊ in passione pauci fuerunt qui crederent in Jesum: ac postq̃ resurrexit a mortuis ⁊ ascendit in celum multiplicata est multitudo credentium.Et adhuc ad dexterã patris in occulto sedens latet:nondum manifestus venit:nondum iudicat:sed tunc districtius eos damnat qui modo cum penitendo non placant.De quibus in persona corporis seu membrorum psalmista subiungit

18 **Si occideris deus peccatores: viri sanguinũ declinate a me.**

¶ Si [idest quando] occideris [⁊ a corpore tuo separaueris o] deus peccatores [obstinatos tunc scilicet dicam] viri sanguinum [scilicet qui oditis fratres.Qui enim odit fratrẽ suũ homicida est] declinate a me [scilicet ne vobiscum occidar a deo.Ac si diceret.Cum tu dãnabis reprobos in iudicio:tunc separabuntur boni a malis: Tunc manifestum erit qđ hic dicitur.Viri sanguinum declinate a me.Tunc occidentẽ qui modo persequuntur:tunc honorabũtur qui modo pro iustitia persecutionem patiuntur.Tunc apparebit qđ premissum est.Nimis honorificati sunt amici tui deus.Quibꝰ reprobis etiã causa ⁊ origo dãnationis demonstratur:cũ subinfertur

j.Joã.3.

† qm̃ 19 † **Quia dicitis in cogitatione: † accipiant in vanitate ciuitates suas.**

† qm̃ dicens
† accipient

¶ Quia dicitis in cogitatione [scilicet vestra.peccatũ quippe prius in cogitatione fit,postmodum in opere.Et quia malũ non corrigunt cogitationis:ideo ad malum deriuantur operis:dicitis inquã aduersus electos [accipiãt in vanitate] ⁊ frustra [ciuitates suas].i.cõuenticula.Iste ciuitates sunt sanctorum societates:qui dum per diuersa loca sancte ⁊ socialiter viuunt ciuitates omnipotentis dei sunt.Quos solent mundi amatores mente despicere:q: eos vidẽt temporalia que ipsi diligunt non amare.Et dum illos conspiciunt simul habitare sola celestia concupiscere (q: vite sequẽtis fructum nõ cogitant)in vanitate accepisse ciuitates suas.i.frustra sociales ducere vitam electos reprobi pensant.Et quia eorum mala sancta ecclesia odit ⁊ reprehendit recte subiungitur

† eos 20 **Nonne † qui oderunt te domine oderam: ⁊ super † inimicos tuos tabescebam.**

† eos q̃ oderãt te odio habui.
† inimicitiis tuis

¶ Nonne qui oderunt te domine oderam].q.d.sic:q: eorum vitium est odiendum bonis hominibus sicut est odiosum deo [et]nõne[super inimicos tuos]quos videbam preterire legem tuam[tabescebam]idest resoluebar interius tedio:⁊ afficiebar dolore:iratus contra eos ex zelo tue iustitie.Sic iniustos iuste odimus si eorum culpas zelo dei accẽsi districte reprehendimus:si ea que redarguenda sunt minime palpamus:ne dum eorum gratiam offendere metuimus irãm dei incurramus.Si ergo nos deum veraciter diligimus:sic eius inimicos odire debemus vt in eo quod mali sunt semp eos persequi studeamus.vnde ⁊ subditur

21 **Perfecto odio oderã illos:inimici facti sũt mihi.**

¶ Perfecto odio oderã illos [diligẽs ꝙ facti erant ẜm naturam:sed odiens qđ faciebãt scz iniquitatẽ:q2 ipsi oderũt te: nec enim veraciter te diligerẽ nisi odientes te odirem:⁊ exinde[inimici facti sunt mihi]odio iniquo persequentes me propter iustitiam.Perfecto odio odire est neminem contra iustitiam amare:nulla vitia blandiendo palpare:ea que mala sunt audacter redarguere:nulla ꝓpter hec damna vel aduersa formidare.Hoc est enim perfecte odisse vt nec ꝓpter vitia homines oderis:nec propter homines vitia diligas:vt hoc in eis oderis ꝙ iniqui sunt:hoc diligas ꝙ homines sunt.Et ꝙ puro ⁊ sincero aĩo oderint pctõres ostẽdit eo qđ seqĩ

Odire pfecte qd est.

22 **Proba me deus ⁊ scito cor meũ: † interroga me ⁊ cognosce semitas meas.**

† scrutare

¶ Proba me]o[deus]interius[⁊ scito cor meũ]qđ non põt homo:idest esto testis conscientie mee.Mundũ se nouit interius cum hoc aiebat:nisi enim purum se habere cor sciret testẽ conscientie sue deum minime inuocaret:hec est conscientia munda ⁊ species filie regis intrinsecus:perfectum quoq3 se esse exterius agnouit cum subiunxit[interroga me]exterius [⁊ cognosce semitas meas.] Ac si diceret proba conscientiã: interroga vitam:proba cogitationes:interroga opera:q2 factis malorum non consentio nec diligo.Et cum in me viam iniquitatis non inueneris in via tua que tu ipse es deducere me digneris.Et hoc est quod sequitur

23 **Et vide si via iniqtatis in me est: ⁊ deduc me in via eterna.**

¶ Et vide si via iniquitatis in me est]siuẽ cõgitando:siue delectando:siue consentiendo:siue faciendo[⁊ deduc me in via eterna]idest in via iustitie que ducit ad vitam ⁊ beatitudinẽ eternam:ad quã nullus potest peruenire nisi fuerit totaliter expeditus ab omni iniqtate:hec etiã eterna via est christus. Ipse enim ait.Ego sum via veritas ⁊ vita.Via est per quam spiritaliter gradimur:veritas est ad quã ꝑuenire conamur: vita est qua in eternum fruamur.Vel[Proba me]o[deus] idest examina[⁊ scito cor meum]idest fac me scire ea que latent in corde meo[interroga me].i.fac me inquirere ⁊ discutere conscientiam[⁊ cognosce].i.cognoscerẽ me fac[semitas meas].i.cogitationes ⁊ desideria mea quo tẽdunt.[Et vide] idest fac me videre[si via iniquitatis in me est].i.aliqua latens culpa in mea voluntate vel actione[et]si aliquid in via mea inueneris quod tibi displiceat[deduc me in via eterna] idest in via que ducit ad eternitatem.

Joã.14

Oratio.

Celi terreq3 protector deus quo moriente illuminata sunt tartara:quo resurgente sanctorum est multitudo gauisa:quo ascendente angelorum exultauit caterua:precamur tante glorie excellentem virtutem vt directi in via eterna illo tueamur brachio quo honorabiles amici tui gloriantur in celo.Per dñm.

¶ **Psalmꝰ de cuiuslibet fidelis iter malos cõstituti deprecatione ad dñm vt a tentationibus ⁊ vexationibus liberet eum. Psal.CXXXIX.**

1 **† Eripe me domine ab homine † malo: a viro † iniquo † eripe me.**

† eruas me
† maligno
† iniusto
† erue

Auctor psalmi ꝓpheta dauid.¶ Titulus. In finẽ psalmꝰ Dauid.Et est sensus.Psalmus iste dirigens nos in finẽ.i.in christum est Dauid.i.ecclesie que hic loquitur.¶ Materia.Malitia huius mundi ac gemitus ⁊ oratio corporis christi inter malos constituti.¶ Intentio.Monere ad orandum deum contra omne malum.¶ Sententia in generali.Propheta in isto psalmo in persona ecclesie dominum deprecatur vt a tentationibus ⁊ vexationibus iniquorum liberetur: dicens in futuro iudicio vindictam super eos venturam qui pauperes nunc persequunť.¶ Sententia in speciali.Ecclesia ergo inter malos quos (vt supra dictum est)perfecto odio odit gemens ⁊ laborans clamat.[Eripe me]o[domine ab]omni [homine malo]in se non solum visibili scilicet proximo:sed etiam inuisibili scilicet diabolo.Diabolus dicitur homo in figura:vnde in euãgelio.Inimicus homo hoc fecit.Vel ẜm quosdam sicut Paulus qui primo vocabať Saulus dicitur a paula quam conuertit:ita diabolus diciť homo ab hoĩe quẽ ipse decepit[a viro iniquo]aliąs.s.hoĩe vel diabolo[eripe me ne mihi noceat.Eripe inquã ab istis ne cogar ꝯformari eorũ malitie:q2 etiã vir dr:q2 virilis ⁊ fortis est ad nocẽdũ.De

Mat.13

inde qualiter mali psequunt exequit: impugnāt eniz bonos triplr scz corde: lingua: et manu. Et de corde pmittit dicens

† iniu/ stitias † bella 2 **Qui cogitauerunt † iniquitates in corde: tota die constituebant † prelia.**

Qui] .s. mali et iniq [cogitauerūt] ex mora [iniqtatē in corde] et si in labijs qnqz bona ptendāt: et hec inimicitia occulta periculosior est q̄ aperta: facilius enim vitatur aperta q̄ occulta. Quia nulla pestis efficatior est ad nocēdum q̄ familiaris inimicus: et ibi tales [tota die] .i. toto tēpore sine itermissione [ↄstituerūt] machinando et firmiter statuendo [prelia] verborum aut verberū quibus alios impugnarent. Deinde subdit de persecutione a lingua dicens

3 **Acuerunt linguas suas sicut serpentes: venenum aspidum sub labijs eorum.**

Acuerunt linguas suas] in fabrica malitie poliēdo et preparādo ad blāde loquēdum vt deciperēt: vel ad pungēduz vt lederēt [sicut serpētes] qui blādiunt lingua vt mordeāt [venenū aspidū] qd est insanabile .i. suggestiones praue: est vel latet [sub labijs eoꝝ] .i. sub verbis de labijs eoꝝ pcedētibus. Et bñ dicit sub labijs: qa malitia eoꝝ nō manifesta est: sz occulta: vident amicitie vba hic: sed plena sunt veneno mortifero. Deinde de psecutione a manu .i. ope subiūgit dicens.

† cō/ serua † iniustis erue 4 † **Custodi me domine de manu peccatoris: et ab hominibus † iniquis eripe me.**

Custodi me] o [dñe de manu] .i. potestate [peccatoris] antonomasice et per excellētiā scz diaboli: qa validus est ad nocendū: et per multa fallit que nequeo per me precauere [et ab hoibus iniquis] ad nocendū paratis .i. a mēbris eius p quos conatur qd per se nequit facere [eripe me] ne mihi noceant: non dico in causis secuᵗ: sed in via domini vbi modicū nocumentum inducit magnum detrimentum. Unde subdit.

† musci/ pulam 5 **Qui cogitauerūt supplantare gressus meos: absconderunt superbi † laqueum mihi.**

Qui cogitauerūt supplātare] et decipere [gressus meos] qbus ambulabā in via dei et abstrahere me ab ea per aliqd qd mihi pberet occasionē ruine. Unde subdit [abscōderunt] ne perciperē et cauerem: et vt facilius me deciperēt et mihi nocerēt [supbi] scilz illi petōres et iniq [laqueū] .i. deceptionez seu insidias [mihi] et ad capiendū me. Noie supbi totuz corpus diaboli explicauit qui bonis inuident bona que habēt: sicut diabolus inuidet homini celum qd perdidit.

† restes † musci/ pulas pedibus meis † semi/ tas 6 **Et † funes extenderunt † laqueū: iuxta † iter scādalum posuerunt mihi.**

Et funes] .i. peccata sua manifesta que mihi suadēt facere [extēderūt in laqueū] vt me allicerēt ad faciendū filia pctī. Dicunt funes qa ligant hoies et detinēt captiuū. vnde sibi ligant manᵘ et pedes vt pijciat in tenebras exteriores: et ostēdit vbi extēderūt dicēs [iuxta iter scādalū] .i. offendiculuz et obicē [posuerūt mihi] vt impingā scz dictū vel factū minus rectū prebēs occasionē ruine. Iter tuū pcepta dei sunt. vade ergo iter rectū: nec exeas a via dei .i. a pceptis eius: et non timebis scādalū: nec rues in laqueū: qz in itinere nullū pōt eē scādalū: sed iuxta viā permisit deus poni ipsum cautum te facere volens: ne tu a via recedas et cadas. Sed in his tentationibᵘ et periculis nihil restat nisi clamare ad dñm. Ideoqz ad hec omnia precauenda: ego clamans

† per/ cipe au/ ribus 7 **Dixi domino deus meus es tu: † exaudi domine vocem deprecationis mee.**

Dixi dño deus meus es tu] .i. in te solo tanq̄ in deo ↄfido: cui ppriū est succurrere cōfidētibus in eo. Magna fiducia hoc dicit: et si eni est oium deus p creationē: pprie tñ est deᵘ eoꝝ q illi fruūt et eo fruunt. Deide petit dicēs [exaudi dñe] custodiēdo et liberādo me [vocē deprecationis mee] qua precor mala depelli a me: ne a via tua recedā et i laqueū cadā. O

8 **Domine domine virtus salutis mee: obumbrasti super caput meum in die belli.**

Dñe dñe] .i. verissime dñe nō quales dñi hoies sunt tu es [virtus] et opifex [salutis mee] .i. qui das vires saluti mee et pseuerantiā qua sim saluus. hoc dicit: qz videbat picula: et q difficile est pseuerare in lōga via. q.d. tu das vires pseuerandi vt pseuerādo perueniā ad salutē: et inde spero q tu es virtus salutis mee: qz [obūbrasti] per grām .i. quasi vmbraculū fecisti cōtra estū tētationū [super caput meū] scz mētē meā prestādo mihi refrigeriū [in die belli] cōtra diabolū carnez et mundū: ne mihi pualeret estus tribulationū et tentationū. Sed adhuc non sum securus: et ideo

9 † ne † aduer/ sum † **Non tradas me domine a desiderio meo peccatori: cogitauerunt † contra me ne derelinquas me ne forte exaltentur.**

Nō tradas me] o [dñe] .i. ne pmittas me tradi [a desiderio meo] .i. per desideriū et cōcupiscētiā meā [pctōri] .s. hoi malo vel diabolo: vt eis cōsentiā et desideriū pficiam. hoc ergo ora q̄tum potes: tu eni desiderio tuo facis locū diabolo: frena desideriū et nō cades in laqueū: qz [cogitauerunt] inimici [cōtra me] quō calidius possint nocere: et ideo tu o [dñe ne derelinquas me] in manibus eoꝝ: et serua me a lapsu [ne forte] de me victo et humiliato [exaltent] .i. triūphēt et gaudeāt ac de meo interitu glorient habētes de me suum intentū: qa seducto hoie gaudēt diabolus et sui. Unde alibi. Exultabunt si motus fuero. Me ergo vmbra alarum tuarum teget: sed

ps. 12.

10 † teget **Caput circuitus eorum: labor labiorum ipsoruz † operiet eos.**

Caput] .i. mens et capitalis intētio [circuitus] vite [eorum] scz [labor labioꝝ ipsoꝝ] .i. mēdaciū quo iducūt homines ad pctm̄ p verba deceptoria et dolosa. Et recte mendaciū dicit labor. sicut eni q veritatē pfert facile et sine labore loquitur: ita et q mēdaciū fingit multū laborare hz [opiet eos] qa hic in terra de sua falsa et mēdaci assertione superant et ↄfundūtur et in futuro opiet eos in inferno sicut rhete operit captas aues: et sic puteus inferni claudet sup eos os suū. Et preterea

Mēdaciū labor est.

11 † deci/ dent † ignis in terra et † **Cadent super eos carbones: † in ignez deijcies eos: in miserijs non subsistent.**

Cadent super eos] hic in terra anteq̄ veniat ignis eternus [carbones] scz ignis ↄcupiscētie, ire, et luxurie, et oium incētiua vitioꝝ [et in ignē] .i. in illos carbones [deijciēt eos] .i. deijci pmittes: et dicit idē carbones et ignē [et in miserijs] huiᵘ seculi [nō subsistēt] qa carētes robore virtutū pñtis vite molestias nequaq̄ ferre valēt: sz impatiētes cadunt in iniqtates et deficiūt: quas miserias boni patiēter trāseūt. In futuro etiā cadēt super eos carbones gehēne et in ignē eternum deijciētur et in miserijs non subsistent: qa pena et miseria infernalis est intolerabilis. De quorum casu adhuc subditur.

12 † sup terram † vena/ buntur. **Vir linguosus non dirigetur † in terra: virum iniustum mala † capient in interitu.**

Uir linguosus] cui voluptas est loq nec attēdit qd loquat [nō dirigēt] ad viā rectā et ad faciendū bona: nec pficiet [in terra] .i. in hac vita: qz vt dicit Gregorius. Multiloquio qsqz seruiens rectitudinez iustitie tenere nequaq̄ pōt. Et vt dicit Salomon. In multiloquio nō deerit pctm̄. Seruᵘ q̄ dei q vult dirigi magis oportet audire q̄ loqui. nā si qs etiā vera dicat: sed preter necessitatem vir linguosus est: nec tñ nō dirigetur vir linguosus: sed et [mala capient] virū iniustū [in interitu] ois linguosus iniustus est. Quia illius q nō refrenat linguaz suā vana est religio. vnde enim nō refrenat malū locutionis

Grego.

Salomon puer. 10.

inde deriuat ad malū opis. Quē mala nūc capiēt ad interitū: q2 in miserys nō subsistit s3 deficit: bonū xo nō ad interitū: q2 flagellat dns filiū quē recipit. Sed z de futuro

† egē. 13 **Cognoui q2 faciet dominus iudicium † inopis: z † vindictam pauperum.**

† causas

Cognoui [ego] [q2] [tandē] [faciet dns] z si modo nō facit [iudiciū inopis] q esurit iustitiā querit z pulsat ip3 ditādo diuitijs spūalibus z eternis. Beati enī q esuriūt z sitiunt iustitiā: qm ipsi saturabūtur: z faciet ēt [vindictā] vel causas [pauperū] [spiritu. i. humiliū non relinquens eo2 iniuriā impunitā: sed puniēs oppressores eo2ū quos nūc mala pducūt ad perditionē: z si boni modo affligunt z psluras patiunt appebit gloria eo2 cū apparuerit caput ipso2. Unde sequitur

Mat. 5.

† ibi. 14 **Uerūtamen iusti confitebuntur nomini tuo: † z habitabunt recti cum vultu tuo.**

habitabūt

Uerūtamē iusti 3fitebūt [cōfessione laudis] [nomini tuo] idest laudabūt nomē tuū: z hic inter gratia qd laudabilius est z maxime in futuro: vbi du3 iudiciū z causas eo2ū facies nihil suis meritis: sed tue misericordie tribuēt [z habitabūt recti] q recte viuunt z bona sua nō sibi sed tibi tribuunt [cū vultu tuo] i. cū psentia tua: manifesta tua visione pfruentes: z faciē tuā in celis clare videntes: q2 deū sicuti est videbūt: z tūc decurso sudore finitisq3 laboribus perhēni letitia implebuntur: z in domino sine fine gaudebūt. Oratio.

Virtus salutis nr̄e deus defende ecclesiā tuā a dissidentiū veneno mortifero vt a te obumbrati nunq̄ obligemur a laqueis inimici. Per dominum.

Psalmus de oratione fidelis z perfecti contra mala huius mūdi: z spāliter vt a peccato lingue pseruet: z a pena debita liberet. Psal. CXL.

† dep. z cationis † dum

Domine clamaui ad te exaudi me: intende voci † mee † cum clamauero ad te.

Auctor psalmi pphēta dauid. ¶ Titulus psalm⁹ dauid vel oīo ipsi dauid. i. chr̄o attribuit q factus est s3 carnē filius dauid: loqt enī hic chr̄s tot⁹ siue pphā in voce ipsi⁹ qn̄q3 i psona capitis: qn̄q3 i psona mēbro2: vbi vnusq̄sq3 tāq̄3 herēs i corpe chr̄i agnoscat suā vocē. ¶ Materia. Oīo 3 mala hui⁹ mūdi z singulariter cōtra malū z pctm̄ lingue: de quo mētio habita est in psal. precedēti. ¶ Intētio. Ut homo qui als expr̄s est per linguā se peccasse vel ad hoc pctm̄ pnu3 esse peniteat: z ad deū clamet vt sic a recidiuo p deuotā oīone3 pseruet: z a pena debita liberetur. ¶ Snīa in gñali. Prophā in isto psal. petit suā oīonē exaudiri: z a peccato lingue z a pena p eo debita in psenti z in futuro infligēda pseruari. ¶ Snīa in spāli. In persona ergo corporis sui qd est ecclīa dicit. O [Dn̄e clamaui] nō remisse oraui iam diu [ad te] corde z ore deprecando: z ideo [exaudi me] petitionē meā adimplēdo. Quia longe sumus: a deo clamemus nō tam sono vocis q̄3 intētione z affectione cordis. Clamor enī nr̄ ad deu3 ipsu3 est desideriū: z vnusquisq3 q̄tum amat tātū clamat. Nec sufficit semel clamare ad dominū: manet enī tribulatio ecclesie vsq3 in finem seculi: z ideo subiungitur [intende voci mee] i. diligēter audi vt exaudias [cū clamauero ad te] ite2 z quotiēscūq3: q2 nōdum finita est tribulatio. Nota p v̄ba triū tēpo2ū sc3 clamaui: exaudi: clamauero. Innuit omni tempore esse orandum: z pro peccatis preteritis dimittendis: z presentibus delendis: z futuris cauendis. Et o domine

2 **Dirigatur oratio mea sicut incensum in cōspectu tuo: eleuatio manuū mearū sacrificiū vespertinū.**

Dirigatur [de ara cordis] [oīo mea] [igne charitatis incēsa. i. recta ad te veniat nō habens aliq̄s sordes aut vitia aut cogitationes malas] [sicut incensu3] i. bonus odor [in 3spectu tuo] vt quēadmodū suauis incensi odor est gratus z delectabilis: sic mea oīo tibi placita fiat z acceptabilis [z eleuatio manuū mearū] ad te in oīone vl' operatio mea bona que fit pro eternis sit tibi [sacrificiū vespertinū] i. placeat tibi vt sacrificiu3 qd in veteri lege offerebat vespere qn̄ occidebat agnus qd erat acceptabilius: q2 erat figura veri sacrificij: sc3 passionis chr̄i qd in vespere z fine mūdi oblatū est z super oīa placuit patri: hoc pprie ad caput videt ptinere q in sua passione p psecutoribus dignatus est orare. O felix oīo que pure directa de ardēti corde tanq̄3 de ara sancta incēsu3 accēdit. Ipse etiā declinante iam die in vesperū in cruce manus expādēs sacrificiū obtulit: q2 tunc animā deposuit. Illud sacrificium vespertinū fecit in resurrectione munus matutinū. Et o pie redemptor vt merear digne inuocare te

Pone domine custodia3 ori meo: z ostium † circumstantie labijs meis.

3 † cōtinētie circa labia mea

Pone [o] [dn̄e custodiā ori meo] tanq̄3 portā ne verba nō⟨?⟩ xia vel incōgrua seu ociosa z inutilia effundā. Os enī qd deū inuocat aperiri d3 deo: z claudi diabolo: aperiri d3 in oīone: z claudi in vana locutione. Sed qa in silētio offendit si a iusta locutione lingua indiscrete reprimat: recte subiūgitur [z ostiū circūstātie] z 3tinētie [labijs meis] vt nō nisi oportunē aperiant vel claudant z moderate loquant quatenus os discretū z 3gruo tpe vox aplat: z 3gruo tpe claudat: sicut ostiū dom⁹ vel camere mō aperit modo claudit put nec̄itas exigit vel reqrit. vn̄ Salomon tp̄s tacēdi z tēpus loquēdi. Et

Salomon

† **Non declines cor meum in verba † malitie: ad excusandas excusationes in peccatis.**

4 † vt † maligna

Non declines] i. declinari z labi pmittas o de⁹ [cor meu3] in v̄ba malitie] i. ad pferēdū malitiose cōposita sc3 [ad excusandas] z defendendas [excusationes] que fiunt [in pctis] excusandis. i. vt ptinaciter defenda3 peccata mea excusationibus falsis annectēs pctā pctis. O infelicissimū homi3 gen⁹ q pctā excusam⁹ dicētes: vict⁹ su3 a nā: ego nolebā peccare s3 vicit me caro mea. Illa mulier venit ad me ipsa me vocauit: ipsa me tetigit: ipsa mihi illud dixit: vl' iputātes mala fato seu stellis aut tēpori vel necessitati. Et pro quo deberem⁹ pnīa3 agere z dicere: dn̄e ego peccaui excusamus z fugimus pctā peccatis: z sicut Adā z Eua in verba malitie declinamus

Cum hominibus operantibus iniquitatem: z nō † cōmunicabo cum electis eorum.

5 † combinabo

Cum hoībus operātibus iniqtatē] i. sicut excusant hoīes q opant iniqtatē ex 3suetudine malitie. Iniq enī incessanter in peccatis excusationes inquirunt q laudari ab hominib⁹ concupiscūt: vnde fit vt tardius peniteāt. At cōtra: sancti viri qa de se humilia sentiūt accusare semetipos nō erubescūt: recte ergo subiūgit [et] [si hoc fuerit] nō cōmunicabo] 3sentiēdo. i. nō ero socius [cū electis eo2] sc3 operātiū iniqtatē: quia non me iustificabo nec peccata defendam. Sicut dn̄s h3 electos suos: ita diabolus z membra eius habent electos suos. Electi eorum sunt qui se iustificāt ceterosq3 despiciunt z peccata sua defendūt: ista sunt ppria electo2 seculi: nō paupe2 chr̄i. vnde bene z electi z eo2 vocant: qa in eo q sanctos se simulant quasi electi vident: in eo xo q carnalr viuūt veraciter eorum sunt. Cum illis nō cōmunicabo sed ab eo2 cōuersatione vita z morib⁹ discordabo: q2 illi exteriora appetūt: ego interiora cōcupisco: illi laudes adulantiū querūt: ego increpationes iustorum diligo. vnde sequitur. Sed potius

† **Corripiet me iustus in misericordia z † increpauit me: oleum autem peccatoris non † impinguet caput meum.**

6 † emēdabit † arguet † impinguabit

¶ Corripiet me iustus in misericordia]nō in odio[⁊ increpabit me]cū vino increpationis infundēdo oleū misericordie. Et bene in misericordia:nō enī est hec correptio ira sȝ misericordia:nō est perturbatio furoris sed zelus amoris:charitas hec facit nō crudelitas[oleū autē peccatoris]idest falsa laudatio adulatoris ⁊ simulata dilectio que mentes a rigore virtutis emollit ad noxia[non īpinguet].i. vnguet[caput meū] .i. mentē que principale est in homine: sicut caput in corpore .i. nō me demulceant ⁊ delectent fauor adulantis ad excusandū pctm: vel ad pertrahendū ad pctī consensum .q.d. malo me iusta increpatione reprehēdi q̄ blāda adulatiōe decipi. Sed tñ de ipsis peccatorib⁹ q̄ ēt mala sua defendūt ⁊ foris gloriam querunt non est desperandum: quoniam pro illis sancta orat ecclesia: vnde ⁊ subiungitur

† iuxta petram 7 Quī adhuc ⁊ oratio mea in beneplacitis eorum: absorpti sunt† iuncti petre iudices eorum.

¶ Quī adhuc]futurū expecto[⁊ oratio mea]erit[in bñplacitis eorū]cū conuersi fuerint ad dñm .i. veniet tps quo placebit eis oīo mea vt bñ placeat eis orare qd nūc oro ⁊ ipi pctōres inde proficient ⁊ orabunt pro eternis: sicut ⁊ ēt ipsi[iudices]⁊ electi[eorū] .i. potētes ⁊ docti q̄ principanť inter eos tanq̄ iudicātes de moribus: ⁊ sententias proferētes[absorpti sunt]⁊ nihil reputati q̄ per se aliud videbanť[iuncti petre] idest cōparati chro: q̄a sapientia christi stultā fecit sapientiā huius mūdi. Uel[absorpti sunt] .i. incorporabunť[iuncti] .i. sociati[petre]chro. Et ipsi tandē corrigētes se a sua malitia

† pre- ualuerūt † dirupta 8 Audiēt verba mea quoniam † potuerunt: sicut crassitudo terre† erupta est super terram.

¶ Audient]aure obediētie: ⁊ acceptabūt[verba mea]euāgelica: ⁊ cōuertenť ad chrm[qm̄]ipsa vba mea[potuerunt] .s. potētiā hñt: ⁊ preualuerūt vbis eoꝝ: preualuit enim verbū dei in sapientibus ⁊ iudicibus multis: vnde secutū est q̄ martyrio coronati ecclesiā fruge virtutū fecūdiorē reddiderūt[et sicut crassitudo]seu pinguedo[terre]latēs sub eius supficie [erupta est]sursum ⁊ dispersa[sup terrā]⁊ pualēs fertilitatē pducit ⁊ fructū. nā sicut de reb⁹ cōtēptibilibus ⁊ abiectis quandam pinguedinem accipit terra: sic ex eo qd cōtempsit hic mundus accepit crassitudinē sancta ecclesia: vt inde seges eius fertilis pullularet.

† dispersa † iuxta infernum † qm̄ † ne 9 † Dissipata sunt ossa nostra† secus infernum: † qz ad te domine domine oculi mei: in te speraui† nō auferes animam meam.

¶ Dissipata sunt] .i. a sua fortitudie dissoluta ex tribulationū ⁊ tēptationū vehemētia[ossa nostra] .i. interiora ⁊ fortiora nostra: seu virtus mētis nostre que p ossa in q̄bus robur corporis est designať[secus] .i. ppe[infernū]tanq̄ simus in pcinctu intrādi infernū. dicta aūt fragilitate hois ad diuina remedia ꝯfugit ecclia dicēs: sed [q̄a ad te dñe dñe] verissime ⁊ eterne qui es spes ⁊ fortitudo mea sunt[oculi mei]interiores tanq̄ ad ptectorē ⁊ adiutorē meū directi ⁊ in te fixi. plus figo oculos in pmissis tuis q̄ in pscutoꝝ minis: noui enim qd pro me passus sis ⁊ qd pmiseris: ⁊ p hec secure[in te speraui]nō in alio: ⁊ ideo[nō auferes] .i. auferri pmittas per culpaȝ a te vel a bonis tuis[animā meā]⁊ si corpus patiť. Tuus suȝ tu me salua: hoc ideo petii q̄a sciebat multos aduersis cedere. Non auferas animam: sed potius

† manicipula quam † ab † q̄ operantur 10 Custodi me a † laqueo quem statuerunt mihi: ⁊ † a scandalis † operantium iniquitatem.

¶ Custodi me a laqueo quē statuerunt mihi] .i. a deceptione quā mihi ptēderūt illi q̄ me pscuti sunt: hoc est ab occultis insidiis vbi esca ducit ad laqueū[⁊ a scādalis opantiū iniq̄tatē] .i. a manifestis pturbationib⁹ ⁊ neq̄tiis in dictis vel factis: peccātes enim aperte dant aliis offendiculū ⁊ occasionē ruine: per laqueos ⁊ scādala notat totius mūdi mala: laquei enī sunt blandi nexus .s. carnis desideria ⁊ amor seculi: ⁊ si per hos diabolus non pficit ad perturbationes ⁊ scandala se cōuertit que per inquietos mouet. Me inquā custodi: sed

11 Cadent in † retiaculo eius peccatores† singulariter sum ego donec transeam.

† rhetia † singulariter ego sum

¶ Cadent in rhetiaculo eius] .s. diaboli vel iniq̄tatis .i. in insidiis paratis ad capiendū hoīes: sicut rhete ad capiendū feras[pctōres]de vitio in vitiū ruentes qui vsq̄ eo sunt pctōres vt sic vitā istā amēt q̄ eā vite eterne pponant. Et merito cadēt: qui enim amat alteri inferre periculū: peribit in illo. Qd aūt dixit laqueū: hoc nūc vocat rhetiaculū: laqueū .s. q̄z ligat: rhetiaculū q̄a retinet: ⁊ cū talib⁹ nō vult iste cōbinari. vñ addit[singulariter sum ego]q̄ in vna spe subsisto ꝯsortia eorū fugiēdo ⁊ cōsensū cum eis nō habēdo: ⁊ sic dolos caueo [donec]vt viator[trāseam]in offenso gressu hui⁹ mūdi viā. Uel[donec trāseā]de pñti vita ad sanctoꝝ requiē: ⁊ de spe ad speciē: vel i psona chri securus ait[singulariter suȝ ego]tēpore passionis[donec transeā]de hoc mūdo ad patrē. Solus remaneo: solus patior: discipuli defecerūt: fugerunt ⁊ me solū reliquerunt: ⁊ vnū solū latronē lucratus sum: hinc est q̄ ipse ait. Nisi granum frumenti ⁊c. Si autem mortuum fuerit ⁊c. Et iterum. Cum exaltatus fuero ⁊c. Oro.

Joā. 12.

Pone domine custodiam ori nostro ne inania pferamus: vt misericordia tua correpti ab oibus iniq̄tatū scādalis protegamur. Per dominum.

¶ Psalmus de oratione christi vel fidelis in magna afflictiōe positi pro sua liberatione ab omni malo ⁊ tribulatione. Psal. CXLI.

1 Uoce mea ad dominum clamaui: voce mea ad dominum deprecatus sum.

Auctor psalmi pp̄ha Dauid. ¶ Titulus. intellectus Dauid cū esset in spelūca oīo: ⁊ est sensus. hic est itellectus dauid .i. totius chri quē habuit cū eēt in spelūca .i. in hoc seculo vel i carne vel in sepulchro ⁊ est hic oīo ad quā monet. Qui ergo in precedēti psalmo clamauit: hic etiā in psona totius chri quasi de spelūca ad dñȝ clamat. ¶ Materia. Oīo pro liberatione ab oi malo ⁊ tribulatione. ¶ Intētio. Monere ad orādū inter mala huius mūdi ⁊ picula. ¶ Sñia in gñali. Propheta in isto psalmo in psona chri vel cuiuslibet fidelis in magna afflictione existēs explicat corā deo anxietatē animi sui petēdo deuote ab eo diuinitus liberari vt sic ꝯfessione laudis diuine possit libere dño ꝯfiteri. orat enī hic chrs: orat corp⁹ chri qd est ecclia. ¶ Sñia in spāli. Ait g̃ pp̄heta pri⁹ in psona corporis ad deū clamātis.[Uoce]interiori ⁊ cordis nō strepitu labioꝝ ⁊ oris[mea]nō aliena sicut illi q̄ pvicarios seruiūt in ecclesia. vñ q̄dā. Si nō vis hēre vicariū in pmio nō habeas vicariū in labore: ⁊ merito[ad dñm]tm̄ patronū nō ad aliquē aliū[clamaui]ex affectu cordis non remisse oraui. Uñ quia multi clamāt nō orādo: ideo clamorē suum exponit dicens [voce mea ad dñm deprecatus suȝ] .s. pro depulsione tribulationis mee ac si diceret: clamor me⁹: ipse est depcatio mea: ipse est affectus cordis mei. aliter enī non sonat in aure dei. Deinde amplius oīonis sue deuotionē insinuās subdit. ⁊ adhuc

2 † Effundo in conspectu eius orationem meam: † ⁊ tribulationeȝ meam † ante ipsum pnuntio.

† effūdā aū ei pcē meā † nō hȝ ⁊ † in ꝯspectu ei⁹ an nūtiabo

¶ Effundo]copiose vt fontem purum ⁊ cum lachrymis[in conspectu eius]scilicet domini solius non hominum[orationem meā]⁊ precē. Ergo in secreto cordis ⁊ in abscondito cōscientie funde precem tuaȝ vbi solus videt ille q̄ remunerat

[et tribulationē meā] i. cordis amaritudinē [ante ipm] i. intus in pscia et in corde vbi videt ipse [pnūtio] narrādo meas angustias ad impetrandū cōsolationē aliquā cōtra eas: qr plus sonat in auribus dei [cōtriti cordis tribulatio, q̄ ore prolata deprecatio. Et hoc facio dicit ecclesia

3 † eius † deficit a me spūs meus.

† In deficiendo ex me spiritum meum: et tu cognouisti semitas meas.

¶ In deficiēdo ex me spiritū meū] i. dum deficit a me spūs meus. Nō enim pōt spūs noster pficere in deū nisi prius deficiat in nobis. Qui tūc deficit qn̄ ab amore sui totus vertit in amorē dei. Et ne hoies audiētes spiritū eius defecisse putent eū deiectū addit pueniēs sermonē ad dn̄m [et tu cognouisti] et approbasti [semitas meas] scz vias iustitie et pceptorū per quas illis nō vidētib⁹ eas et cadētibus ambulo securus. Ac si diceret. Si illi putāt me deiectū qr spūs me⁹ defecit: tu tn̄ me stantē vides cuius spūs me viuificat. Et qa omnes q pie volunt viuere in christo psecutionē patiunt: recte subiungit

† igitur 4 † dicebar † mihi muscipulam

In via hac qua † ambulabam: absconderunt † laqueum mihi.

¶ In via hac] scz fidei et legis chri [qua ambulabā] innocēter viuēdo [abscōderūt] i. abscōdere moliti sūt aduersarij mei [laqueū mihi] scz deceptionis ad me capiendū sicut auis capit laqueo: dicunt in hac via abscōdere laqueū nō scdm veritatē: qa et ipsi extra viā sunt: et hec via nō suscipit in se laqueū nec scādalū: sed scdm votū seu cupiditatē et opinionē ipsorum. Illud ꝟo qd alibi dicit. Juxta iter scādalū posuerunt mihi. *Ps. 129.* scdm veritatē pnūtiat: nō sinit eos chris in via ponere ne non sit qua eamus: sinit tn̄ eos ponere iuxta viā vt de via nō declinemus. Illis aūt sic facientibus ego presentia contēnens.

5 Considerabam ad dexteram: et videbam: et non erat qui cognosceret me.

¶ Cōsiderabā ad dexterā] i. respiciebā ad eterna [et videbā] ipsam dexterā vbi futurus erā et oīa tolerabā. Dextera enim hic vitā significat eternā: sicut sinistra solet designare vitam presentē. illi aūt nō videbāt: qa tn̄ sinistrā attēdebāt. et ideo subiūgit [et nō erat qui cognosceret me] scz qd pro dextera paterer: nō enim habebāt oculū cordis vt videre possent ecclesiā habētē pulchritudinē moꝝ et decorē virtutū. nā si cognouissent forsitan amarēt et imitarent: qr ꝟo nō cognoscebant: ideo odiebant et persequebantur. Et lz persecutores absconderent laqueum mihi et me persequerentur: tamen non fugi dicit ecclesia. immo

6 Perijt fuga a me: et nō est q requirat animā meā.

¶ Perijt fuga a me] i. nō fugi: ab illo enim fuga perit q non fugit a duobus aūt fuga perit: scz a cōcluso q nō pōt: et a forti qui nō vult. Et est fuga corporis quā dn̄s quādoqz permittit *Matth. 10.* dicēs. Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate: fugite in aliā. Et est altera que fit animo: quā dn̄s vitupat dicēs. Mercennarius videt lupū et fugit: *Joā. 10.* fugit ꝟo nō mutādo locū: sz subtrahēdo solatiū. Et talis fuga perijt ab isto: qr nunq̄ fugit aio [et nō est] de illis psequētibus [q requirat aiam meā] ad imitādum: sz ad occidendū. Querit enim aut a psecutoribus aut a dilectoribus: positus q in tāta tribulatione subiūgit. Ita mihi: et ideo

† autem 7 Clamaui ad te dn̄e: dixi tu es spes mea: portio † mea in terra viuentium.

¶ Clamaui ad te dn̄e] tanq̄ lōge positus pro liberatione. Clamor noster ad deū ipse est affectus cordis nostri et desideriū [dixi] positus in tribulatione [tu] et nō ali⁹ [es spes mea] hic in hoc seculo scz in terra morientiū: qr te ex oib⁹ eligo: et ideo oīa tolero: et [portio mea] quā desidero: quam expecto [tu es] nō hic: sed in futuro: scz [in terra viuentiū] et celesti paradiso. Tūc erit res que modo est spes. Tūc eū videbimus et possidebimus qn̄ erit oīa in oib⁹ nobis. Interim ꝟo clamam⁹ ad dn̄m tanq̄ longe positi tanq̄ egentes et miseri multis tribulationibus et persecutionibus afflicti. Unde et subditur

Intende ad † deprecationem meam: quia humiliatus sum nimis. *8 † orationem*

¶ Intēde ad deprecationē meā] qua malū a me depelli precor: et necesse est [qa humiliatus sum nimis] i. valde intus et extra humiliatus in persecutione: humiliatus in pfessione: humiliatus in se inuisibiliter: humiliatus ab hostibus visibiliter: nimis humiliati sunt in hoc seculo serui dei: sz vn̄ nimis despiciuntur in hoc seculo: inde nimis honorātur in futuro. Et plerūqz ipsa mundi despectio reddit nobis deum propitium: in tanto fit nobis propinquior in prece: quanto viciniores sum⁹ ei in sustinenda pro christo despectione. Et

† Libera me a persequentibus me: † quia confortati sunt super me. *9 † erue † qm̄ corroborati*

¶ Libera me a persequētibus me] nō vt corpus nō moriat: sed ne illis me cōformādo aia peat. Ad hoc enim diabolus extra per vasa sua agit psecutionē corporis vt intus fiat ruina cordis: et necesse est vt liberer: qa [confortati sunt sup me] i. roborati sunt et preualuerunt mihi in fortitudine intātū q nō possum resistere. Creuit enim psequētiū numerus: creuit malus zelus: qr abundat iniquitas et frigescit charitas: ecce confortant *Matth. 24.* q psequunt et nō est q resistat. Expectat dn̄s patientiā seruoꝝ suoꝝ: et interim certātibus pparat coronā: et psequētib⁹ penā. Et ne liberationē corporis intelligeres: ideo addidit.

† Educ de custodia animam meam † ad confitendum nomini tuo: me † expectant iusti † donec retribuas mihi. *10 † erue de carcere † vt confiteatur † sustinebunt † quoadusqz*

¶ Educ de custodia animā meā] i. de pressura mūdi hui⁹: vel corruptione carnis in qbus tanq̄ in carcere vel custodia tenet et angustiat felix aia. Cupit enim dissolui et esse cum christo: nō valet: sed felix erit si interim luget. nā Beati qui lugēt: qm̄ ipsi consolabunt. *Mat. 5.* Educ inquā [ad pfitēdū] i. vt confiteat [nomini tuo] pfessione laudis ppetue cū beatis [qr me expectāt iusti] scz sancti [donec retribuas mihi] pmiū glorie cū ipsis. Illi enim q iā sunt in anima glorificati expectāt iustos sequentes q̄tū ad corporū glorificationē: oēs enim cōmuniter hāc recipiāt retributionē. In ista ergo custodia detēti debem⁹ esse vigiles ne nos pmat torpor negligētie: ne nos grauet somnus ignorātie: pēsemus q̄ō rei se habeāt in carcerib⁹ qualiter gemāt, fleāt, peniteāt de suis reatib⁹: q̄tū emēdare velint si possint q̄tū timeāt et suspecti sint vt iudex veniat et reos ad pmerita tormēta perducat. Sic studeamus et nos in isto penali carcere mala nr̄a deflere et penitēdo punire. Misericors iudex noster penitētiā nr̄am libēter suscipit: et si nos punimus ipse nō punit: si nos nō parcimus ipse parcit. Uel in psona christi possunt oīa accipi. Ipse enim cū pēderet in cruce magna voce ad patrē clamauit dicēs Hely hely etc. et sic ad eū deprecatus est. Effudit et offerēdo patri suo simul orōnē et passionē: et ipsa tribulatio passionis magna ad patrē et virtus orōnis. In ipsa quoqz tribulatione deficiēdo inclinato capite emisit spiritū: qr tūc ipletū est qd de ei⁹ incarnatione et passione pdixerāt scripture: qd etiā in illa voce itelligimus qua dicit consummatū est, apte subiungit: qr cognouit semitas eius. i. vitam et doctrinā eius approbauit. Abscōderūt iudei laqueum christo: inierūt enim cōsiliū q̄ō eū dolo tenerēt et occiderēt. Cōsiderauit etiā in passione suos discipulos qui ad dexterā eius erāt: qr eos vt ad dexterā suā in iudicio sederēt elegerat: et videbat si quis in fide remaneret et nō erat qui eū cognosceret. alijs fugientibus solus christus cōprehensus est et ductus ad iudiciū et nullus regrebat eū ad consolandum. Clamauit ad dominum suum: quia spes eius erat et pars in terra viuentium intēdit ad deprecationē suā et eruit eū a persequētibus

ipsius q̄ intētū sup eū ꝯfortati sunt vt dei filiuz crucifigerent. Et eduxit de custodia.i.de sepulura in qua custodiebaꝛ: animā eius.i.carnē anime reddendam:⁊ ceperūt ꝯfiteri nomini eius qui ante blasphemabant. Surrexit ⁊ ascendit in celum ⁊ sedet ad dexteram patris:quem expectant iusti donec veniat ad iudicium ⁊ retribuat eis vitam eternam. Oratio.

Deprecantes domine voce humili maiestatem tuaz exposcimus vt adiuta a te spe nostra portionem cum electis tuis in terra viuentium sortiamur. Per dominum nostrum.

¶ Psalmus de penitētia ⁊ oꝛone existētis in graui ꝑsecutione ⁊ tētatione:ac rogātis dn̄m vt sibi ferat auxilium. Psal.CXLII.

1 † preces

Domine exaudi oratione̅ meā:auribus percipe † obsecrationem meam:in veritate tua exaudi me in tua iustitia.

Auctor psalmi ꝓpheta Dauid. ¶ Titulus psalmus Dauid qn̄ ꝑsequebaꝛ euz filius eius. Et est sensus: psalmus iste est Dauid agēs de eo qđ significatū est tūc quādo persequebaꝛ eū filius eius Absalon. Dauid chr̄m significat ⁊ corpus eius. Absalon ꝓo Iudā vel ꝑsecutores aut prauos motus. Sicut ergo Absalon Dauid:sic iudas ꝑsecut⁹ est chr̄m:sic ⁊ falsi fratres ꝑsequunꝛ ecclesiā:sicq3 illiciti motus animā ⁊ praua operatio vnūquēq3. vel sicut in ꝓcedēti psalmo sic ⁊ hic a ꝑsequētibus liberari petit. Specialr aūt in hoc psalmo est vox anime penitētis dn̄m pro remissione peccātoꝝ exorātis pro eo q ꝑsecutus est eā filius suus.i.pctm̄ a se genitū. ¶ Materia. Lamētabilis petitio existētis in graui ꝑsecutione inimicoꝝ vel tētatione illicitoꝝ motuū seu operum. ¶ Intētio. Monere ad penitentiā ⁊ oꝛonē. ¶ Snīa in gn̄ali. Propheta in isto psalmo in ꝑsona chr̄i vel cuiuslibet fidelis existētis in graui ꝑsecutione inimicoꝝ visibiliū siue inuisibilium vel graui tētatione illicitoꝝ motuū aut operum clamat ad dn̄m orās vt sibi ferat auxiliū:loquiꝛ aūt ꝓpheta in ꝑsona totius chr̄i nūc pro capite:nūc pro mēbris. ¶ Snīa in speciali. Ad orādū ergo monēs primo in ꝑsona corporis dicit. O [Dn̄e exaudi oꝛonē meaz] in appetēdis vtilibus ⁊ honestis [auribus] .i.audiū clemētie [ꝑcipe obsecrationē meā] in repellendis inhonestis ⁊ noxijs:⁊ nec verax ⁊ iustus appareas [in veritate tua] .i.in veritate sermonis tui quo tu qui es veritas ꝯuersis veniā spōdes [exaudi me] nō in meritis aut operibus meis:sz [in tua iustitia] qua penitētibus ⁊ se accusantibus indulges ⁊ ipsū iustificas. De mīa eniz est infusio gratie que facit penitere:sz de iustitia est vt cū penitēs fuerit ei pcat ⁊ eū audiat:⁊ ne eū iudicet q se iudicat ⁊ dānat. Vn̄ subdit

† qm̄ 2 † corā te

Et non intres in iudicium cum seruo tuo: † quia non iustificabitur † in conspectu tuo oīs viuens.

¶ Et nō intres in iudiciū] .i.ad disceptādū iudicialr [cuz seruo tuo] scz mecū.i.nō districte mecū agas in futuro:qa seru⁹ tuus sum:⁊ nō punias me s̄m rigorē iustitie mīa egeo:paceꝫ quero [qꝛ nō iustificabiꝛ] .i.iustus ex se apparebit [in conspectu tuo] ⁊ corā te [oīs viuēs] siue vita nature:siue vita grē:siue ēt vita glie.nā ⁊ sancti magis de mīa ei⁹ q̄ de meritis suis iusti ⁊ sancti sunt:stelle enim seu astra.i.angeli nō sunt mūdi in cōspectu eius. Et necesse est vt exaudias ⁊ liberes:

† qm̄ 3

† Quia persecutus est inimicus animam meam: humiliauit in terra vitam meam.

¶ Quia ꝑsecutus est] aperte seuiēdo vel occulte insidiādo [inimicus] .i.diabolus vel homo iniquus [animam meam] inferendo persecutionem vt animam a iustitia separaret:persecutus est plane ⁊ diabolus aiam christi:⁊ iudas animā magistri. Et nūc ad ꝑsecutionē corporis chr̄i idē diabolus manet: iudas aūt inde succedit [humiliauit] ⁊ deiecit q̄tum in se est [in terra] .i.in terrenis [vitā meā] .i.conatur eā perducere ad terram. Quia hoc nobiscū agit quisq3 nos ꝑsequiꝛ vt relicta spe celesti terrena sapiamus ⁊ persecutori cedentes terrena non celestia diligamus ⁊ queramus. Et

4 † collocauerunt † tenebrosis † tedium passus ē in me

† Collocauit me in † obscuris sicut mortuos seculi:et † anxiatus ē super me spiritus meus: in me turbatum est coꝛ meum.

¶ Collocauit me] inimicus q̄tum ad se ⁊ suā putationem [in obscuris] .i.in tenebris vitioꝝ vt acquiescerē opibus tenebraꝝ [sicut mortuos sclī] .i.ceteros desperatos quos amor seculi separauit ab amore dei. Si qs peccās nō agit pniam hic mortuus est seculi:hoc ergo putauit inimicus q nō ago penitentiam pro peccatis [⁊ anxiatus est super me] ad deū extensus ⁊ visa miseria refugiū querēs [spūs meus] dolēs pro peccatis [⁊ in me turbatū est coꝛ meū] ad pniam ⁊ ꝓpter ꝯsciētiā: qꝛ peccaui:chr̄s etiā ꝓ nobis mortuus est ⁊ in sepulchro tāq̄ in tenebris sicut mortuus seculi collocatus. Et anxiatus est in eo spiritus ei⁹ s̄m illud. Tristis est anima mea vsq3 ad mortem. Cuius etiam coꝛ turbatum est hoc est apostoli quos vehementer tanq̄ coꝛ dilexit in eius passione turbati sunt. Deinde loquitur corpus xp̄i.d.

Matth. 26.

5 † memorat⁹ sum † factum † meditatus sum

† Memoꝛ fui dierum antiquoꝛuz: meditatus suz in omnibus operibus tuis: in † factis manuum tuarum † meditabar.

¶ Memoꝛ fui dieruz antiquoꝝ] .i.ad memoriā reduxi dies antiquos in quibus angelos ⁊ primos parētes aliosq3 preuaricatores puniuisti:in quibus etiā innocētes a malis tribulari ꝑmisisti:⁊ inde timui:sed ad ꝯsolationē meā [meditatus sum in omnibus opibus tuis] scz creationis:recreationis:⁊ glorificationis:⁊ [in factis manuū tuarū meditabar] qꝛ quecūq3 bona facimus nō nature bona sunt sed grē:⁊ inde cōsolationeꝫ accepi⁹ Respice ergo ꝯditorem tue vite ⁊ substātie:ac iustitie ⁊ salutis auctorē:meditare in facturis manuū eius:qa nō solum creaturā sed ⁊ iustitiā:⁊ qcqd in te boni est ad manuum eius facturā inuenies pertinere:⁊ ab illo factū esse:ipse enim qui omnia quecūq3 voluit fecit:ipse est qui operaꝛ in nobis ⁊ velle ⁊ operari pro bona voluntate. Et cum videreꝫ omne bonum esse a te dicit ecclesia

6 † expendi † velut

† Expandi manus meas ad te: anima mea † sicut terra sine aqua tibi.

¶ Expādi manus meas ad te] in oꝛone formā crucis significās que est salus. Vel [expādi manus meas] .i.dilataui affectus vel opa que prius erāt cōtracta ⁊ [anima mea] que per se est [sicut terra sine aqua] ⁊ sitiēs imbrē grē ad fructificādū [tibi] heret vt eā cōpluas ⁊ sic faciat fructū nō mihi qui eam rigare nō possum sicut terra sine aqua sitit ⁊ querit imbrem: ita ⁊ aia mea desiderat ⁊ sitit te deū suum. Meum est sitire, tuum est irrigare. Comple ergo me ad faciendum fructū bonum:quia sine te nihil possum. Et quia sitio:ideo

7 † cito

† Velociter exaudi me dn̄e: defecit spiritus me⁹.

¶ Velociter] ⁊ cito [exaudi me] o [dn̄e] ⁊ miserere mei:quia enī differebas ad inflāmandū desideriuz: ac si differeꝛ pluuia ad inflāmandā sitim:ideo iā da qꝛ sitit anima mea. Exaudi inquā qa [defecit spūs meus] .i.qa nō sum supbus:in quo enim viuit spiritus suus ille spū suo est supbus. Ideo impleat me spūs tuus qa deficit meus:factus sum iaz pauper spiritu: fac me beatum in regno celoꝝum. Et quia nō sum superbus

8 † ne † non habet ei.

† Non auertas faciem tuam a me: † ⁊ similis ero descendentibus in lacum.

¶ Non auertas faciē tuā a me] iā humili:auertisti a superbo ⁊ factus sum conturbatus:redde humili vt sim ꝯsolatus [et]

idest qz si (qd absit) auertas [similis ero descendentibus in lacum] idest in profundum malorum: quia a quibus auertis eos in tenebras z profundū descendere: cubi uz nō est in hoc profundū peccator cū venerit cōtemnit: z confessio ab eo perit. Ille eni in profundum descendit: qui etiam confessionem perdit z sine spe venie peccare non metuit. Talis non audit dominum dicentem. Conuertimini ad me z ego cōuertar ad vos. ne ergo in hoc profundum decidam

Zach. i.

9 Auditam fac mihi mane misericordiam tuam: quia in te speraui.

¶ Auditaz fac mihi] i. fac me audire [mane] i. celeriter z sine tardatione [miam tuā] vt eam cito in me experiar. Uel [mane] i. post noctē pctōz vt pctā relapes z miam ostēdas. Uel [mane] i. in exortu eterne diei. s. post finē seculi cū videbimus qd modo credimus [miaz tuā] dicēdo. Uenite benedicti pris mei [qa in te] scz solo [speraui] z spem firmā posui qui nō deseris sperātes in te. Et qa nō sufficit sperare sz opus est z aliqd agere: qd qa per me non possum: ideo precor

Mat. 25

10 Notam fac mihi † viam in qua † ambulem: † quia ad te leuaui animam meam.

† dñe vō † ingrediar † qm

¶ Notā fac mihi viā] docēs me qd mihi sit appetēdū: qd vitandum [in qua ambulem] itinere recto ad patriam: z a qua nō declinē: z hac fiducia hoc peto [qa ad te] supnū fontē per spem [leuaui] non ad mundum inclinaui [animam meam] vt per te illuminetur z tua gratia impleatur: Quia eni apud te est fons vite: tanq̄ vas ad fontem animam meam attuli z leuaui ad te: imple ergo me. Et ideo

